¶ Ad primum dico, q̄ consanguinitas est attinētia personarum ex eo prouenientium, quia vna descendit ab altera, vel ambæ ab eadem. Vel est vinculum personarum ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contractu quod satis est idem. Dicitur a con, & sanguine, qa de communi sanguine descendut. & quo ad probationem coniugij no dī tinguo, an tales consanguinei sint producti ex vxorio coitu, vel ex fornicario, quod est expressum extra de proba. per tuas.

Consanguinitatis diffinitio.

¶ Linea vero est collectio personarum ab eodē stipite descendentiū gradus cōtinens, & numero distinguēs. Et est triplex linea scilicet graduum descendentium, ascendentium, & collateralium, vt infra patebit, & ff. de gradi. l. . & l. iurisconsultus.

Linea diffinitio: & eius multiplicitas.

¶ Gradus est habitudo distantiarum personarū, qua cognoscitur quota agnationis vel cognationis distantia duæ personæ inter se differunt Et dicuntur gradus ad similitudinem gradum scalarum, vel locorum, proximum, quia ita gradimur de proximo in proximum. ff. de gradi. l. iurisconsultus. §. gradus.

Gradus descriptio.

¶ Formatur autem sic arbor primo vide cellulas ascendentium secundo descendentium, demum collaterarium

Arboris cōsanguinitatis formatio

Digitized by Google

lium. Aſcende ſuper collulam vacuam: quæ tamen ſit ideo vacua, quia non potuit nomẽ proprium habere: cũ alię cellulæ exceptus his, quæ per genituũ nominantur, ſumant nomen ab ipſa. Quomodo enim poſſumus illam cellulam nominare, quam dicimus filiã patris, fratrem fratris, patrem filij, & ſic de ſingulis & eam alij vocant Joachim alii Prothem. alij truncum, nos autem a nomine bidelli noſtri vocemus eum Petrucium. Et ſcire debes q̃ cõpetenter illæ cellulę mediæ aſcendentium & deſcendentium diuidentur directe per medium, vt à latere dextro illarum cellularum ponerent nomina maritũ, vt abauus, proauus, &c. à latere ſiniſtro nomina mulierum, vt abauia, proauia &c. quia poſiti a latere dextro deſcendunt a matribus, & eo nouerſo. Supra cellulam vacuam eſt cellula hęc continens patet, mater, & vnum punctum ſupra, & vnum infra. Supra illum eſt cellula auus, auia, continens duo puncta, ſupra, Et duo infra. Supra illa eſt cellula proauus proauia continens tria puncta ſupra, & tria infra. Supra illam eſt cellula abauus, abauia, habens quattuor ſupra, & quattuor infra. Deſcendendo ſub cellula vacua eſt cellula habens filium & filiam: & habet vnum punctum ſupra, & vnum infra. Sub illa habens nepotem & neptem, & duo puncta ſupra, & duo infra. Sub illa proneptem & proepotem; & tria puncta ſupra, & tria infra. Sub illa abnepotem & abneptem, & quattuor puncta ſupra & quattuor infra.

¶ Antequam ad collaterales tranſeamus, ſcire debes q̃ punctorum numeratio eſt numeratio graduum habito reſpecto ad cellulam vacuam, & puncti ſuperiores denotant computationem ſecundum ius canonicum puncti inferiores ſecundum ius ciuile, &c. Ponitur autem cõputatio canonica in ſuperiori parte cellularum: ciuilis vero in inferiori. vt detur intelligi ex excellentia iuris canonici ad ciuile: & maxime quo ad hunc caſum, quo initurmur in matrimonijs, quæ licite contrahi poſſint necne. & cum matrimonium ſit ſacramentum eccleſię, in eo præcipue lex minor eſt canone extra de ſecun. nupt. c vlt. & pen. Vides autem ex punctatione prædicta, quod in computatione aſcendentium & deſcendentium concordat vtrumque ius, quia in eis ſemper perſona addita q̃ſonæ p̃ cedit propagationem graduum adijcit

Regula linex recte.

¶ Ad inueniendum autem gradus inter eos ſecundum vtrumque ius, tolle hanc magiſtralem regulam. Aſcendentium & deſcendentium quot ſunt perſonæ de quibus q̃ritur cõputatis inter eos vna recta, tot ſunt gradus inter eas. Sit igit vis ſcire quãtum diſtat abauus a Petrucio: vtroque computato & intermediis, quinq; ſunt perſonæ demẽ vna quantum ſunt gradus. Idem dico de ipſo P. ad abneporem: quia eo modo erit reperire quinque perſonas. & hę quattuor ſunt gradus. Si velis ſcire quot diſtet abauus P. ab abnepote P. inuenies ibi nouem perſonas computato P. & ſic octo erat gradus. Scias autem q̃ licet P. non habet totum ſuam computationẽ in arbore Sciaſcin, quilibet habet duos parẽtes quattuor auos: & octo proauos: ſed ſic in abauos: & ſic ſemper aſcendentes duplicãtur. Vnde impoſſibile eſſet tot perſonas in arbore fieri.

Coniugalis prohibitio recta linea à perpetua.

¶ Quæro an inter aſcẽdentes & deſcendentes prohibitio copulæ coniugalis excedat quartum gradum? Et ait Goffr. in ſum. de conſang. Nathan. §. Rurſum quantum, q̃ non, per decre non debet. end tit. quæ generaliter loquitur. Alij communiter contradicentes inter aſcendentes & deſcendentes perpetuam eſſe prohibitionẽ dicant: & quod de quarto gradu dicitur, in collateralibus locum habet ad hoc. 35. q. 5. propen. & duobus capitulis ſequent. in quibus dñi ſolum non ſolum vſq; ad ſecundum gradum. ſed etiam in quartum noſtria erat parentelæ, extẽdebatur prohibitio. Ex quo ergo certum eſt alterum deſcendentem & alterũ aſcendentem perdurat prohibitio, ad idem inſtitu. de nup. §. item. ff. de rit nuptiæ & hoc verum puto.

Regula col lateralium.

¶ Ad collaterales tranſeamus, & ad fratrẽ & ſororem & cauſa breuitatis proſequendo ſolũ partẽ mediam arboris admodũ vexilli: qua intellecta reliqua intelligetur: q̃ per ſe patet. dicamus de fratre & deſcendẽtibus Sub cellula fratris, fratris filius filia: ex illa fratris nepos neptis. ex illa fratris, pnepos proneptis. & frater P eſt cũ P. in primo gradu ſm canones: in ſecũdo ſm leges Eius filius in ſecũdo ſm canones: in tertio ſm leges Nepos in tertio ſecũdu canones, in quarto ſecundu leges Fratris pronepos eſt ipſi P. in quarto ſm canones in quinto ſecundum leges: & ſic deberet eſſe: utraq; punctatio, & illi ſunt collaterales ad P. Et nunc de cellula patris ſecimus ſtipitem Fac cõſequẽter ſtipitem de auo ex eo patruus amita: ex illa frater patruelis, & amitin⁹, ſoror patruelis & amitina, ex illa horum filius filia: ex illa horum nepos neptis. Patruus eſt P. ſecundo gradu, frater patruelis ẽt ſecundo gradu filius in tertio, nepos in quarto ſecundũ canones Per leges autem patruus in tertio, frater patruelis in quarto, filius in quinto, nepos in ſexto: & ſic deberet eſſe vtraq; punctatio poſtea fac proauum ſtipitem, & habet filius patruum magnũ, amitam magnã, auum & aviam. auunculũ magnũ, & mater terram magnum illos non proſequimur. Ex cellula patrui magni propior ſobrinus, propior ſobrina, ex illa horum filius filia, ex illa eorudem nepos neptis Et quia P. diſtat à proauo quem nunc feci ſtipitem, tertio gradu, ergo à patruo tertio. & à propiori ſobrino tertio, & à filio tertio, & à nepote qui exit lineam ęqualitatis, quarto ſecundum canones, ſecundum leges vero diſtat P. à patruo magno quarto à propiori ſobrino quinto, & à filio ſexto, a nepote ſeptimo, & ſic deberet eſſe utraq; punctatio. Modo fac abauũ ſtipitem cum tribus filiis, ſcilicet propatruo, proauo & proauunculo, de proauũculo n̄ proſequor. Ex cellula propatrui oritur cellula horũ filius filia, ex illa horũ nepos neptis, ex illa eorudem pronepos proneptis. iſti oẽs ſunt cũ P. in quarto gradu, quia P. diſtat a ſtipite in quarto gradu, & ex illa linea nullus exit lineã a qualitatis, ergo oẽs diſtãt quarto, ſecũdu leges, ppatruus diſtat vltimus vi. nepos vij. pnepos viij. & ſic dẽt eſſe vtraq; punctatio.

Regula canonica procollateralibus in linea æqua.

¶ Nũc videndum eſt q̃bus regulis gradus illorũ collateralũ cognoſcantur. Collateralium æqualis liniæ vnam tradó regulam ſecundum canones.

¶ Collateralis in linia æquali quoto gradu q̃s diſtat a communi ſtipite, toto diſtant inter ſe vel ſibi attinent hoc ſecũdum canones. Exemplũ pone: quando ſacis abauũ ſtipitem inter P. & pronepotem propatrui. nam quia illi ſunt in linea æquali, quilibet diſtat a ſtipite quarto gradu: ergo inter ſe quarto.

¶ Sed in leges vero aliter eſt, & ſic dicimus regulam Collateralis in linea æquali quoto gradu q̃s diſtat a coi ſtipite: toto duplicato diſtant inter ſe, vel ſibi attinent. Vides ergo ex ſuperius dictis, & ex punctatione, q̃ prædicti P. & pronepos propatrui diſtant viij. Et inſurgit illa diuerſitas, quia ſecundum leges quilibet perſona gradum facit in collateralibus. Vnde duo fratres faciunt duos gradus: ſecundum canones vero duę perſonæ faciunt vnum gradum Vnde (vt patet in cellula fratris) frater eſt cum P in primo gradu ſecundũ canones, in ſecundo, ſecundum leges: ſed computatio eorũ ob aliud eſt, q̃ notat. 35. q. 5. ca. 2. Bene ergo eſt ſecundũ leges, q̃ inæquali linea collateraliũ ſiue linea ſit paris numeri, ſiue diſparis, nõ eſt reperire diſparem gradum, vide in linea paris numeri ſecunda, vel iij diſparis numeri vel iij. In prima ij gradus, in ſecunda iij. in tertia vi. in quarta viij. quod non eſt ſm canones, quia in æquali linea diſparis numeri habemus diſparẽ gradu; quia in prima primum, in tertia tertium, in quinta quintum: & ſic de ſingulis.

Regula cinliseprocollateralib. in linea inæqualli.

¶ Nunc reſtat videre de collateralibus in linia inæquali de quibus tradũtur talis regula ſecundum canones Collateraliũ in linia inæquali quoto gradu remotios diſtat a communi ſtipite, toto diſtãt inter ſe. Exẽplũ pone faciendo abauum ſtipitem P & filius proparrui

ſunt in linea inæquali cõputemus ergo à remotiori, ſ. à P. ſed P. diſtat à ſtipite quarto gradu: ergo à filio propatrui iiij. & idem in deſcendentibus vſq; ad lineam æqualitatis: & hoc eſt q̃ dicimus, q̃ perſona addita perſonæ vſque ad lineam æqualitatis non creſcit gradus q̃a propatruus, filius eius nepos, & pronep s omnes diſtant iiij. gradu à P. Sed aliter ſecundum leges, ſecundum quas talem regulam tradimus.

Regula cõmunis in linea inæquali.

¶ Collat erahum in linea inæquali quot ſunt perſonæ (ſtipite dẽpto) tot ſunt gradus. vnde P. à ſtipite diſtat iij. à propatruo v. a filio vj. a nepote vij. à pronepote viij & ſic quælibet perſona facit gradum, Vides ex ſupradictis q̃ P. nõ poteſt contrahere cum aliqua de arbore. Diſtat. n. a ſummo, ſ. ab auo: ab imo, ſ. a nepote; ab extremis collateralium, ab omnibus his quatuo: a mediis citerioribus: per quod ſatis patet q̃ cum nullo poſſet contrahere. Sed ſi extremus in collateralibus: ut puta ſi pronepos propatrui, vel pronepos fratris. procrearet filiam, poſſet P. cum illa cõtrahere. licet autem contrahatur in quinto gradu, remanet tñ conſanguinitas prohibitio enim, quæ prius poſitiuum proceſſerat. potuit tolli. ſed naturalia ſunt immutabilia 4. diſt. in princ.

¶ Scire debes, q̃ communiter dicunt doctores, q̃ abanus & proauus & auus ſunt bigami dicentes, q̃ ſi non eſſent bigami, non poſſent filij eorum coniũgi, cum eſſent fratres: ſed de hoc non multum curo: quia eadem ratione hic eſſent de alijs cellulis duplicibus, q̃ perſonæ earum eſſent bigami. vnde fingamus perinde ac ſi. in qualibet duplici cellula haberemus quatuor perſonas, ac ſi diceretur propatruus & vxor, patruus, & maritus, vnde duplicatio poſita fuit, vt nomina demonſtraret in vtroque ſexu, non vt eos coniuges demonſtraret. Sciendum eſt etiam, quod in collateralibus qualis lineæ bene ſequitur illa regula affirmando. & negando. Ego & tu ſumus conſanguinei in linea æquali, & ego poſſum accipere filiam tuam. ergo tu meam, Et negatiue, Ego non poſſum accipere filiam tuam. ergo nec tu meam Affirmatiua procedit in linea æquali quarti gradus. Negatiua in tertio vel citeriori. Sed in linea inæquali hoc non procedit affirmando, vel negando: quia ſi vnus eſt in quarto alter in tertio vel citeriori, qui eſt in tertio, vel citeriori, poteſt contrahere cum filia eius, qui eſt in quarto gradu, & non econuerſo. vnde propatruus huius filius & nepos contrahere poſſunt cum filia P. ſed non econuerſo.

Quæſtio tabilis.

¶ Demum quæritur, an collaterales, quorum vnus eſt in quinto, & alter in primo puta filia P. & propatruus poſſint ad inuicem contrahere? Dicit Hoſti. q̃ non & hoc not extra eod quod dilectio. & c tua. & in ſumma huius tit. de conſan. § nunquid in v. & j. quod per ſua argumenta nititur probare ſic, ſcilicet pater & filius vna perſona cenſetur C. de impu, & alijs ſub, l. vlti. Sicut ergo non cõtrahitur cum ſtipite, ſic nec cum filijs ſtipitis. bene facit prædicta decre. tua, vbi fratres videntur poni pro ſtipite. Cõtrarium tenet Ber. quod colligitur ex alio. quam ponit ſuper eo tit. cap. vlt. & R.a. & Ioa. de Deo: & hoc eſt veriſſimum, quod probãt verba regulæ poſitæ ſ. eo. c. vlt dum dicit ibi: deſcendentium ab eodem ſed certum eſt quod propatruus deſcendit a ſtipite Præterea aut dictis, q̃ non eſt inter eos prohibitio aſcendentium, & deſcendentium tant collateralium. de primo patet negando. q̃ certum eſt filium P. non deſcendiſſe a propatruo. Eſt ergo prohibitio collateralium. ſed certum eſt, quod iſti diſtant quinto, quid igitur impediat nos collaterales contrahere, non video, Io. And.

ARBOR AFFINITATIS.

Multa dies, variusque labos huiusce parauit.
Artis notitiam: quæ modo clara patet.



Digitized by Google

AFFINITATIS DECLARATIO.

AFFINITAS ſecundum canones eſt perſonarum proximitas ex coitu proueniens, omni carens parentela. Et dicitur affinitas quaſi duorum ad vnum finem vnitas: eo quod duæ cognationes diuerſæ per nuptias ſecundum leges, vel per coitum ſecundum canones copulantur: & alter ad alterius cognationis finẽ accedit, vt ff. de gradi. cogna. l. nõ facile. 3. affines. ¶ Scias autem, q affinitas eſt perpetuum impedimentum, quod durat etiam mortua perſona, qua mediante contrahitur 35. q. 10. fraternitatis.

¶ Per carnalem copulam viri & mulieris inter conſanguineos mulieris & virum, & inter conſanguineos viri & mulierẽ contrahit affinitas primi generis eiſdem gradus, cuius eſt conſanguinitas. Si ergo conſanguineus tuus cognoſcat mulierem: ſi vis ſcire quoto gradu affinitatis attinet tibi mulier illa, vide quoto gradu eſt tibi conſanguineus tuus; & quoto eſt tibi ille conſanguineus, toto mulier eſt tibi affinis, & ſemper in primo genere. Dictum eſt in regula, viri & mulieris, & non viri & vxoris; quia ſecundum canones etiam per coitum fornicarium & inceſtuoſum contrahitur affinitas. patet de eo qui cogn. conſan. vxo. ſuę c.d.ſcretionem, & ca penul. Inter conſanguineos mulieris & virum, & conſanguineos viri & mulierẽ, ideo dicitur: quia inter virum & mulierem non contrahitur affinitas, ſed ipſi ſunt affinitatis cauſa. Item Inter conſanguineos viri, & conſanguineos mulieris nulla eſt affinitas, vnde duo fratres contrahunt cũ duabus ſororibus, pater & filius cum matre & filia, ſed eſt affinitas inter conſanguineos mulieris & ipſum virum, & conſanguineos viri & ipſam mulierem. de conſang. & affini. quod ſuper his.

REGVLA. Quotieſcunque inter vnam perſonarum de quibus quæritur, & coniugem alterius non eſt vel nõ fuit conſanguinitas intra quartum gradum inclusiue, nulla eſt prohibitio: vt inter me & coniugẽ nepotis mei non poteſt eſſe matrimonium: qa nepos meus eſt mihi cõſanguineus intra quartum gradum.

ALIVD EXEMPLVM. Soror mea habuit maritum: ea mortua maritus eius aliam accepit, quo defuncto potero contrahere cum eius relicta: quia inter me & illã relictã nulla eſt, nec fuit cõſanguinitas.

AD ARBOREM Affinitatis, & eius materiã tranſeamus. Et primo videndũ eſt quid ſit affinitas, & vñ dicatur: & quomodo ipſius genera inſurgunt, & gradus computentur: deinde arborem formemus. Ponemus poſtea q̃dã notabilia, & quaſdã qõnes. ¶ Eſt aũt affinitas perſonarũ proximitas ex coitu proueniẽs oi carens parẽtela. hoc ſecundum canones, ſed ſecundũ leges eſt proximitas proueniens ex nuptis, & requiritur ſecundũ leges quòd legitimæ ſint nuptiæ, non interdictę, vt contrahatur affinitas ff. de gradi. l. non facile §. ſciendum. Et dicitur affinitas quaſi duorũ ad vnum finem vnitas, eo quod duę cognationes diuerſę per nuptias ſecundum leges, vel per coitum ſecundum canones copulantur, & alter ad alterius cognationis finem accedit, vt in eadem l. §. affines.

Affinitatis definitio.

Sed quod per fornicarium coitum, & inceſtuoſum ſecundum nos contrahatur affinitas, patet de eo qui cognouit vxo. ſuæ c. diſcretionem, & eod. tit. ca. penul. Sed conſideratio legis fuit circa hæreditates & tutelas deferendas & ne quis cogatur a luerſus affinem teſtimonium dicere, ff. de gra. fi. l. iuriſcõſultus, in prin. & ff. de teſti. l. 3. & 4. quæſt. 3. 9. itẽ in criminali. ver. item lege Iulia. Sed canon quo ad matrimonia prohibenda conſiderauit vnionem carnis, quæ inſurgit ex copula. Et eſt videre ſecundum hoc quod concurrere poteſt attinẽtia conſanguinitatis & affinitatis: vt ſi quis cognoſcat conſanguineam ſuam, omnes conſanguinei vtriuſque ſunt vtrique affines. Scias autem quod affinitas eſt perpetuum impedimentum, quod durat etiam mortua perſona, qua mediante contrahitur 35. q. 10. fraternitatis. Nec oritur affinitas ex pollutione extraordinaria, quæ fit extra clauſtra pudoris 35. q. 3. extraordinaria. & adde, q ibi not.

Affinitas per coitum nefarium contrahitur.

Et inſurgit affinitas ex coitu interdum cũ publica honeſtate, interdum ſine, & publica honeſtas interdum ſine affinitate, vt ſi cognoſco vxorem vel ſponſam, hic impedimentum eſt publicæ honeſtatis & affinitatis ſi cognoſco nõ ſponſam, hic affinitatis ſola eſt. ſi ſponſam nondum cognoui, ibi ſola publica honeſtas. Hoc dico, quia ſi mortua eſt vxor tua, & vis contrahere de diſpenſatione eccleſiæ cum conſanguinea ſua, & eccleſia diſpenſat, quod poſſis contrahere cum illa, non obſtante quod ſit tibi affinis, tali gradu per diſpenſationem adhuc contrahere, non poteris: quia licet ſublatum ſit impedimentum affinitatis, nõ tamẽ ſublatum eſt impedimẽtum publicæ honeſtatis Debes ergo facere exprimi, quod poſſis cũ tali contrahere non obſtante impedimento publicæ honeſtatis pro eo, quod deſponſaſti conſanguineam eius in quarto gradu. & non obſtãte, quod eſt tibi affinis in quarto, pro eo quod dictam deſponſatam carnaliter cognouiſti, & tunc matrimoniũ procedere poterit.

Affinitatis genus per quam regulam cognoſcitur.

Genus affinitatis cognoſcitur per hanc regulam, ſed nõ gradus. Perſona addita pſonæ per carnis copulam mutat genus, ſed non gradum. Iſto modo, ſi ijs qui eſt mihi in ſecundo gradu conſanguinitatis, cognoſcit mulierẽ, illa eſt mihi ſecũdo gradu affinitatis, & primo genere: ſi alius eam cognoſcit, ille attinet mihi ſecundo genere affinitatis, & ſecundo gradu: ſi ille aliam mulierẽ cognoſcit, illa attinet

mihi

mihi tertio genere affinitatis & ſecundo gradu. Sed quia ſolum primum genus hodie hēt prohibitionem, & quia B. plene tradidit extra de cōſan. & affinitate non dēt, hic circa hoc nō inſiſto. ergo ſi perſona mihi conſanguinea cōiugat ſibi aliam perſonam carnali copula, perſona iuncta eſt mihi affinis primo gñe affinitatis, ſi attinēs mihi primo gñe affinitatis carnali copula ſe alteri cōmiſceat, illa attinet mihi ſecundo gñe, ſi affinis mihi ſcdo gñe aliq̄ cognoſcat, illa eſt mihi affinis tertio gñe, ſed eo dē gradu. Eſt igitur videre de gradib. Certū eſt q̄ affinitas non hēt hodie prohibitionem niſi in primo genere & in illo vſq; ad quartū gradū; licet affinitas non habeat ſuā ſpālem cōputationē graduū, ſed cōputantur gradus affinitatis ſm gradus cōſanguinitatis. Si ergo cōſanguineus tuus cognoſcat mulierē, ſi vis ſcire quoto gradu affinitatis attinet tibi illa mulier: vide quoto gradu eſt tibi cōſāguineus tuus ſm regulas quas tradidi in proxima arbore, & quotq̄ eſt tibi ille conſanguineus toto mulier eſt tibi affinis, & ſp in primo genere.

Affinitatis gradus computantur ſicut gradus conſanguinitatis.

Arboris affinitatis ordinatio.

Nunc formemus arborē, & in medio arboris ſunt quattuor cellulæ, & in prima ſuperiori ponitur primus gradus, in ſecūda ſecūdus, in tertia tertius, in quarta quartus gradus. Et de his primo quæritur, quare ponatur in medio fratris, & ſororis: Secundo, quare non exprimant attinentiam, dicēdo primus gradus affinitatis, & ſic de ſingulis. Ad primum dic, hoc fuiſſe vt detur intelligi, q̄ affinitas oritur ex cōſanguinitate, & qđ ab vtroq; ſexu virili & femineo affinitas contrahatur: Ad ſecundum dic, attinētiam nō fuiſſe expreſſam, vt illa computatio graduū ad conſanguinitatem & affinitatem referatur. vnde ſoror & frater ſunt in primo gradu conſanguinitatis frater & vir ſororis ſunt in primo gradu affinitatis. & ſic de alijs. Deinde à latere dextro dictæ lineę ponitur alia linea quattuor cellulas continens. in prima ſcribitur frater, in ſecūda fratris filius in tertia fratris nepos, in quarta fratris pronepos. Ad dorſum huius alia linea continens alias quattuor cellulas. in quarum prima ſcribitur vxor fratris olim relicta, in ſecunda vxor filij fratris, in tertia vxor neptis fratris, in quarta vxor proneptis fratris. A latere ſiniſtro ſunt alię quattuor cellulę: quarum prima ſoror, ſecunda ſororis filia, tertia ſororis neptis, quarta ſororis proneptis. Ad dorſum harum ſunt alię quattuor. prima vir ſororis olim relictus, ſecunda vir filiæ ſororis, tertia vir neptis ſororis quarta proneptis ſororis. Ponuntur ēt aliæ duę cellulę, vna a latere dextro continens relicta fratris: a ſiniſtra relicta relicti ſororis: quæ ſecundum oēs ponuntur ad decorē, & ad demonſtrandum genera affinitatis quæ hodie prohibitionem nō habēt. Adnuc hēs duas lineas reflexas, quarū vna oritur in cellula fratris, & terminatur in cellula viri ſororis: in qua ſcribitur primū genus affinitatis. Itē alia linea reflexa, quæ oritur in cellula ſororis & terminatur in cellula vxoris fratris, in qua idem ſcribitur.

Quæſtio.

Circa hoc quæro quare in cellula, vxor fratris ſcribitur, olim relicta, quod non ponitur in alijs cellulis inferioribus eiuſdem lineæ? Et hic hoc factū fuiſſe pp cellulā, q̄ ponitur ad dorſum illius. q. d. frater habuit vxorem, mortuo fratre vxor ab eo relicta contraxit cū alio viro, illa demū mortua relictus a relicta fratris vult contrahere cum ſorore, nunquid poteſt: Olim non poterat qa erat ſibi in ſcđo genere, & primo gradu: hodie vero poteſt. Idem fit reperitū quoad cellulā viris ſororis.

Regula magiſtralis gradu affinitatis & generis manifeſtās.

Ad cognoſcendū ergo gradus affinitatis & genus tā per formā arboris, quā ex prius dictis tolle hanc ſuā regulā magiſtralē. Per carnalē copulā viri & mulieris inter conſanguineos mulieris, & virum, & inter conſanguineos viri & mulierē contrahitur affinitas primi generis, & eiuſdē gradus cuius eſt cōſanguinitas. Quare dicatur in regula p carnalē copulā viri & mulieris, & nō viri & vxoris. colligē ex his q̄ in principio dixi. Inter cōſanguineos mulieris & virū, & cōſāguineos viri & mulierē, iō dixi: quia inter virū & mulierē nō contrahitur affinitas, ſed ipſi ſunt affinitatis cā. Itē inter cōſanguineos viri & cōſanguineos mulieris nulla eſt affinitas vñ duo fratres cōtrahunt cum duab. ſororib. pater & filius cū matre & filia. Sed eſt affinitas inter cōſanguineos mulieris & ipſam mulierē extra de conſan. & af. quod ſuper his. Primi generis quārē dixerim etiam ex ſuperioribus patuit, & eiuſdem gradus cuius eſt conſanguinitas, vide hoc in arbore nā frater & ſoror ſunt i primo gradu cōſanguinitatis, maritus ſororis ex fratre in primo gradu affinitatis, & ſic vxor fratris ſorori & ſic filia ſororis eſt filia fratris & ipſi fratri in ſecundo gradu conſanguinitatis, maritus eius in ſecundo gradu affinitatis, & econuerſo, & ſic in reliquis.

Vnde ſi proneptis ſororis attinet fratri & omnibus deſcendentibus qui ſunt in arbore, quarto gradu affinitatis, & hoc ideo, quia toto gradu conſanguinitatis attinet

prædi-

prædictis ipſa proneptis. Quiſunt in arbore, ideo dixi,quia ſi pronepos fratris haberet filium, ille excederet lineam æqualitatis, & ſic attinet quinto gradu, ſecundum regulas traditas in proxima arbore.

Affinitas 2 notabilia declaratur.

Poſt hoc notandũ eſt,illud præciſe non ſequit,ego & tu ſumus affines; ergo filius, quẽ procreo, eſt tibi affinis. Nam interdum filius meus mutat genus attinentiæ, quia ego ſum tibi affinis, & ipſe conſanguineus, interdum nil atinet tibi,interdum mutat gradum interdum nec mutat genus,nec gradum. Exẽplũ,ſi ego & tu ſumus affines per appoſitionẽ mei quia.ſ.contraxi cum cõſanguinea tua, ſi ex dicta conſanguinea tua filium procreo, ille eſt tibi conſanguineus,non affinis, ſed ſi ego maritus conſanguineæ ex alia muliere filium procreo, ille nec eſt tibi conſanguineus,nec affinis: Si vero tu conſanguineus vxoris meæ filium procreas, hic filius non mutat genus attinentiæ quia tu pater es mihi affinis, & ipſe affinis, ſed tu & vxor mea eratis in æquali linea, vel inæquali, & eras remotior, quia tu eras in tertio ipſa in ſecundo,vel primo:tunc ipſe filius mutat gradum, quia tu pater es mihi in tertio gradu affinitatis, & ipſe mihi in quarto. Si vero tu & vxor mea eratis conſanguinei in linea inæquali,ſed vxor mea erat remotior,vt quia ipſa in tertio,& tu in ſecũdo: tunc filius tuus non mutat genus nec gradũ, quia tu mihi affinis: & ipſe affinis; tu in tertio gradu & ipſe in tertio gradu. Itẽ no.quod iſtud etiam non ſequitur, ego & tu ſumus affines,& ego non poſſum accipere filiam tuã ergo nec tu meam,quia ſi habeam conſanguineam tuam in vxorem,tu bene potes contrahere cum filia mea,quam habui & alia muliere:quia affinitas non contrahitur inter cõſanguineos viri,& cõſanguineos mulieris ſed inter virum & conſanguineos mulieris,& inter mulierem & cõſanguineos viri,vt dixi,& probatur extra.de conſang.& af.quod ſuper his. Sed ego nõ poſſum contrahere cum filia tua, niſi forſan illa excederet quartum gradum, vt quia eſſet in quinto,& eſt ſimile ſecundum quòd dixi ſupra in proxima arbore circa fi.

Affinitatis phibitio inter aſcendẽtes & deſcendentes habeat perpetuã prohibitionem,an extẽdatur tantum vſq; ad quartũ gradum? Et ſi teneremus opi.Goff.de qua dixi ſupra in arbore proxima circa mediũ, dicemus quod vſq; ad quartum gradum tantũ. Sed tenendo contrariam opinionem dicemus quod prohibitio ſit perpetua. Dicit.n.tex.qđ ita abſtinere debemus a conſanguineis vxoris,vt a proprijs,extra de conſ.& af.c.1.35.q.3.de propinquis,& c.æqualiter. Si ergo inter conſanguineos aſcẽdẽtes & deſcẽdentes prohibitio extenditur in infinitum:ergo inter affines,ad idem Inſti.de nup.§.affines aſcendentes & deſcendentes habentur loco parentũ & liberorum ff.de gradi.l.non facile,§.& retro.in fi. Eodem modo poſſet formari quæſtio de affinib.quorum vnus eſt in primo gradu, alter in quinto, ſicut in conſanguineis dixi ſupra in arbore proxima, in fi. An autem liceat diuerſis temporib. habere in vxores duas cognatas.ſ.vxores duorum fratrum, & an coniuncti olim in gradu prohibito hodie permiſſo ſimul manere poſſint,de hoc vide no.de cõſan.& affi.cap.non debet.

Conſanguinei, & affines quo iure prohibentur coniũgi.

Vltimo quæritur ad vtramq; arborẽ an prohibitio conſanguineorum vel affinium cõiungendorum procedat ex prohibitione diuina, an ex humana,&quare facta fuit prohibitio. Breuiter ſcias quod olim propter neceſſitatẽ frater neceſſario habuit cõtrahere cum ſorore,& conſanguinei cum conſanguineis,vnde tunc in collateralibus nõ erat prohibitio.hoc fuit a principio generis humani in filijs,& nepotibus Adę:hoc etiam fuit poſt diluuium in nepotibus Noe. In Leuitico vero prohibitæ fuerunt fere duodecim perſonæ quas vide nota.extra de reſt.ſpol.litteras.& de duo.c.gaudemus. Demum ius poſitiuum canonicum prohibuit cõſanguineos & affines primi generis coniũgi in vij.gradu & citeriori quæ prohibitio poſtea vſque ad quartũ gradum eſt reſtricta.extra eo.non debet.reuocatis etiam quibuſdam alijs prohibitionibus vt patet. Reuocatio vero fuit ex cauſa,q̃ ibi ponitur, & extra de teſt.c.licet ex quadam.per quod patet quod prohibitio partim procedit ex iure diuino; & partim ex poſitiuo. Vnde in ſecundo gradu æqualis lineæ collaterales contrahere pos unt iure diuino, ſed non poſitiuo. Ratio vero prohibitionis ſumit.35.q.j.§.j. fuit.n.pp charitatem ampliandam. Nam ſi contraherẽ cum ſorore, idem eſſet pater & ſocer, mater & ſocrus, vir & frater &c. Sed ſi alium habeo patrẽ, alium ſocerum, numeroſius ſe charitas extenderet; in qua vniuerſi fideles & precipue ſtudentes cõtinue pſeuerẽt per gratiam eius, qui eſt benedictus in ſæcula ſęculorum. Amẽ.

Glossas Ioã. nis supplenit in multis. Bartho. Brix.

QVONIAM nouis superuenientibus causis, nouis est remediis succurrendum: idcirco ego Bartholomæus Brixiensis confidens de magnificentia Creatoris, apparatum Decretorum duxi in melius reformandum,

GREGORIVS PAPA XIII.

Vniuersis Christi fidelibus salutem, & Apostolicam benedictionem.

EMendationem Decretorum, locorumque a Gratiano collectorum, (erat enim is liber mendis, & testimoniorum deprauationib. plenissimus) a nonnullis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris optimo consilio susceptam, selectisque ad id negotium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & alijs eruditissimis viris adhibitis commissam, multis autem, varijsque impedimentis hactenus retardatam, nunc tãdem, vetustissimis codicibus vndique conquisitis, auctoribusque ipsis, quorũ testimonijs erat, Gratianus, vsus perlectis, quæq; perperam posita erant suis locis restitutis, magna cum diligentia absolutam, atque perfectam, edi mandauimus. In quo magna ratio habita est operis ipsius dignitatis, & publicæ eorum præsertim, qui in hoc studio versantur, vtilitatis. Iubemus igitur, vt quæ emẽdata, & reposita sunt, omnia quam diligentissime retineantur, ita vt nihil addatur mutetur, aut imminuatur.

De hoc titulo dictum est in prafatione.

CONCORDIA DISCORDANTIVM CANONVM,

Ac primo de iure diuinæ, & humanæ constitutionis.

DISTINCTIO PRIMA.

1 pt. HVmanũ genus[a] duob.[b] regitur, naturali[c] uide licet iure, et morib.[d]. Ius naturale est, quod in lege et Euãgelio cõtinetur: quo quisq; iubetur alij facere, qđ sibi vult[e] fieri: et ꝓhibetur[f]

Hvmanum genus.] Hæc distinctio diuiditur in duas partes. In prima probat per quatuor canones, quòd humanum genus regitur duobus, scilicet iuribus, & consuetudinibus.] In secunda parte, quæ incidit ibi. [Est & alia,] ponit septẽ drias iurium. Ioan. de Fan. & Per.

CASVS. Iste sic ponitur. Dr̃ hic, ꝙ duo sunt instrumẽta, per quę genus humanũ regit, & gubernatur, s. ius naturale, & cõsuetudo siue mos. Ius naturale est, qđ in lege & in Euangelio cõtinetur: quo iure quisque iubetur alii facere, quod sibi vult fieri: & quo ꝓhibet alii inferre, quod sibi nolit fieri: & hoc probatur auctoritate Christi dicentis. Omnia quæcunque, &c.

a ¶Humanũ genus.] Tractaturus dominus Gratianus de iure canonico, primo incipit a simpliciotib. secm naturã. s. a iure naturali, qđ antiquus & dignius est 1. Cepit em ab ipsa rõnali creatura, vt ist de re diui. §. commodius. Assignat ergo multas drias iuris naturalis ad alia iura, vsque ad 15. d. in qua aggredit principale propositũ de iure canonico, originem eius assignans.

Ius naturale reliquis antiquius est. 1 Vt 5. d. c. 1. in prin.

b ¶Duob.] Signatur cõtrariũ infra 96. di. duo. sed illis duob. regit tanꝝ auctorib. istis tanquam instrumentis 11. q. 1. c. sicut enim. §. ex his.

c ¶Naturali.] ideſt, diuino 2.

2 *idē* Alex. de tmo. in l. militis. C. de test. milita.

d Moribus.] i. consuetudinario iure, vel etiam iure humano, siue scripto, siue non scripto. 25. quæ 2. institutionis.

Volo, ideſt velle debeo.

e ¶Vult.] sed nonne ego volo, qđ alter det mihi rẽ suã, non tñ ego volo ei dare rẽ meam? Expone ergo, vult, ideſt dẽt velle, & sic exponitur ibi, Habe charitatem, & fac quod uis & sic exponitur lex. ff. de solu. l. 1. vel expone iubet, ideſt consulitur 3. sic econuerso verbũ rogãdi ꝓ verbo ꝑcipiendi ponit 11. q. 3. rogo.

3 Consulitur, & male: quia nõ præceptum est: sed expone, vult ex eodem naturali dictamine, non autẽ ex pertubatione concupiscentiæ.

f ¶Prohibetur.] Nunꝝ inuenimus expresse prohibitum in lege, vel in Euangelio, nisi per quandã consequentiã. Nã vbi vnũ cõtrariorũ ꝑcipitur, ꝙ cõsequẽs aliud ꝓhibetur: sic vbi aliquid iudicatur meũ esse, per cõsequens iudicatur tuum non esse, ff. de procul. Pomponius. §. 2.

a ¶Inferre.]

dum, non detrahendo alicui, nec attribuendo mihi glossas, quas nõ feci: sed supplendo defectum solummõ, vbi correctiõ necessaria videbatur, vel ꝓ ꝓ subtractionem decretalium, & diminutionem earundem, vel propter iura, quæ superuenerunt de nouo. Interdum etiam solutiones interposui, quæ prætermissæ fuerant a Ioanne. Hoc feci ad honorem omnipotentis Dei, & Ecclesiæ Romanæ, & ad communem vtilitatem omnium studentium in iure canonico. Bat.

a ¶ Inferre] Sed nonne iudex vult inferre mortem rei, ſed tñ non vult vt ſibi mors inferatur: Sed dic ꝙ iudex non infligit mortem, ſed lex, vt 23.q.5 homicidas, &c. cum homo. Vel intelligas hæc omnia de operibus miſericordiæ, ad q̃ quilibet tenetur, vt 86.diſt.nõ ſatis.10.

Iudex non cõdemnat, ſed lex.

b In Euangelio] Matthei 7.

c ¶ Vultis.] ideſt, debetis velle.

d ¶ Hæc eſt.n.] ideſt, in his cõſiſtit, ſic ponitur ibi, Deum time, & mãdata eius obſerua: hoc eſt omnis homo, Eccleſiaſtici 12.de pæ.diſt.2. charitas.

e ¶ Hinc] ad probandum diuiſionem ſupradictam.

alij inferre [a], *quod ſibi nollet fieri. Vnde Chriſtus in Euãgelio:* [b] *{Oĩa quæcumq; vultis* [c] *vt faciãt uobis homines, & vos eadem facite illis. Hæc eſt enim* [d] *lex & ꝓpheta,* *Matth.7*

Hinc [e] *Iſidorus inquinto lib.etymologicarum, c.2.ait.*

NOT.α ¶ Ac primum.) *Hoc loco in manuſcriptis codicibus magna eſt varietas. Nam partim nulla eſt hoc loco inſcriptio: partim vero legitur,* De iure ſcripto, & non ſcripto, & quod cui præponatur, & legum auctoribus, & diuorum malorum electione, ſiue diſpenſatione. *Aut,* Ac primum de iure conſtitutionis naturæ diuinæ, & humanę. *Aut,* De iure naturę, & humanę conſtitutionis, *quam Dominicus de Geminiano agnoſcit, & extat in nonnullis antiquioribus editionibus. Aut,* De iure naturę, & conſtitutionis: *quæ inſcriptio maxime videtur conuenire tractationi Gratiani, qui ſæpe ad hæc capita reuertitur, vt initio diſtinct.5.7.8.15.& 11.quæſt.1.c.ſi quæ tamen ſæ. hunc totũ locum indicãs ſcribit,* Requiite in principio, ubi differentia ſignatur inter ius naturale, & ius cõſtitutionis. *Verumtamen in hac tanta varietate, quæ vt aliq̃ coniectura mitigantur, argumẽto eſſe poteſt, nullã hic a Gratiano ipſo poſitã eſſe rubricã, ſatis viſum eſt retẽta vulgata lectione eaterus idicare.*

¶ Diuinæ leges natura, humanæ moribus conſtant. Cap. I.

OMnes leges [f] aut diuinæ ſunt, aut humanæ. Diuinæ natura humanę moribus cõſtant, ideoque hęc diſcrepant [g], quoniam aliæ alijs [h] gentibus placẽt. ¶ Fax lex diuina eſt, ius lex humana. ¶ Tranſire per † agrum alienum [i] fas eſt [k], iuis non eſt.

†*per alienum*] in l.ſid.manuſc.

Ex verbis huius auctoritatis euidẽter datur intelligi, in quo differant inter ſe lex diuina & humana: cum omne quod eſt fas, nõe diuinę uel naturalis legis accipiatur, nõe vero legis humanæ, mores iure conſcripti, & traditi intelligantur. Eſt autẽm ius generale, nomen multas ſub ſe continens ſpecies. Vnde in eo.lib. Etymol.c.3. Iſidorus ait.

¶ Ius genus, lex autem ſpecies eſt Cap. II.

IVs generale [l] nomẽ eſt; lex autẽ iuris eſt ſpecies. Ius au-

Plurale in ſingulare ſo. uitur.

a ¶ Omnes leges] id eſt, omnis lex & ponitur plurale pro ſingulari. ſi enim demõſtrares duas leges, vnam diuinam, & aliam humanam, non eſt vere dici: iſtæ leges, aut ſunt diuinæ aut humanæ. [illegible] valet talis interpretatio in reſcriptis quandoque, [illegible]ia inſcribitur ſi iſta vera ſunt, id eſt ſi hoc verum eſt, & ſi illud verum eſt: ſic extra de appel. ſignificauit, in fin & extra de præben. cum iam dudum & extra de reſcr. ex parte ſic. inf.2.q.1.in primis. 1 & ff.de condi.& demon. falſa & ff.de ſtatu homi. ſumma.

1 ibi, ſi alij accuratores &c.

g ¶ Diſcrepant.] Non tamen ſunt contrariæ. nam tranſire per agrum alienum diuina lex permittit, humana prohibet: ſed prohibitio, & permiſſio non ſunt contrariæ. nam Dominus permittit vxorem infidelem dimitti, Apoſtolus prohibet, vt 28.q.1.iam nunc.

h ¶ Alijs.] vt inf 32.diſt.illa & inf 32.diſt.placuit.

i ¶ Alienum.] Sed nonne iure naturali omnia ſunt communia, vt inf cap. ius naturale. & inf diſt.8.quo iure, non ergo aliquis ager alienus eſt, ideo expone, alienum ideſt qui eſt alienus modo.

Omnia ſunt communia iure naturali.

[illegible] die, ideſt licitũ

k ¶ Fas eſt.] ideſt, æquum eſt 2.cum ſubeſt cauſa, & innoxius eſt tñutus, vt 23.q.2.c.vlt. Item iure diuino licitum eſt comedere vuas in agro alterius, ſed non exportare conterere ſpicas & comedere licitũ eſt 6.q.3 c. 1.ſed non mittere falcẽ, vt infra de conſe.diſt.5 diſcipulos. ſed licet ſit æquum iure diuino, tamen non eſt ius id eſt, ius non dat ciuilem actionẽ. Vbi enim aliquid mihi prodeſt, ſ. dominio nõ prohibente. Prohibitio enim domini tollit hanc per miſſionem, Et dicas licitum eſſe ei in ſua natura, & a iure naturali per miſſã, & a l. Moſaica. nã ius poſitiuũ ex conſtitutione licitũ eſt, non ſem per æquum eſt, ſecundũ Lau. prodeſt, & tibi non nocet: æquum eſt, vt mihi non prohibeas, licet ius ibi deficiat, vt ff. de aqua plu.arcen. in ſumma. 1.§. item Varus. Tranſire tñ per agrum alienum licet in caſibus, ſcilicet, ſi ſeruitutem debeat, vt C.de ſeruit. per agrum. Item ſi theſaurum ſuum quis vult effodere ff.ad exhibit. theſaurus in fi. Item ſi glans mea decidit in agrum tuum. ff.de glan. legen. l. vnica. & dum quæro hominem fugitiuum. ff.de ſer.fugi. diuus. & in alio caſu. 23.q.2.c.vlt. Item dum via publica deſtructa eſt, vt ff.quemadmodo ſer.amit. ſi locus §. vlt. 10.

EX VERBIS, CASVS. Concludit Gratianus ex ſupradicto cap. differentiam eſſe inter legem diuinam, & legem humanam: cum omne quod fas eſt, nomine diuinæ uel naturalis legis intelligatur: nomen vero legis humanæ mores conſcripti, & traditi intelligantur. In fine dicit, quod ius eſt generale nomen multas continens ſpecies. & hoc probat per ſequentia.

l IVs generale] Caſus trium capitulorum ſequentium planus eſt: & per te videbis.

l ¶ Ius generale] quia iuſtum eſt: nec iudex dꝰ: ni ſi iuſtus

Digitized by Google

sunt sit, vt 25.q.2 c.1. Quandoque est aliquod ius quod non est æquum nec iustum, vt si alicuius vxor adultera tur, ꝙ ille non possit promoueri, vt 24. dist. si cuius, qđ intelligo si ille postea cognouerit eam 1. quia sine culpa sua puniri non debet, vt 29.q.7 inuentum. Itẽ æquũ & iu-

1 Siue sciens, siue ignorans.

tem est dictum: quia iustum est. Omne autem ius legibus, & moribus constat.

Isid. cod. l. c. 5.

¶ Quid sit lex. Cap. III.

Lex est [a] constitutio scripta.

¶ Quid sit mos. Cap. IIII.

Isid. ibidem. Iuo p. 4. c. 200.

Mos est longa [b] consuetudo de moribus [c] tantummodo † tracta.

† *tantundem.*] in ori manusc. & aliquot Gratiani.

¶ *Apud Isidorum hæc antecedunt.* Mos est vetustate probata consuetudo, siue lex non scripta. Nam lex a legendo vocata est, quia scripta est. Mos autem longa consuetudo est.

¶ Quid sit consuetudo. Cap. V.

Isid ibidem. Iuo ibidem. Pann. l. 2. c. 161. Tertullianus in lib. de corona militis.

Consuetudo autem est ius quoddã moribus institutum [d]; quod ꝑ lege suscipitur, cũ deficit lex [e]. ¶ Nec differt, an scriptura, an ratione consistat; quando & legẽ

Consuetudo an egeat institutione.

d ¶ Institutum.] Videtur hic manifeste, ꝙ plures vices non sufficiant ad hoc vt aliquid dicatur consuetudo: nisi institutũ sit, ꝙ illud ꝑ consuetudine amodo seruetur. nam potest esse ꝙ ex gratia, vel tolerãtia hoc sæpius pmissum sit, vt extra de ver. sig. abbate. & 10.q.3. qa cognouimus vñ licet aliquid sæpius factũ sit: nisi & iustum est, vt nemo cum alterius iactura locupletetur, vt extra de pœnis, suam & ff. de cond. ind nam hoc. & tamen contra illam æquitatem inducta est vsucapio siue præscriptio. Item iniquum est vt vnus puniatur pro alio: quia non debet vltra progredi pœna quam reperiatur delictum, vt extra de his quæ fiunt a ma. par. cap. ꝙsiuit. tamen contra hanc æquitatem multa iura loquũtur, vt 1.q.4. ecclesia §. item ex peccato Achor. & 6.q.1. sunt plurimi. §. verum. & extra de spõ. non est vobis. Sed dic ꝙ in omnibus casibus ex causa, & pro bono pacis vel publico inducitur quandoque rigor contra naturalem æquitatem: quãdoq; tantũ sine ratione inducitur rigor cõtra æquitatẽ: & hoc solũ pro ratione sufficit, ꝙ ita scriptum est, vt ff. qui & a qui. manu. libe. non fi. l. prospexit.

Rigor qñq; præfertur æquitati.

a Lex est, &c.] Iustum præcipiens, & contrarium prohibens. 25.q.4. si ecclesia. in fi. & dicitur lex eo ꝙ legitime ligat 2. dist. omnis Archi.

Consuetudo quot vicibus inducitur.

b Mos est longa.] Quam consuetudinem dicis esse longam, vel quot vices dicis inducere consuetudinẽ nunquid illud quod bis factum est, vt 25.q.2. ita nos. Vel illam, quæ ter facta est, vt extra de elect. venerabilem in fin. Vel illam, quæ sæpius quam ter est facta, vt extra de causa pos. & proprie, cum ecclesiã Sutrina. Vel illam, quæ decies facta est: sicut longa præscriptio dicitur quæ est x. annorum, vt C. de præscrip. lon. temp. per totum. Vel illam cuius non extat memoria, vt 3.q.6. hæc quippe ff. de aqua quoti hoc iure §. ductus aquæ? Dici consueuit ꝙ in criminalibus duæ vices inducunt consuetudinem: sed in alijs tres non sufficiunt. C. de epi. aud l. 4. in fi. Io. Hoc teneas pro certo, ꝙ secundum ius canonicum non valet consuetudo, nisi præscripta sit & rationabilis, vt extra de consue. ca. vlt. videtur tamen hic ꝙ quaternarius actus inducat consuetudinem. C. de ser. l. vlt. Bar. Brix.

Mos & mores differũt.

c ¶ De moribus.] Hæc descriptio dupliciter videtur inconueniens, & quia idem ponitur in descriptione quod in descripto: quia idẽ ponitur pro specie, & genere. Sed dic, ꝙ aliter sumitur hic hoc nomen, mos; & aliter hoc nomen moribus; & aliter hoc nomen, consuetudo. Nam mos sumitur pro iure non scripto, consuetudo sumitur generaliter pro iure scripto & non scripto, vt infra cap. proxi sed hoc nomen moribus, sumitur hic pro frequentibus actibus hominum. Ioan.

Consuetudo.] CASVS. Capitulum istud diuiditur in tres partes. In prima parte ponitur diffinitio consuetudinis, ꝙ talis est [Consuetudo est ius quoddã, &c.] In secunda parte, qua incipit ibi, [Nec differt.] dicitur ꝙ non refert vtrum consuetudo sit scripta, an sola ratione, i. deest sine scriptura constet; quoniam & legem ratio commendat. In tertia parte quæ incipit ibi, [Porro] dicitur ꝙ lex est ratio: quia rationem habet: & consuetudo erit lex, id est, seruabitur pro lege, quæ rationem habet, dummodo religioni congruat, disciplinæ cõueniat, saluti proficiat, & dicitur consuetudo, quia in vsu communi est.

e ¶ Cum deficit lex.] Hic videtur ꝙ tunc demum recurrendum est ad consuetudinem, cum lex deficit. Et sic est arg. ꝙ nũquam sed m cõsuetudinẽ est iudicandum, si ius contrariũ ꝓcipiat, & arg infra 11. dist. consuetudinis. & cap. consequens. & infra dist. 8. si consuetudinem, & cap. consuetudo, & extra de sen. & re iud. cum causa. & extra de foro comp quod clericis. Rñdetur, ꝙ non secũdum consuetudinem, sed secũdum iura est iudicandum, vt ff. de sepul. vio. l. 3 §. diuus. secundum hoc multa occurrũt cõtraria, vt infra dist. 32. placuit. & extra de eo q mit. in pos. cũ venissent. & extra de cog. spi. super eo. & extra de arbi. dilecti. & extra de consue. ca. 2. & extra de testa. cap. ad hæc. Ex istis omnib. habetur, quod consuetudini statur contra ius scriptum. Solutionem aũt istius quando consuetudo ꝓiudicet iuri, dicemus infra 8. dist. cap. frustra. Ioan Hoc tene, ꝙ consuetudo rationabilis & præscripta iuri scripto præiudicat. ita mihi videtur, vt extra de consue. c. vlt. etiam si alia non interueniant, de quibus facit mentionem Ioan. in illo cap. frustra. B. Sed ad quam consuetudinem dicis recurrendum? an ad consuetudinem terræ: an ad Romanam consuetudinem: an ad consuetudinem loci ubi contractum fuit: an ad consuetudinem vicinarum prouinciarum? Videtur ꝙ ad consuetudinẽ Romanam, ut infra 11. dist. c. vlt. insti. de satisd. §. vlt. Econtra videtur, ꝙ ad consuetudinem loci, ut 12. dist. illa & C. de adi. priua. an in totum, & iura præalleg. ad hoc inducas. Ad hoc dico, ꝙ iudex maxime delegatus primo secundũ canones iudicabit: deficientibus canonibus iudicet secundum leges 3, vt extra de nou. oper. nũc. intelleximus. & infra dist. 10. si in adiutoriũ. deficiente omni iure procedat ad generalem consuetudinem 4, vel etiam particularem, cum defuerit generalis. licet quidam tunc dicant recurrendum ad cõsuetudinem Romanam: deficiente iure & consuetudine procedat de similibus ad similia, ut 20 dist. de quibus. ff. de legib. l. nõ possunt. oĩbus deficiẽtibus ad Romana

2 Arg. extra de testibus Raynucius. § dictus ver. præcedit. de hoc no. 12. distin illud. in glo. arg. cõtra ibi videas.

Consuetudo vtrum præiudicet iuri scripto.

Iudex per q̃ iura debet iudicare.

3 De hoc 15. qu. 3 §. cum autẽ. uersi. sed sicut.

4 Adde Bal. in l. aduersus. C. in aduers. ten. iud. & Alexan. de Imo. in l. solet. ff de iurisd. omn. iud. circa princ.

Digitized by Google

cõsuetudinẽ ꝓcedat, vt ff. de leg. & const. de quibus, in prin. licet sit arg. ꝙ ad consuetudinem vicinarum prouinciarum sit recurrendum, vt extra de cen. super eo.

a ¶ Ratione.] Arg. ꝙ deficiente lege uel canone potest allegari ratio, ut 19. dist. si Romanorũ, & dist. 8. frustra.

b ¶ Quod religioni cõueniat] multa em̃ sunt cõtra rationẽ *, tamen congruunt religioni. vt virginem peperisse.

* *Proprie nõ sunt contra rõnem, sed supra rationem.*

c ¶ Quod disciplinę congruat.] quia licet ꝓlatus de rõne possit coercere subditũ delinquentẽ: tamen disciplinate tenet ipm̃ coercere, vt proficiat ei ad salutem, vt 45. dist. cum beatus.

d ¶ Quod saluti ꝓficiat.] licet rõ * sit ꝙ homo debeat per sequi inimicum: tamẽ non proficit hoc ad salutem.

* *Est rõ vel depranata, vel infirma, cũ non proficit ad salutem.*

CVM ITAQVE, CASVS. Infert ex supradicto capi. cõsuetudo, dicens, cũ non refert, an scripta sit consuetudo, uel non sit scripta, apparet ꝙ quædam consuetudo est tradita in scriptis: quædã moribus utẽtium reseruatur, quæ autem scripta est, cõstitutio siue ius uocatur: q̃ scripta non est, consuetudo uocatur. Et dicit etiam ꝙ est alia diuisio iuris, & ad hoc inducit sequens capitulum, exempla ponendo de quolibet membro diuisionis.

ratio commendat. ¶ Porro si ratione [a] lex constat: lex erit omne iam quod ratione constiterit; duntaxat quod religioni conueniat [b], quod disciplinæ congruat [c], quod saluti proficiat [d]. Vocatur autem consuetudo, quia incommuni est vsu.

Cum itaque dicitur, non differt vtrum consuetudo scriptura, vel ratione consistat: apparet, quòd consuetudo est partim redacta in scriptis, partim moribus tantũ vtentium est reseruata. Quæ in scriptis redacta est, constitutio siue ius vocatur † : quæ vero in scriptis redacta non est, generali nomine, consuetudo videlicet appellatur. Est autem & alia diuisio iuris, vt in eodem lib. 5. c. 4. testatur Isidorus ita dicens.

¶ Quæ sint species iuris. Cap. VI.

IVs autem, aut naturale est, aut ciuile, aut gentium*.

† *Ius aut naturale.*] orig. & aliquot Gratiani codices.

† Quando ita simpliciter, ut ex nunc statuitur sed si cõsuetudo publica auctoritate in scriptis redigit, & auctoratur, ne dubitetur, & alia probatione opus sit; nihilominus consuetudo est.

* Concor. tex. in § huius studij, uersf. dicendum. Insti. de iu. & iu.

¶ Quid sit ius naturale. Cap. VII.

IVs naturale [e] est commune omnium nationum, eo ꝙ vbique instinctu naturæ, non constitutione aliqua habetur: vt viri, & fęminę coniunctio [f], liberorum successio [g], & educatio [h], communis omnium [i] possessio, & omnium vna libertas, acquisitio eorum, quę cœlo, terra, marique capiuntur [k]: item depositæ [l] rei, vel commendatę †[m] pecuniæ restitutio, violentię per vim [n] repulsio. ¶ Nam hoc aut si quid huic simile est, numquam iniustum, sed naturale æquumque habetur.

Isid. eo. l. c. 5.

†*al. commodata restitutio.*

a ¶ Successio.) *In tribus codicibus manuscriptis Isidori, & aliquos Gratiani legitur,* liberorum, susceptio, & educatio; *quæ lectio conuenit cum l. 1 ff. de iust. & iur. vers. hinc descendit.*

IVs autem CASVS. Capitulũ istud diuidit in tres partes. In prima diuidit Isidorus ius trifariam, in ius naturale, in ius ciuile, & in ius gentiũ. In secda parte, quę incipit. [Ius naturale] dr̃ ꝙ ius naturale est cõe omnium nationũ, eo ꝙ instinctu naturæ ꝓcedit, & non ex constitutione aliqua. In tertia quæ incipit ibi, [Vt viri,] ponit viij. quæ ex naturali iure ꝓcedũt, ut uiri & fęminę cõiunctio, &c. nã itta aut his similia de iure naturali ꝓcedunt.

Ius naturale dicit multipliciter.

e IVs naturale.] Ad intelligentiam istorũ nota, ꝙ natura multis modis dr̃, qñq; dicitur natura uis insita rebus similia de similibus procreans. Secundo modo dicitur natura quidã stimulus, seu instinctus creaturæ ex sensualitate proueniens ad appetendum, uel ad procreãdũ, uel ad educandũ, 32 q. 1. horrendus ff. de uen. inspi. l. 1. § ius naturale, Insti. de iure na. gen. & ciui. in prin. Tertio modo dr̃ instinctus naturæ ex rõne ꝓueniens, & ius ex tali natura proueniẽs dr̃ naturalis æquitas, & cõmunia, scdm hoc ius naturæ, dr̃ oia, idest, cõicanda tpe necessitatis, ut 47. dist. sicut Quarto modo dicitur ius naturale præcepta naturalia hoc est: Non furtum facies: Non mœchaberis. 32. q. 7. quod adulterio. Inst. de obl. quæ ex delic. nasc. circa prin. & omne ius diuin ũ * dr̃ naturale ius, & secundũ illud ius similiter oia dr̃ cõia. i. cõicanda: bene enim fuit aliquid proprium. *-de iure diuino. nam ipsi Adæ fuit dictum. In sudore uultus tui uescris pane tuo, & alibi: Non concupisces rẽ ꝓximi tui. 47. dist. uirum. Similiter ius ciuile dicitur uarijs modis. Qñq; dicitur ius ciuile. illud ius, quod non est naturale,

* *Declaratur infra dist. in. 6. c. nõ est peccatũ. § his itaq:*

* *Vide B. Tho. 2. 2. q. 57. ar. 3.*

f ¶ Coniunctio.] si intelligas de cõiunctione corporum, secundũ hoc est ius naturale proueniens ex sensualitate. Si intelligas de cõiunctione animorum 1, est ius naturale ex ratione proueniens, extra de biga. debitum.

1 Sub ã qua coniunctione est intelligẽdum secũdum Ber.

g ¶ Successio.] Non intelligas de successione quæ fit per hæreditatem, cum illa nõ sit naturalis: sed de successione per carnis propaginem. Vel etiam intelligi potest de illa qua liberi iure naturæ succedunt parentibus ff. unde lib. 1 & l. scripto. § non sic.

a ¶ Ignoscí.] *Apud B.Cyprianum legitur*, Ignoscí enim potest,*& his antecedunt ea, quæ leguntur supra,cap frustra.vsque ad ver.*reuelatum.

a ¶ Consuetudo.] Pone casum, vt inf. de cons dist.3.c 2. & 3.

b ¶ Esdram.] Qñ phibuit Iudęis ne alienigenas ducerẽt vxores, nisi essent de tribu sua: ipsi autẽ duxerũt alienigenas de filijs Chananæorũ, vt 28 q 1.§.1.Veltãgit qualiter bibliotheca et psalterium à Babylonijs destructa, per Esdram reparata sit. Vel aliter quæritum est quæ virtus esset maior?Respondet quidam mulieris,alius regis,alius viri,alius vini,alius veritatis. hanc approbauit Esdras.

Idem lib.2.epist.3.ad Cecilium.

¶ Dei veritatem,non hominum consuetudinem sequi oportet. Cap. IX.

Ansel.l.9.c.6.
Matth.17.
Hic est filius meus, &c.
Esa 29.
Matth.15.

SI solus[d] Christus audiendus est, non debemus attendere, quid aliquis ante nos faciendum putauerit; sed quid,qui ante omnes est, Christus,prior fecerit. Neque enim hominis consuetudinem sequi oportet;sed Dei veritatem, cum per Esaiam prophetam Deus loquatur, & dicat,[Sine causa autem colunt me, mãdata & doctrinas hominum[e] docentes.]

c ¶ Quia ignorans.] Arg.ꝙ ignorantia iuris excusat, vt hic,& 30.q.1.de his,& 2.q.3.si quem.§.notandum 2.& 24.q.1.si quis dederit.& 28 dist presbyterum.

d ¶ Si solus.] Idest, nullus ei contrarius fic infra 8.q.1. sciendum. in fi.

e ¶ Hominum.] Ergo Iudæi reguntur humanis constitutionibus,& sic econtra.inf 12.dist.omnia. vbi dicitur ꝙ Iudæi tantum diuinis constitutionibus reguntur: sed verum est, ꝙ olim regebantur constitutionibus humanis, scilicet scribarum & Phariſæorum, vt hic dicit. sed hodie non, vt ibi.

Liquido igitur apparet, quod consuetudo naturali iuri postponitur.

non vac cum nostris.&c. literas. Item ratione consuetudinis solus abbas sine consensu fratrũ confert stipendia, vt extra de his,quæ fi.à plã sine cons.c.ea nosci? Item in sacro baptismi ualet consuetudo,vt inf. de consec.dist. 4 de trina. Item in matrimonio respicitur consuetudo extra de cog. spi. super eo. Item in continentia clericorum 84. dist. cum de quondam. Item in alijs casibus, quos not.sup.1 dist.c. consuetudo. Scias ergo, ꝙ ad hoc ꝙ consuetudo ꝓiudicet iuri,requiritur, ꝙ sit præscripta, vt extra de cã pos. cũ ecclesia. & extra de consue c. vlt. Item ꝙ obtinuerit in contradictorio iudicio populi, vt extra de verb.sig.abbate.ff.de leg. cum de consuetudine. Itẽ ꝙ eo aĩo fiat, vt credant se ius hre,& in posterum illud intendant facere. alioquin talis vsus non dr vsus, vt ff de iti.actuq; pri.l.1.§.Iulianus rectè ait. Item vt res illa sit ꝓscriptibilis,vt 93.dist. c.illud. Item ꝙ possit dici antiqua & approbata, vt extra de postula pla. bonæ 2. circa fi. Item continere debet naturalẽ æquitatem. extra de do.& contu.c. 1. extra de consue ex parte. Item ꝙ sit de scientia Principis inducta, nõ tñ de tolerãtia 2, vt ex

Consuetudinis multę sunt conditiones.

2 Idem sen-

2Not.etiam 28. distin.in principe de cõsecr. dist. 2. cap. 2.

Iudæi vtrũ constitutionibus regãtur.

DISTINCTIO IX.

QVod autem [a] & constitutio naturali iuri cedat, multiplici auctoritate probatur.

Ait enim Augustinus ad Bonifacium comitem, epist. 50.

¶ Leges principum naturali iuri prævalere non debent.

PALEA: [a] Cap. I.

IMperatores quando pro falsitate contra veritatem cõstituunt malas leges, probantur bene credentes, & coronantur perseuerantes: quando autem pro veritate cõtra falsitatem constituunt bonas leges, terrentur sæuientes, & corriguntur intelligentes.

Quicunque [β] [b] ergo legibus [c] Imperatorum, quæ pro Dei veritate feruntur, obtemperare non vult, acquirit grande supplicium. Quicunq; vero legibus Imperatorum, quæ contra veritatem Dei feruntur, obtemperare non vult, acquirit grande præmium.

Luo p. 4. c. 84. Pann. l. 2. c. 154.

Nam & temporibus prophetarum omnes reges, qui in populo Dei non prohibuerunt, nec euerterunt, quæ contra Dei præcepta fuerant instituta, culpantur: & qui prohibuerunt, & euerterunt, super aliorum merita laudantur. Et rex Nabuchodonosor, cum seruus esset idolorum, constituit sacrilegam legem, vt simulachrum adoraretur: sed eius impiæ constitutioni qui obedire noluerunt, pie fideliterque fecerunt. Idem tamen rex diuino correctus miraculo, piam, & laudabilem legem pro veritate constituit, vt quicunq; diceret blasphemiam in Deum † Sidrac, Misac, & Abdenago, cum domo sua penitus interiret.

Dan. 3.

Ibid.

† *Deum verum*] orig.

[a] ¶ Palea.] *In exemplaribus antiquis Gratiani, in quibus aut nulla, aut pauca sunt palea, hoc loco habetur tantum à vers.* Quicunque *vsque ad vers.* Nam & temporibus. *In alijs autẽ in quibus sunt, habetur integrum hoc caput, & sine nota Paleę. Est autem totum in eodem B. Augustini loco.*

β ¶ Quicunque.] *Commutatus etiam apud Iuonem, & in Pannormia est ordo verborum Beati Augustini, apud quem qui meretur præmium, prior, qui supplicium, posteriore loco ponitur.*

Item ex uerbis Isidori, lib. 3. sententiarum de summo bono, cap. 52.

¶ Principes tenentur, & ipsi viuere legibus suis. Cap. II.

IVstum est principem legibus obtemperare suis. Tunc enim iura sua ab omnibus custodienda existimet, quando ipse illis reuerẽtiam prębet. Principes legibus teneri suis nec in se conuenit † posse damnare iura, quæ in subiectis constituunt. Iusta est enim vocis eorum auctoritas, si quod populis prohibent, sibi licere non patiantur.

Bure. l. 15. c. 41. Luo. p. 16. c. 43.

† *conuenit frustrare iura*] orig.

¶ *In aliquot vetustis exemplaribus caput hoc non habetur, in alijs vero coniunctum est superiori, & non habet rubricam.*

Item Augustinus in prologo libri tertij de Trinitate.

¶ Scripturis canonicis tractatorum literæ deferuiunt. Cap. III.

NOLI MEIS

Luo p. 4. c. 71. Pann. l. 2. c. 120.

[a] Quod autẽ] Hæc distinctio diuiditur in duas partes. In prima probatur q̃ nõ valet cõsuetudo cõtra Deũ. In secunda ibi [Noli.] probatur per ix. cap. quod commẽta Sanctorum nõ præiudicant nouo & veteri testa. Io. de Fan. CASVS. In superiori dist. ostensum est, q̃ ius naturale præponitur cõsuetudini, in hac 9. dist. ostẽdit q̃ ius naturale præponitur cõstitutioni: & hoc probatur p̃ sequẽtia c. & intellige hoc de iure naturali, qđ cõsistit in præceptis & prohibitionibus.

a ¶ Quod autẽ] Sup. in proxi. dist. 8 ostẽdit qualiter ius naturale præualet cõsuetudini. In hac 9. dist. ostẽdit qualiter ius naturale præiudicat & præualet constitutioni hominum: & sumitur per totam hanc distin. ius naturale p̃ iure diuino, quod continetur in lege & in Euangelio. Item per totam hãc distin. vocat canonicam scripturam, nouum & vetus testamentum.

IMperatores.] CASVS. Dicitur in hoc cap. q̃ qui bonis legibus, & q̃ p̃ veritate latæ sunt, non obtemperat, puniri dẽt: q̃ vero malis legib & q̃ contra Dei voluntatẽ latę sunt, non obtemperat, remunerari debet.

b ¶ Quicunque.] Hic incipit cap. aliud est palea. & habes idem 23. quæst. 4. non inuenitur.

Argumentũ a contrario, est in iure fortissimũ.

c ¶ Ergo legibus.] Not. arg. à cõtrarijs, vt 15. q. 3. de crimine. & 24. q. prima. quodcunque ligaueris. & ea. causa. quæstio. 2. sanè 35 dist. qualis & fortissimũ est argu. à contrarijs 1. ff. de offi. eius cui mand. est iurisd. l. 1. & 11. q. 3. Imperatores.

1 De hoc legi. & not. 2. q. 1. sciendum. iuxta finem.

NOli meis.] CASVS.

CASVS. Quærebant quidam ab Augustino vtrum scriptis eius esset fides adhibenda tanquam scripturis canonicis noui & veteris testam. & respondet, ꝙ non. In scripturis.n. canonicis quod inuenitur, incunctanter credendum est, in scripturis autem Augustini quod reperitur, non

literis, quasi canonicis [2] scripturis inseruire. Sed in illis, & quod non credebas, cum inueneris, incunctanter crede: in istis [b] autem quod certum † non habebas: nisi certum intellexeris, noli firmum † tenere.

† *al. certum habeas.* exemp.]
† *al. firmiter retinere.*]orig.

Idem ad Vincentium Victorem, lib. 4. de anima, & eius origine, cap. 1.

¶In tractatorum opusculis multa corrigenda inueniuntur. Cap. IIII.

Iuo par. 4 c. 71.
† *moribus*] orig. & Iuo.

NEgare [c] non possum, nec debeo, sicut in ipsis maioribus †, ita multa esse in tã multis opusculis meis, quæ possint iusto iudicio, & nulla temeritate damnari.

Idem ad Hieronymum, epist. 19.

¶In scriptis canonicis mendacia non admittuntur. Cap. V.

Iuo par. 4. c. 74. Pann. li. 2. c. 119.
† *scripturarũ libris*]ori. & Pann.
† *eorum auctorem in scribẽdo aliquid erraſſe firmiſſimè credam*] ori. Iuo, & Pann.
† *præpolleãt*]orig.

EGo solis eis scriptorum † [d], qui iam canonici appellantur, didici hunc timorem, honoremq; deferre, vt nullum eorũ † scribendo erraſſe [e] audeã credere: ac si aliquid in eis offendero, quod videatur cõtrarium veritati, nihil aliud quàm vel mendosum esse codicem, vel interpretem non assecutũ esse quod dictum est, vel me minimè intellexisse non ambigam. Alios autem ita lego, vt quantalibet [f] sanctitate, doctrinaq; polleant †, non ideò uerũ putem, quia ipsi ita senserunt, sed quia mihi per alios [α] auctores, vel canonicas, vel probabiles [g] rationes, quod à vero non abhorreat, persuadere potuerunt.

α ¶Mihi per alios.] *Sic etiam in manuscriptis, & in gloſſa. Apud Beatum Augustinum est*, mihi uel per illos auctores canonicos, vel probabili ratione. *Nec multo secus apud Iuonem. Alias uero nonnullas uarietates satis uisum est in margine indicare.*

Idem β.

β ¶Idem.] *Verba huius capitis sunt B. Hieronymi ad Lucinium Baticum, epist. 28. sed mutata non est inscriptio ob gloſſam, in ver. Græci.*

¶Libris veterum Hebræa volumina, nouis Græca auctoritatem impendunt. Cap. VI.

† Adde Iac. Butr. & etiã aliquid per Bar. infr. in tantum, §. ſi cũ lege ſeq. ff. de rer. di. & Alexã. de Imo. in l. bene ad cognitionẽ col. 9. ff. ſi cer. pet.

VT veterum [h] librorum † fides de Hebræis voluminibus examinanda est, ita nouorum Græci [i] sermonon est habendum pro firmo, nisi certum appareat.

a ¶Canonicis.] Quia de canonicis scripturis non possumus disputare an iustæ sint, uel non, ut infra ea. quis nesciat.

b ¶In istis] Loquitur hic secundum illa tpa cum adhuc scripta August. & aliorum sanctorum Patrum non erant authentica, sed hodie habẽtur [*] omnia teneri usque ad ultimum iota, ut inf. 15 dist. c. vlt. Vel hoc ideò dicit, ut ostendat ꝙ maior sit auctoritas ueteris testamẽti, quàm sanctorum Patrum, vt 10 dist. in canonicis.

[*] *Hoc in c. illo. vlt. habetur de epistola B. Leonis ad Flauianũ.*

NEgare]CASVS. Vinc. reprehendebat opuscula Augu. dicens ibi esse multa mendacia. Et certe non est mirum dicit August. si sua opuscula culpanda sunt, cum maiorum opuscula reprehendantur.

c ¶Negare.] Iusto iudicio. Vnde August. multa opera postea retractauit 1. vt 29. q 6. vides. 12. q 1. certè. & 26. q 4. quodam loco.

1 Ad idem 28. q. 4. c. vlt.

EGo solis] CASVS. Quæsiuit Hiero. ab Aug. an credat scriptores vete. & noui testa erraſſe in scribendo. Et respondet Aug ꝙ non: sed si aliquid in illis scriptis mendacij inueniatur, dicendũ est codicem esse mẽdosum, vel interpretem non bene de Græco in Latinum transtuliſſe, aut dicam me nõ intelligere quod scriptum est. Aliis autem scriptoribus nõ est credendum, & si sancti sint: nisi quod scripserint probauerint per canonicas auctoritates.

d Scriptorum.] id-est, scriptoribus.

e ¶Erraſſe.] Nefas enim est dicere, ꝙ scriptura mẽtiatur, vt 23. q. 5. quid ergo. immo qđ in eis dr, defendere dẽmus vſque ad ſanguinis effuſionem. vt 25. q. 1. ſunt quidam.

Scriptura nõ mentitur.

f ¶Quãtaliber.] Argt ꝙ nõ est cõſiderãdũ qs dicat, vt 19. dist. fm. & est arg. pro dictis quorũdã teſtiũ, ꝙ non est credendũ magis honorabiliori perſonæ q̃ alij: quia veritas a quocunque prolata ſ p præferenda est, vt 2. q. 7 quæritur, & infra, eo ¦neq, ff. de ſup leg. l. Labeo Eis.n. magis creditur, qui rei aptiora dicũt, vt 4. q. 3. § itẽ in criminali. verſi. ſi teſtes. Nec ſanctitas perſonæ prodeſt, vt citius credatur. 50. d. ſi quis ꝑpostera. & arg. ad idem 1. q. 1. teneamus. 6 quæſt. 2. placuit. & 3. q. 9 c. vlt. Arg. cõtra 2. 11. q. 1. quacunq; 97. d. nobiliſſimus. & 1. q. 3. c. 1. & 41. dist. ca. 1. & 11. q. 1. abſit.

Veritas a quocunque dicat, omnibus est præferenda.

g ¶Probabiles.] Argu. ꝙ ratio æquiualet canoni, ut supra, dist. 1. conſuetudo. & infra, c. ſanè. Ioan.

2 Iſta contraria omnia quæ ſequũtur, aut nullo modo cõtradicunt, aut talia sũt cõtraria: Vel dic, ꝙ in hoc sũt cõtraria: quia uni ſoli qũq; creditur, ut illa iura probãt pp dignitatẽ perſonæ fm Ioan. de Fan.

VT veterum.] CASVS. Dr in hoc cap. ꝙ sicut recurrendum est ad volumina Hebræorum, ſi dubitatio aliqua oriatur de ueteri teſtamento: ſic ſi dubitatur ſuper libris noui teſt. recurrendũ est ad Græcorũ ſcripta.

h ¶Veterum.] idest, ueteris teſtamenti.

i ¶Græci.] Hieron. in ſcdo prologo Bibliæ contra ait, dicens, ꝙ emendatiora sunt exemplaria latina, quàm græca, & græca quàm hebræa. Sed Augu. ad primitiuam eccleſiam reſpicit, qñ exemplaria græca & hebræa non erant corrupta: ſed procedente tempore cum populus Chriſtianus multũ esset auctus, & hæreſes multæ essent factæ inter Græcos, in inuidiam Chriſtianorum Iudæi & Græci ſua exemplaria corruperunt; & ſic factũ est, ꝙ exem-

exemplaria eorum magis corrupta ſunt quàm latinorum, ad quod tempus reſpicit Hiero. Vel reſpicit ad latina exemplaria à fidelibus interpretibus trãſlata. Aug. reſpicit ad exemplaria latina à non fidelibus, & falſatoribus tranſlata, in quibus ſi quid falſitatis videatur, dicit eundũ eſſe ad originalia. Vel dic, ꝙ in hoc magis credendũ eſt Hieronymo, quã Auguſt. quia inter iſtos tres Aug. Hieronymo & Greg. Auguſtino magis credendũ eſt in diſputationibus, Hieronymo in hiſtorijs, & tranſlationibus: Gregorius in moralibus præponitur, quia non oẽs in omnibus, ſed certi ꝑ certa, &c. C. de uete. iu. enu. l. 1. ibi, qa nõ oẽs. Et eſt hic arg. ꝙ quantũcunq; authenticum ſit aliquod inſtrm: ſi tamẽ de ipſo aliquid ĩ dubium reuocatur, ſemper exhibendum ſit illud a quo originẽ ducit, vt 76. diſt. c. iehuniũ. in prin. & inf. 25. q. 2. ſancimus. & optime extra de ſenten. & re iud. cum inter. Et hoc cõtra dominum Alberic. qui dicit, ꝙ ſi una publica charta originẽ ducit ab alia publica charta, nõ eſt neceſſe exhibere originale. arg. in Authen. ut fratrum filij. §. quia vero. coll. vlt. ſecus in priuata. Authẽ. ut ſpo. larg. § & hoc inſuper coll. 8. arg. pro ipſo 19. diſt ſi Roma norũ. Quid iuris ſit de hoc, dixi inf. 100. diſt. contra morem.

Auguſtinũ diſpenſationes, Hieronymũ tranſlationes, & Gregorium moralia cõmendant.

nis [a] normam deſiderat.

Item Auguſtinus ad Hieronymum, epiſt. 9.

¶Nihil auctoritatis canonicis remanebit ſcripturis, ſi ad eas mendacia fuerint admiſſa. Cap. VII.

SI ad ſcripturas ſanctas admiſſa fuerint, vel †officioſa [b] mendacia; quid in eis [c] remanebit auctoritatis? Quæ tandẽ de ſcripturis illis ſententia proferetur; cuius pondere [d] contentioſæ falſitatis obteretur † improbitas?

luo p. 4. c. 215.
† *al. uelut officioſa*] orig. *al. fuerint officioſa.*

Idem de Baptiſmo contra Donatiſtas, lib. 2. c. 3.

† *al. ſubrnatur.*

¶Literis omnium epiſcoporum ſacra præponitur ſcriptura. Cap. VIII.

QVis neſciat ſanctam ſcripturam canonicam tam veteris, quàm noui teſtamenti certis ſuis terminis [e] contineri, eamq; omnibus poſterioribus epiſcoporum literis ita præponi, vt de illa omnino dubitari, & diſceptari [f] non poſſit, vtrum verum vel vtrum rectũ ſit quidquid in ea ſcriptũ eſſe conſtiterit? Epiſcoporũ autem literas, quæ poſt cõfirmatum canonem vel ſcriptę ſunt, vel ſcribuntur per ſermonẽ forte ſapientiorem cuiuslibet in ea re peritioris, & per aliorũ epiſcoporum grauiorẽ auctoritatem, doctioremq; † prudentiam, & per concilia licere reprehendi, ſi quid in eis forte à veritate deuiatum eſt?

luo p. 4. c. 227. Polyc. li. 3. tit. 21.

† *al. doctiorumq:*

Idem ad Vincentium epiſt. 48. contra Donatiſtas.

¶Ex dictis quorumlibet epiſcoporum contra diuina mandata calumniæ non colligantur. Cap. IX.

NOli frater cõtra diuina tam multa, tã clara, tam indubitata teſtimonia colligere velle calũnias [g] ex epiſcoporum ſcriptis, ſiue noſtrorũ, ſicut Hilarij, ſiue ꝙ (antequam pars Donati [h] ſepararetur) ipſius vnitatis, ſicut Cypriani, & Agrippini: primo, quia hoc genus literarum ab auctoritate canonis diſtinguendum eſt: non enim

Deus dedit p. 2. Anſel. li. 4. c. 58. luo p. 4. c. 239.

a ¶Sermonis.] Totum enim nouum teſtamentum ſcriptum eſt græcè præter Euangelium Matthæi, & epiſtolam Pauli ad Roma. quæ eſt ſcripta latinè. Ioan.

Officioſa q̃ dicantur.

Inofficioſa quæ dicant. 1 Scilicet ſuper diuerſis articulis. ſ. ſi ille articul' nõ eſt uitioſus, in quo tota eſt vis quæſtionis, ut in hac decre. ex literis. & ſic intelligitur. C. de teſtam ſi vnus & ff. de fide inſtru. l. 2. ſecundum Io. de Fan.

SI ad.] CASVS. Dicit Aug. ꝙ ſi in ſacris ſcripturis inueniatur mendacium etiam officioſum, nihil auctoritatis remanebit in eis: nec ex illis põt ſententia ferri.

b ¶Officioſa.] Officioſa dicuntur quæ continent pietatem, quæ nulli obſunt, & alicui proſunt: ſicut inofficioſum dicitur teſtamentum, quod eſt contra officium pietatis, ut ff. de inoff. teſtam. l. 3.

c ¶Quid in eis.] Argu. ꝙ ſi inſtrumenta, vel attẽtationes pro parte inueniuntur falſæ, ꝙ in totum reprobantur, ut inf. 16 d. canones, & 3. q. 9. puta. & inf. de conſ. d. 3. non liceat & ff. de ædil. edic eiuſdem. Arg. contra. 37. diſt. qui de menſa. 12. q. 2. ſi quis, & de conſecr. diſt. 4. ſi non ſanctificatur. & 17. q. 4. queſti ſunt. & extra de arbit. cum tempore. & de præb. dilectus & C. de tranſac. ſi ex falſis Sol. ſi plura cap. ſibi cõnexa ſunt, vel uni eſt acceſſoriũ alteri, vno caſſato, cõnexa & acceſſoria caſſantur: ſecus ſi diuerſa & ſeparata ſunt ff. de mi ẽt. §. fi. & ff. de neg. geſt cum actum. & 2. quæſt. 6 diffinitiua. ver. eſt autem qñque circa fi. Vel diſtingue, vt diſtinguitur extra de fide inſtr. ex literis 1. Ioan. ego dico, quod ſi aliquid quilibet debet ſcire ſcripturã ueteris & noui teſta. ꝓponi ſcripturis epiſcoporum: & nemo debet dubitare de ea utrum verum vel ſit rectum quod in ea continetur: ſcripta uero aliorum poſſunt reprehendi per homines peritiores & diligentiores, & qui ſunt maioris auctoritatis.

e ¶Terminis] ideſt, libris.

f ¶Diſceptari.] Ita vt in dubium reuocentur quæ ibi ſtatuta ſunt. Sed diſputare licèt de eis ad maiorem intelligentiam, non reprobando. 96. diſt. ſatis.

NOli.] CASVS: Vincen. Donatiſta reprehendebat ſcripta noui & vete. teſta. quia in ſcriptis quorundam epiſcoporum quædam reprehendenda inueniebantur. Sed eum reprehendit Auguſt. quia illa reprehenenda non ſunt: hæc uero ſic: quia ab auctoritate canonum diſtinguuntur, vnde reprehendi poſſunt, ſi contra veritatem ſcripta ſunt. Et hoc probatur auctoritate Pauli: Et ſi quid aliter ſapitis, &c.

g ¶Calumnias.] Verba enim iuris non ſunt calumniandа. inf. 37. diſt. relatum & ff. ad exhib. l. pen.

h ¶Donati.] Donatus primo fuit catholicus: ſed poſtea eſt in hæreſim lapſus: cuius hæreſi adhæſerunt Cyprianus, & Agrippinus.

Neque.]

Digitized by Google

NEque.] CASVS. Aug. reprehendebat dicta quorundam peritorũ, de quo Fortunatus eũ reprehendebat. Nunc autem ei rescribit, & dicit ꝙ non vult adhibere tantam fidem illis scripturis quantam adhibet canonicis, & licet eis honor debeatur, tamen vult eas corrigere

sic leguntur, tanquam ita ex eis testimonium proferatur, vt contra sentire non liceat, sic vbi forte aliter sapuerint, quam veritas postulat. In eo quippe numero sumus, vt non dedignemur etiam nobis dictum ab Apostolo accipere. [Et si quid aliter sapitis, id quoque Deus vobis reuelauit β.]

Philipp. 3.

α ¶Siue antequã.] *Antea legebatur,* siue Cypriani, & Agrippini, antequã pars Donati separaretur. *Restituta est vera lectio ex B. Augustino, & aliquot exemplarib. Gratiani, & Iuone. Cyprianus enim, & Agrippinus multo ante* Donati *schisma in Ecclesia vnitate decesserunt, qua in re errauit auctor glossæ.*

β ¶Reuelauit.] *Ita etiam originale, & Iuo, & aliquot editiones noui testamenti. Sed idem B. Augustinus in Ioannem, tract. 5. 45 53. & 98 & alibi fere semper legit,* reuelabit, *& explanat. Graece est ἀποκαλύψει.*

Item ad Fortunatianum Epist. 112.

¶Non debetur par auctoritas canonicis scripturis, & expositionibus earum. Cap. X.

Iuo p. 4. c. 237.

NEque quorumlibet disputationes [a], quãuis catholicorũ, & laudatorum hoĩum, velut scripturas canonicas habere debemus; vt nobis nõ liceat salua honorificẽtia, quæ illis debetur hominibus, aliquid in eorũ scriptis [b] improbare, atq; respuere; si forte inuenerimus, ꝙ aliter senserint, quàm veritas habet, diuino adiutorio, vel ab alijs intellecta, vel a nobis. Talis † ego sum in scriptis aliorum, quales † volo esse intellectores meorum.

†*al. Qualis*] orig. Antu.
†*al. tales.*]

Idem ad Marcellinum de ciuitate Dei, lib. 1. c. 23.

¶Exemplis ratio sana præfertur. Cap. XI.

Poly. cap. 2 tit. 26.

SAna [c] quippe ratio ẽt exemplis anteponenda est: cui [d] quidem, & exempla concordant [e]; sed illa [f], quæ tanto digniora sunt imitatione quanto excellentiora [g] pietate [h].

Cum ergo in naturali iure nihil aliud præcipiatur, q̃ quod Deus vult fieri; nihilq; vetetur, quam quod Deus prohibet fieri; denique cum in canonica scriptura nihil aliud, quã in diuinis legibus inueniatur: diuinæ vero leges natura consistant, patet, ꝙ quæcumq; diuinæ voluntati, seu canonicæ scripturæ contraria probantur: eadẽ, & naturali iuri inueniuntur aduersa. Vnde quęcunq; diuinæ voluntati, seu canonicæ scripturæ, seu diuinis legibus postponenda censentur, eisdem naturale ius præferri oportet. Constitutiones ergo, vel ecclesiasticæ, vel seculares, si naturali iuri contrariæ probantur, penitus sunt excludendæ.

DISTINCTIO. X.

CONSTITV-

rigere si quid inuenerit in eis corrigendum. Idem vult fieri de suis scriptutis.

a ¶Disputationes.] Idest, expositiones, non.n ex ipso lædituꝛ fama alicuius per id quod reprobatur testimonũ suum, vt extra de excep. denique.

b ¶Eorum scriptis.] Argu. quod quisq; iuris in alterum statuit, &c sic. 2. q. 6. qui se scit. 22. q. 5. de forma. ff. quod quisque iur. l. 1. extra de const. cum omnes.

SAna.] CASVS. Quæsitum fuit ab Aug. vtrum ratio iuris naturalis sit exemplis anteponenda? Et respondet, quod sic, sed nõ illis, quæ cum ratione concordant.

c ¶Sana.] Aliàs sanè.

d ¶Cui.] Rationi.

e ¶Concordant.] Quandoque.

f ¶Sed illa. s. exempla.] Hoc ideo dicit. Quia non semper imitanda sunt exempla. C. de ten. nemo. sed exemplum Papę est sequendũ, vt 16. quæst. 3. licet. extra de sent. & re iud. in causis.

g ¶Excellentiora.] Non est tale exemplum Lucretiæ 1. 32 q. 5. proposito, vers. Lucretiam.

h ¶Pietate.] Argu. pro misericordia a iudice impetranda, vt 45. distin. licet plerumque 26. dist. vlt. alligant. 50. dis. ponderent. 1. quæst. 7. dispensationes, &c. exigunt. 86. distinc. non satis. 35. quæst. 9 veniam. de pœn. dist. 1. quia diuinitatis 2. Arg. contra 50. dist. absit 23. q. 4. est iniusta. 35. q. 9 loci. contra 45 dist. sed illud extra de sortileg. ex tenore.

i ¶Cum ergo.] Infert ex supradictis, vel continuat ad inferiora hoc modo. cum in iure naturali nihil præcipiatur, vel vetet, q̃ quod Deus vult fieri, vel ñ fieri. & in canonica * scriptura nihil aliud q̃ quod in diuinis legibus inueniatur: diuinę vero leges natura cõsistãt: patet, ꝙ quę contraria diuinæ seu canonicæ legi inueniunt, iuri naturali cõtraria sunt, & iuri naturali postponuntur. Et facit hic correlationem iuris naturalis ad canonicã scripturam, & diuinas leges.

1 Sed in ratione, q. d. vbi exemplũ non concordat rõni, nõ est sequendũ. nã illud exemplũ Lucretiæ non concordat rõni. Archid.

2 Et extra de sortil. c. 2. in parte decisa.

* *Vide sup. dist. 6. c. non est peccatũ, §. his itaq;*

Onstitutiones.] Hæc dist. diuiditur in duas partes, in quarum prima probat per quinq; capitula, quod leges principum non præiudicant canonibus. Secunda ibi, [Eccc.] Io. de Fan.

CASVS,

CASVS. Oſtenſum eſt ſupra, quòd ius naturale præferit conſuetudini, & conſtitutioni tam eccleſiaſticæ, quàm ſæculari. In hac vero 10 d. oſtenditur, ꝙ conſtitutio eccleſiaſtica præfertur ſæculari conſtitutioni, & ad hoc inducuntur ſequentia c. a ¶Conſtitutiones.] in hac 10. d oſtendit magiſter, ꝙ ſæcularis conſtitutio cedit ecclesiaſticæ, quia ſacræ leges non dedignantur ſequi ſacros canones, vt 2. q. 3. §. hinc colligitur. extra de iud. clerici 1.

Canones ꝓferuntur legibus. 1

tiones [3] vero principum eccleſiaſticis conſtitutionibus nõ præeminent, ſed obſequuntur.

Vnde Nicolaus Papa ſcribit epiſcopis in concilio apud Conuicinum congregatis.

Imperator legẽ condere, vt 96. d. benẽ. 2. niſi hoc eccleſia petat. vt 17. d. §. hinc etiam, & niſi in eccleſia priuilegium ſtatuat aliquid, vt 16. q. 1 gñaliter, & q. 3 nemo. 10. d ¶Diuiſiones] Arg. ꝙ epus inuito plebano non poteſt diuidere parochiam eius: nec Papa inuito epiſcopo diuide-

lates eccleſiam non adſtringunt. 2 Vide quod notab. 5. q. 6 presbyteri 2 & 22. q. 8 cõuenior. I gl. eccleſia .n. &c.

¶Lex Imperatorum eccleſiaſtica iura diſſoluere non poteſt. Cap. I

Iuo p. 4. c. 87. Pann l 2. c. 138. Anſ. l. 1. c. 97. Poly. l. 1. tit. 27

1 Concord. tex in l. 1. leges ſacratiſſimæ cũ concor.. vulg C. de epi. & cle.

LEge [α] Imperatorum nõ in omnib. Eccleſiaſticis controuerſijs vtendũ eſt, præſertim cum inueniatur euãgelicæ, ac canonicæ ſanctioni aliquotiẽs obuiare [β]. *Itẽ.* ¶Lex Imperatorum non eſt ſupra legem Dei, ſed ſubtus, Imperiali iudicio non poſſunt eccleſiaſtica iura diſſolui. Ad quod oſtendendum duorum horum †, ſcilicet Innocẽtij, & Gregorij ſatis ſufficiunt teſtimonia. Sanctus quidẽ Innocentius in decretali epiſtola ſua ad Alexandrum Antiochenum epiſcopum ait: [Nam quod ſciſcitaris, vtrũ diuiſis Impiali iudicio prouincijs, [b] vt duę Metropoles fiãt; ſic duo Metropolitani epiſcopi debeant nominari; non viſum † eſt ad mobilitatem neceſſitatum mundanarum Dei eccleſiam [c] commutari, honoresq;, aut diuiſiones [d] perpeti; quas ꝙ ſuis cauſis faciendas duxerit Imperator.] Beatus autem Gregorius ſcribens ad Theoctiſtam patritiã, inter cætera: [Si inquit, religionis cauſa cõiugia debere diſſolui dicantur: ſciendũ eſt, quia etſi hoc lex humana [e] conceſſit, lex tamen diuina prohibuit.]. Ecce quemadmodum imperiali iudicio non poſſunt eccleſiaſtica iura diſſolui. Ecce qualiter, quod lex humana conceſſit, diuina lex prohibuit. ¶Non quod Imperatorum leges (quibus ſæpe eccleſia vtitur contra hæreticos [f], ſæpe contra tyrannos, atque contra prauos quoſq; defenditur) dicamus penitus renuendas; ſed quod eas euangelicis, apoſtolicis, atque canonicis decretis (quibus poſtponenda ſunt) nullum poſſe inferre præiudicium aſſeramus.

Innoc. 1. epiſ 18. c. 2

† *vero 2 ſum*]ori.

Lib 9. reg. epi 39.

Iuo p. 4. c. 187. Pann. l. 2. ca. 140. ex c. adiectis, c. 17.

α ¶Lege.] *Caput hoc ſumptum eſt ex Epiſtola Nicolai, quæ extat in codice bibliothecæ Dominicanæ: de quo dictum eſt ſupra*

ſed ſtatutum eccleſiæ præualet, quia etſi lex humana conceſſit, lex tñ diuina prohibuit In tertia parte, quæ incipit ibi, [Non ꝙ.] Circa fi. dicitur, ꝙ bene vti poſſumus legibus vbi canonibus non contradicunt.

b ¶Diuiſis imperiali iudicio prouincijs] Imperator diuidit prouincias, vt ff. de off. aſſeſ. ſi eadem, & Papa epiſcopatus diuidit, & vnit epiſcopus eccleſias, vt extra de excel. prælat. ſicut vnire. Quid autem iuris ſit dum vniuntur, vel diuiduntur, not. 16. q. 1. poſtquam, &c. & tempore. Licet ergo Imperator diuidat vnam prouinciam in duas, non ideo erunt duæ Metropoles, vt hic, & 101. diſt. peruenit. Et eſt hic arg. ꝙ ſi princeps legitimat aliquem in temporalibus, non ideo eſt legitimatus in ſpiritualib. extra qui filij ſint legit. per venerabilẽ. niſi vbi princeps reſtituat aliquem, qui fuit infamis ratione paterni criminis, vt 6. q. 1. §. verum.

Legitimatus quo ad temporalia non cenſetur quo ad ſpiritualia.

Leges ſæcu-

c ¶Eccleſiam.] Eccleſia non adſtringitur mundanis legibus. 33. q. 2, inter. nec etiam de reb. eccleſiaſticis pòt uidere eẽpatum, vt 16. q. 1. multis, quod enim eſt vnum diuidi non poteſt, vt 24. q. 3. loquitur, & cap. ſchiſma 10 Sed credo, ꝙ Papa hoc poſſit facere ex cauſa, & etiã epiſcopus 3, vt in ea. Decre. ſicut vnire Bart.

e ¶Lex humana.] Vt habes 27. q. 2. ſunt qui dicũt. Sed mirum eſt cum Iudinianus fuerit valde catholicus Imperator, qualiter illud ſtatuerit cõtra legẽ Dñi: cũ Dñs dixerit, ꝙ ob ſolã cauſam fornicationis mulier poſſit ſe parari a viro, vt 33. q. 2. quos Deus Sed dic (vt qdã dicũt) ꝙ ignoranter fecit, & ideo veniã meruit, vt ſup. 8. d. conſuetudo. Vel erraut ſicut Hiero. vt 26. d. c. 1. Vel ideo permiſit 4, hoc, [vt grauia vitarentur, ſicut vſuras permiſit, vt vitarentur rapinæ, & coniugia permiſit diſſolui vt vitaretur vxoricidium, vt 33. q. 2 ſi quid verius.

f ¶Contra hæreticos] Et ſic vtor pro me quo non vtor contra me, inf. 37 d. ſi quid verius, & 23. q. 7. ſi hæreticus, & ſic eſt contra 19. d. ſi Romanorum. in ſi 4 q. 3 c. ſi teſtes, §. item ſi quis teſtibus,

3 Sub, & hoc eſt verum cũ nulli ſit præiudicium: alias ſecus. 2. q. 6 q ſe ſcit Io. de Fan.

4 De comparatiua permiſſione, de qua not. 3. d. c. vlt.

Non

a ¶Non licèt.] Casum præsentis capituli pone per te ipsum.

¶Non licèt.] Arg.contra illas leges, quæ permittunt vsuras exigere.arg.1.q.1.quicunq; litem.& 9 distin.c.1. ver.quicunq;.& 96.dist.bene 11.q.3.qui omnipotentē. 15.q.1.

dist.8.c.mala, Titulus autem epistolæ, hic est, Nicolaus seruus seruorū Dei,Reuerendissim.s,ac sanctissimis confratribus nostris metropolitanis episcopis,& cæteris diuersarū prouinciarum,ac vrbium præsulibus, qui in Constantinum villam publicam secus ciuitatē Siluanectis conuenistis. *Eadē epistola nuper impressa est in appendice bibliotheca sanctorum Patrum.*

ß ¶Obuiare.] *Apud Nicolaum sequitur continenter,* ad quod ostendendum &c. *Quæ autē apud Gratianum sunt interiecta, non sunt hoc loco in epistola,neq; in Polycarpo, neq; apud Anselmum:sed uerba illa,* Lex Imperatorum non est supra legem Dei,sed subtus,a *Burchardo, & Iuone citantur ex decretis Pij Papæ,c.3.habentur autē in capitularibus, adiectis} c.17.reliqua autē habentur infra in hoc eodē capite* §. *ecce quemadmodum.*

Item Symmachus † *Papa in sexta synodo Romana tempore Theodorici Regis.*

¶Nihil quod euangelicis regulis obuiet,Imperatori agere licet. Cap. II.

NOn licet [a] Imperatori, vel cuiquam pietatem custodienti aliquid contra diuina mandata præsumere, nec quidquam quod euangelicis,propheticis, aut apostolicis regulis obuiet, agere.

Item † *Fælix Papa.*

¶In ecclesiasticis causis Regia voluntas sacerdotibus est postponenda. Cap. III.

CErtum est [b] hoc regibus vestris esse salutare, ut cū de causis Dei agitur,iuxta ipsius constitutionē,regiam voluntatem sacerdotibus Christi studeatis subdere, non præferre; & sacrosancta [c] per eorū præsules potius discere,quàm docere; ecclesiasticam † formam sequi, nō huic humanitus sequenda iura præfigere;neq; eius sanctionibus velle dominari,cuius [d] clemētię Deus uoluit tuę piæ deuotionis colla submittere [e]: ne,dum mensura [f] cęlestis dispositionis † exceditur, eatur in cōtumeliā disponentis.

Item †.

¶Bonis moribus & decretis Romanorum Pontificū constitutiones contraire non possunt. Cap. IIII.

COnstitutiones [g] cōtra canones,& decreta p̄sulū Romanorū,vel bonos mores [h] nullius sunt † momenti.

Item Nicolaus Papa I.in epistola ad Michaelem Imperatorem,cuius initium est, [Proposueramus.]

¶Quæ sacerdotum sunt,Regibus vsurpare non licet. Cap. V.

IMperium vestrum suis publicæ rei quotidianis administrationibus [i] debet esse contentum; non vsurpare quæ sacerdotibus Domini solum conueniunt.

Item Gregorius Nazianzenus in oratione ad ciues Nazianzenos angoris plenos,& Magistratum iratum.

CErtum.] CASVS. Imperator nolebat præesse rebus ecclesiasticis; & prælatis ecclesiarum obedire nolebat:imo quod plus est, eis dñari uolebat,& iura p̄figere, quē Felix Papa docet ecclesiæ debere colla submittere, & non uelle eius sacerdotibus dominari ne si contra fiat, eatur in contumeliam creatoris.

b ¶Certū est.] Hoc cap.& c.suscipitis.& c quoniam,loquuntur quasi de eadem materia.

c ¶Et sacrosancta.] idest, præcepta.

d ¶Cuius.] Scilicet ecclesiæ.

e ¶Submittere.] Imperator.n. filius est ecclesiæ,non præsul. vt 96 d si Imperator. & inclinabit caput suum epis,ut 63.dist. Valētinianus. & excōmunicari pōt ab episcopo, ut 18.dist. quoniam quidem.& 96 dist. duo.

Imperator inferior est episcopo.

f ¶Mensura.] idest, Imperator excedit mensuram suam.

g ¶Constitutiones. Nunquid ergo legibus semper derogatur; per canones? Absit, nisi quo ad cās spūales, & hoc est cē dř de cōsecr. dist.3.celebritatē.ibi alia est ratio causarum sęcularium,alia diuinarū.arg.sup.eo. c.1. utrumque enim suo modo rationabiliter cōstitutū est, sed diuerso modo. arg sup.ea certū Nec Papa pōt leges tollere,nisi quo ad suum forum.Imperium.n. & sacerdotium ex eodem principio prodierunt, ut in authē tica quomodo oporteat episcopos. in prin.coll 1 arg inf. eadē dist. quoniam. sed hoc non credo, ut extra de præscriptio. quoniā omne.

Casus duorū istorum capitulorū planus est.

Imperiū & sacerdotiū ex eodē procedunt.

h ¶Mores.] Nec iramentū obligat cōtra bonos mores, ut ext.de iureiu.quemadmodum. & ff. de leg. 1. si quis inquilinos.§ ult.

Iuramentū cōtra bonos mores non obligat.

i IMperium.] ¶Administrationibus.] Distincta est enim potestas sua à potestate Pōtificali, vt inf.ea quoniam. & 96.dist. cum ad uerum. Alioquin si usurpat eorum officia,lepra percutitur,ut Ozias. 2.q.7. §. item Dauid tamen

Imperator lepra percutitur, si officium sacerdotale vsurpat.

† & Calixtus episc. 1. & Marcellinus in extrema epist. 2. & in capitulis Hadriani, ca.76 ex quo citant Burchar. & Ino p.16.c.9.

Deus d.p.1.& 3. Burch.li.15.c 8. Iuo p 4.c.231.& par. 16.c.9. Pann.li.2.c.141.

† In exemplari Veronensi est *Felix ij.*

† Ansel. li 4 c.11. Polyc.lib.1.c.18.

† *al.ecclesia.*

† *al. dispensationis.*

† *antea legebatur.*] *Idem.* Habetur in ca. Hadriani, nu 39. Deusdedit p.1. & 3. Ansel.li.3. c.88. Burch.li.15.c.9. Iuo par.5.cap.38.& par.16.c.10. Polyc.li.1.c.6.

† *sint*] orig.

i Sed illud ex pmissione ecclesiæ. 15.q.1.omne quod.& c.nulli.& c.generali.23 quæst.8. conueniot. arg.contra dist.63.cap. Hadrianus 2. 1.

tamen inuenitur, ꝙ Reges conferunt decanatus, ut extra de conſuet. cum inter, in parte deciſa. Ioan.

SVſcipitis.] CASVS. Imperatores Conſtantinopol' tani volebant ſuas conſtitutiones præferri eccleſiaſticis: contra quos inuehitur Gregorius Nazianzenus, & dicit ꝙ maiorẽ principatum dedit Chriſtus preſulibus eccleſiarũ & perfectiorẽ, quàm ipſis Imperatoribus. vñ ſi legem ſuſcipiunt Ieſu Chriſti, poteſtati eccleſię ſubijci debent: cum ſpiritus carni præferatur, & lex diuina preferatur humanæ.

a ¶Libertatem.] id eſt, verbum prædicationis.

b ¶Accipitis.] ideſt, accipere debetis.

c ¶Perfectiore.] Vt 95 diſt duo ſunt.

d ¶Spiritus.] i. eccleſiaſtica conſtitutio.

e ¶Carni.] i. ſæculari conſtitutioni.

ECCE. Hęc eſt ij. pars diſt in qua probatur per vij. cap. ꝙ quando leges nõ cõtradicũt canonibus, amplectendæ ſunt. Archid.

CASVS. § per ſe pater, & ad probandum iſtud quod dicitur in §. inducit Grat. ſeq. cap.

SI in adiutorium.] CASVS. Petilianus defendebat ſe legibus contra Auguſt. & alios catholicos. Auguſt. de hoc ipſum non reprehendit, quoniam & Paulus hoc fecit, cũ teſtatur ſe eſſe ciuem Romanum.

† ¶Si in adiutoriũ.] Hoc ideo dicit, quia non ſunt allegandę 1. leges, niſi in defectum canonũ, vt extra de no. ope. nunc. intelleximus.

g ¶Ciuem.] Ciuem Romanum appellat ſe: quia pater eius ſocietatem cõtraxerat cum Romanis, & in ſignum fuit data ei penula 2.

QVoniam.] CASVS. Iulianus Imperator uendicabat ſibi Imperium & Pontificatum: quod locum habuit in ueteri teſtamento. Sed dicit Cyprianus, quod poſtquam Chriſtus uenit, ſic officia utriuſq; poteſtatis diſcreuit, ut Imperator terrenis, Pontifex cœleſtibus præſideret: ne propter duplicem poteſtatem homo ſuperbiens rurſum ad interna demergatur: ſed cum opus eſt, altera poteſtas uicißim alteram ſubleuaret. Idem caſus eſt 96 diſt. cum ad uerum.

h ¶Quoniam] Hoc cap. eſt pars illius 96. diſt. cum ad verum.

i ¶Dei & hominum.] ideſt, diuinæ & humanæ naturę. de conſec. diſt. 2. in Chriſto patet.

K ¶Sic actibus.] ſ. ipſorum officiorum. Quædam enim fecit tanquam Imperator, cum vendentes & ementes flagellãdo de templo eiecit. 1. quæſt. 3. ex multis 3. &c. vendentes. Quædam ut ſacerdos, cum ſeipſum obtulit hoſtiam diſcipulis ſuis dicens: Hoc eſt corpus meũ, &c. de conſec. diſtin. 2. ſacerdos. Sed contrarium probatur per auctoritatem iſtam ſ. ꝙ Deus noluit ea eſſe diſtincta, cum per ſeipſum vtriuſque poteſtatis actus exercuit. Reſpon. hoc ideo fecit, ut oſtenderet, ꝙ utraq; poteſtas ab eo Proceſſit 4. non quod una perſona illa duo officia exerceat, uel gerere debeat. hæc enim duo dona, Imperium & Sacerdotium ab eodem principio ſunt, ut in Authen. quomodo oporteat epiſcopos, in princip. colla. 1.

Chriſtus fuit Imperator & Sacerdos. 3. c. accuſator. 2. q. 7.

¶Tribunalia Regum ſacerdotali ſunt poteſtati ſubiecta. Cap. VI.

SVſcipitis ne libertatem [a] verbi licenter accipitis [b], ꝙ lex Chriſti ſacerdotali ſubijcit poteſtati, atque iſtis tribunalibus ſubdit? Dedit enim & nobis poteſtatem: dedit & principatum multo perfectiorem [c] principatibus veſtris. Aut nunquid iuſtum vobis videtur, ſi cedat ſpiritus [d] carni [e]; ſi à terrenis cœleſtia ſuperentur; ſi diuinis præferantur humana?

2 *Ecce quòd conſtitutiones principum eccleſiaſticis legibus poſtponendæ ſunt. Vbi autem euangelicis, atque canonicis decretis non obuiauerint; omni reuerentia dignæ habeantur. Vnde Auguſtinus ait in dialogo, ideſt lib. 2. contra literas Petiliani, c. § 8.*

¶Leges Imperatorum; in adiutorium eccleſiæ [a] licet aſſumere. † Cap. VII.

SI in adiutorium [f] veſtrũ etiam terreni Imperij leges aſſumendas putatis, non reprehendimus. ¶Fecit hoc Paulus, cum aduerſus iniuriosos ciuem [g] Romanum ſe eſſe teſtatus eſt.

† *al. aſſumi.* Iuo p. 4. c. 183. Pann. li. 2. c. 153. *Act. 22.*

a ¶Eccleſiæ.] *Auctor huius rubricæ caput hoc ita accepit, quaſi hic agatur de legibus Imperatorum in fauorẽ eccleſiæ latis, cum ibi B. Auguſtinus Petiliano, & Donatiſtis hæreticis concedat, legibus Imperatorum ipſos in adiutorium ſuum uti poſſe; modo id fallaciter non facerent; quod eos feciſſe conuincit.*

Item β *Nicolaus Papa I. in epiſtola 7. ad Michaelem Imperatorem.*

β ¶*Huic capiti in coditibus impreſſis erat præpoſitus hic titulus,* Cyprianus Iuliano Imperatori. *quod eſt contra omnem temporum rationem. In manuſcriptis omnibus, excepto undecimo Vaticano abeſt dictio,* Imperatori, *quemadmodum et apud Iuonem. Nouum autẽ habet.* Iuliano epiſcopo *aliud peruetuſtum,* Iuliano. *Cæterum integrum hoc caput eſt in epiſtola Nicolai ad Michaelem Imperatorem, qua incipit,* Propoſueramus, *ex quo refertur infra diſt. 96. c. cum ad uerum. una cum alijs uerbis eiuſdem epiſtolæ, ex quibus hæc pendent. Et ſumptum eſt ex Gelaſio in tomo de Anathematis vinculo.*

¶Reges pontificibus pro æternis, & pontifices regibus pro temporalibus indigent. Cap. VIII.

1. *Tim.* 2.

QVoniam [h] idem mediator Dei, & hominum [i] homo Chriſtus Ieſus, ſic actibus [k] proprijs & dignitatibus diſtinctis officia ptãtis vtriuſq; diſcreuit [l] propterea [a],

Iuo p. 4. c. 188. inf. d. 96. c. cum ad verum.

1 Ideſt, in cauſis eccleſiaſticis recipiendæ.

2 Ad horũ intelligẽtiã ſcias ꝙ glo. 2. tit. 3 dicit ſic: Penula veſtis erat Conſularis, qua induebantur Conſules ingredientes curiã.

4 Ad hoc 22 q. 4. quæſitum.

l ¶Diſcreuit.] Cum ergo poteſtates iſtæ ſint diſtinctæ

eſt hic

Papa an habeat vtrumque gladiũ.

est hic argu. q̃ Imperium non habetur a Papa, & quòd Papa non habet vtrumque gladium nam exercitus facit Imperatorem, vt 93. dist. legimus, & Imperium a solo Deo habetur, vt 23. q. 4. quæsitum alioquin si ab ipso haberetur, licite appellaretur in temporalibus ad ipsum,

volens medicinali humilitate hominum corda sursum efferri, non humana superbia rursus in inferna demergi, vt & Christiani Imperatores pro æterna vita pontificibus indigerent, & pontifices pro cursu [a] temporalium tantummodo re rum imperialibus legibus vterentur, quatenus spiritalis actio a carnalib. distaret incursibus; & † ideo militans Deo minime se negotijs sæcularib. implicaret; ac vicissim non † ille rebus diuinis præsidere videretur, qui esset negotijs sæcularibus implicatus.

† *al. militans.*

† *al. ne.*

a ¶Propria.] *In originali est*, propriam volens medicinali humilitate sursum efferri. *Iuo habet vt Gratianus hic in plerisq; codicibus. In nonnullis tamen est*, propria volẽs medicinali humilitate sursum efferri, *quemadmodum etiam inf. d. 96. c. cũ ad verum. Apud Gelasium loco indicato legitur*, sic actionibus proprijs, dignita ibusq; distinctis officia potestatis vtriusq; discreuit suos volens medicinali humilitate saluari, non humana superbia rursus intercipi, vt & Christiani, &c.

Item Leo IV. Lothario Augusto.

¶Leges Imperatorum custodiri oportet. Cap. IX.

De capitulis, vel præceptis Imperialib. vestris, vestro rumq; β pontificum [b] prædecessorum irrefragabiliter custodiendis, & conseruandis, quãtum valuimus, & valemus Christo propitio, & nunc & in æuum † nos conseruaturos modis omnibus profitemur. Et si fortasse qui libet aliter vobis dixerit, vel dicturus fuerit, sciatis eum pro certo mendacem [c].

Iuo p. 4. c. 176. Pann. l. 2. c. 149

† *al. aternum.*

β ¶Vestrorumque.] *Epistola hac non est inuenta, & in istis verbis videtur subesse mendum; ex quo auctor glossæ errandi occasionem sumpserit; qui Christianis Imperatorib. cuiusmodi fuerãt prædecessores Lotharij attribuat illud, q̃d Isidorus de ethnicis dicit, nimirũ Imperatores solitos fuisse appellari põtifices de qua re optime Gelasius in tomo de Anathematis vinculo, & inf. d. 21. c. cleros. Apud Iuonẽ legitur*, vestris, nostrorum ẽt pontificum prædecessorum. *in Pannormia*, nostris nostrorumqne pontificum, & prædecessorum. *Sed fortasse cætera quidem rectè apud Gratianum habent: tãtummodo ante dictionẽ*, prædecessorum, *est addenda coniunctio, &, quẽadmodum est in Pannormia. Nã hoc significabitur, Imperatores illos solitos fuisse edere capitula adhibitis in consilium pontificibus Regni, quod ueri ssimum est. Omnino hæc quæ a Leone scribuntur, spectare videntur ad capitula Caroli, & Ludouici, quæ Lotharius in uniuersa Italia seruari mandauerat. Nam in legibus Longobardicis, libro tertio, titulo 35 Lotharius ita constituisse traditur.* Placuit nobis, vt capitula, quæ excerpsimus de capitulari bonæ memor. glorio sissimi Domini nostri Caroli, & genitoris nostri Ludouici Imperatoris Inuictissimi, his omnib. & fidelib. nostris, & sãctæ Ecclesiæ in Regno Italiæ consistentib. per legẽ tenean-

extra qui filij sint legi causam 1. &c. lator. Item Ecclesiæ soluuntur tributum Imperatori, vt 11. q. 1. magnum. Sed contra, & cęlestis, & terreni Imperij iura sunt ei concessa, vt 22. distin. c. 1. Item Imperator iura Papæ, vt 63. dist. tibi domino, & Papa deponit Imperatorem, vt 15. q. 6. alius. Item ipse tranſtulit imperium de Oriente in Occidentẽ. extra de elec. venerabilẽ. Ego credo potestates esse distinctas, licet Papa qñq; vtrumq; potestatem sibi assumat; scilicet cu legitimat aliquem in spiritualib. & temporalibus vt extra qui fil. sint legi per venerabilẽ, sed illud fuit ad petitionẽ Regis, q̃ hoc ipsũ fecisse potuit, vt ibi dr. Nec ob, q̃ a sæculari iudice appellatur ad Papam, quia hoc fit propter defectum iudicis sæcularis, vt exprimit extra de foro cõp. licet, sed facit ad petitionem Regis. Nam etiam vacante imperio supplet defectũ imperij, vt extra de fo. comp licet.

1. 2. vbi de hoc in gl. fe patet, & de 3 d. nouit. in gl. 2.

Causæ matrimoniales, an sint legibus decidendæ.

a ¶Pro cursu.] Arg. q̃ in matrimonio & cæteris causis spiritualibus nõ sit vtendũ legib Imperialibus sed contra 35. q. 5. ad sedem. Dic ergo, quòd illud tantummodo determinat illud verbum, temporaliũ: sed non illud verbum vterentur, vt ficut spirituales causæ ad iudicẽ sæcularẽ non pertinent, sic nec causa sanguinis ad ecclesiasticum, vt inf. 23. q. 8. sæpe principes, & c. his a quibus.

De capitulis.] CASVS. Lotharius audiuerat, quod Leo papa nolebat leges seruare imperiales, vnde interrogauit de hoc Papã, an esset verũ, quare Leo scribit ei, & dicit, q̃ ipse vult leges obseruare irrefragabiliter, & q̃ aliter dicit mẽdax est.

b ¶Pontificũ.] imperatores .n. olim pontifices appellabant, vt 21. d. cleros.

c ¶Mendacem.] ex magna humilitate hic loquitur, ficut alibi, inf 3. q. 7. nos

sum, quod prohibet Alexan. & dicit, q̃ illa non contingunt suam iurisdictionem extra de app. si duobus, & si in compet. nter,

Vides.] CASVS. Duorum sequentium c. planus est.

a ¶ Dissolui.] inf. 5. q. 2. Imperiali hæc regula suppletur per aliã regulam, ꝙ principali destructo destruit accessorium, & omne q̃d sequit ex eo. 1. vt extra de fi. instr. inter dilectos. in fi. sed hæc regula multas recipit instantias, contra legem. n. fit si contrahitur post simplex votum, tñ cõtractus tenet, vt 27 q. 1. nuptiarum. Itẽ prohibetur ne snia feratur sub conditione, tñ si lata fuerit tenet, vt 2. q. 6. §. biduum, circa prin. Item prohibetur ne eps consecret alterius ecclesiã, tamẽ si consecrauerit, tenet consecratio, vt 7 qõ. 1. eps in Diocęsi. Sed dic, ꝙ hæc regula intelligitur de talib. vbi est perpetua causa prohibitionis 2. s. ne filius contrahat cum matre. Vel dic, ꝙ merentur dissolui, nisi vbi per constitutionem aliam tolerarẽtur. ar contra. 45. di. de Iudęis: sed hoc in fauorem fidei. ff. de relig. & sump. fun. sunt personæ.

Qvis autem. ¶ Cõtemni.] Qui cõtemnit leges, peccat, non tñ omnis peccat, qui non paret legibus vbi de cõsilio loquũtur, vt 14. q. 1. quisquis, & sic aliud est contemnere 3, aliud est non parere. Ioan.

Certum est.] CASVS. Quidã nolebant seruare leges in negotijs clericorum sed in negotijs laicorum bene seruabant de hoc scribit Papa Regi Theodorico, ꝙ si leges seruantur in negotijs laicorum, multo fortius debẽt seruari in negotijs clericorum.

c ¶ Quas.] idest, quia eas.

d ¶ In negotijs.] Hoc vult dicere, ꝙ ex quo leges seruant in negotijs laicorum multo fortius sunt seruãdæ in negotijs clericorũ, nisi obuiẽt canonicis institutis.

Vestrã ¶ CASVS. Quidã nolebant leges seruare, vt possent alios licentius offendere. Quare Papa scribit Lothario, & rogat eum, vt faciat leges obseruari sicut sunt hactenus obseruatæ.

e ¶ Et pro nullius.] Quia in nullius persona omittendũ est, quod statutis generalib. continetur, vt 61. d. miramur.

f ¶ Reminiscitur.] Passiue.

1 Ad hoc l. nõ dubium, & ib. no C. de leg. & l. eius, C. d. vsu. & inst. de pupil. substit. §. si libertus.

Facta tenent multa quæ fieri prohibentur.

2 De hoc satis no. extra de spon. duo. tuas. ubi hęc solutio approbatur ꝑ Vinc. Tan. Gof. & Ber. hoc latius vide per Arch.

Legum contemptor an peccet.

3 Ad huius declarationẽ vide, qd not 2. qõ. 7. Metropolitanum in gl. c. ex contemptu.

Quod

tur, & seruentur: & quicunque horum capitulorum cõtemptor extiterit, sexaginta solidis cõponatur. *Id populo Romano, qui iure antiquo Romanorum vti prohiberetur, valde displicuit: sicut c. fi. inf. eadem d. colligi potest: disseminatusq; etiam rumor fuit eandem esse Pontificis ac populi sententiam. De qua re Leo hac se epistola videtur purgare voluisse, & tamen postea pro conseruanda iure ciuili Romanorum, cum eodem Lothario iterum diligentius egit, quod apparet dicto c. fi.*

Item Ioannes 8. Ludouico Imperatori.

¶ Legis auctoritate dissoluitur quod contra eam fit. Cap. X.

Vides fili charissime, quia quod contra leges accipitur, per leges dissolui [a] meretur. Iuo p. 4.

Item Gelasius Rufino, & Aprili Episcopis.

¶ Leges principum, aut regulas patrum contemni non licet. Cap XI.

Qvis autem † leges principum, aut regulas patrum, aut admonitiones paternas † dicat debere contẽni [b]; nisi qui impunitum sibi tantum æstimet transire cõmissum? inf. d. 54. c. quis aut. Iuo p. 4. c. 179. Pann. l. 2. c. 151. † *al. aut* † *al. moderhas.*

Item Theodorico regi.

¶ Leges Romanorum principum seruandæ sunt ab omnibus. Cap. XII.

Certum est magnificentiam vestram leges Romanorum principum, quas [c] in negotijs [d] hominum custodiendas esse præcepit, multo magis circa † reuerentiã beati Petri Apostoli pro suæ fœlicitatis augmento velle seruari. Iuo p. 4. c. 180. Pann. l. 2. c. 151. † *al. propter.*

Item Leo 4. Lothario Augusto.

¶ Romana lex nullius temeritate debet corrumpi. Cap. XIII

Vestram α flagitamus clementiam, vt sicut hactenus Romana lex viguit absq; aduersis procellis, & ꝓ nullius [e] persona hominis reminiscitur [f] esse corrupta; ita nunc suum robur, propriumque vigorem obtineat. Iuo p. 4. c. 181. Pann. l. 2. c. 152.

α ¶ Vestram.] *Videtur Lotharius populo Romano, quod hic Leo petijt concessisse. Nam in legibus Longobardicis, lib. 11. tit. 57 sic habetur*, vt interrogetur populus Romanus, qua lege vult viuere, *& sequitur constitutio.*

Lotharius Imperator.

¶ Volumus, vt cunctus populus Romanus interrogetur, qua lege vult viuere, vt tali lege, quali lege viuere professi sunt viuant: illisque denuncietur, vt hoc vnusquisque tam iudices, quàm duces, vel reliquus populus sciat, quod si offensionem contra eandem legem fecerint: eidem legi, qua profitentur viuere per dispensationem Pontificis, & nostrã, subiacebunt.

Digitized by Google

Quòd verò.] Hæc dist. diuiditur in duas partes. In prima probat Gra. quod consuetudo cedit legi. secunda ibi, [Cum verò.] Io. de Fan. CASVS. Supra in 8. dist. dictum est, ꝙ consuetudo cedit iuri naturali; nunc autem dicit, quòd

DISTINCTIO XI.

In synonimis, c. 16. ꝙ malis iussionibus non sit obtemperandum.

Iuo p. 4. c. 207. Pann. l. 2. c. 165.

1 ps Quod verò legibus consuetudo cedat, Isidorus testatur dicens in synonimis, lib. 2.

¶Prauus vsus ratione superatur, & lege. Cap. I.

Vsus [b] auctoritati [c] cedat; prauum vsum lex & ratio vincat [d].

Item Nicolaus Papa I. Michaeli Imperatori.

Snia elicitur ex epi cuius initium. *Proposueramus.* Iuo p. 4. c. 211.

¶Non potest statutis pontificum consuetudo cuiusquam refragari. Cap. II.

Consequens est [e], vt quod ab huius sedis rectoribus plena [f] auctoritate sancitur, nullius consuetudinis præpediente occasione, proprias tantum sequendo voluntates, remoueatur: sed firmiter, atque inconcusse teneatur.

Item Iulius Papa ad episcopos Orientales, epist. 1.

e ¶Liberas.] Hic dicit Aug. q̃ liberum eſt Sabbato ieiunare quantum ad extraneos, non quantũ ad illos vbi talis cõſuetudo ſeruata eſt. Sed contrariũ dicit Inn.] de conſecr.diſt.3. Sabbato.Sed ibi loquitur de conſilio.Vel ſpecialiter illud præcipitur Romanis. 76.diſt. vtinam.
f ¶Societate.]arg. quòd quilibet tenetur viuere ſecundum conſuetudinem illorum inter quos verſatur, ut ſupra 8.diſtinct.quæ contra. & 41.diſtinct. quiſquis. B. Vnde verſus.

Si fueris Romæ, Romano viuito more:
Et ſi ſis alibi, viuito ſicut ibi.

g ¶Veneris.] arg.q̃ viatores tenentur ſequi conſuetudinem loci ad quem veniunt,ut hic,& ſup.di.8. quæ cõtra arg.contra.ff de iud.hæres abſens. Sol.ut in diſtinct. 100. quæ contra: quia refert an ſint moraturi, an citò receſſuri,vel an ſit conſuetudo apparens uel latens.
h ¶Amplexa eſt.] ſed fortè non libenter ieiunauit.

α ¶Mater mea.]*In hoc capite, quẽadmodũ & in ſequẽti, multa*

HOC

Digitized by Google

HOC AVTEM. Hæc est secunda pars, in qua dr, qp licet consuetudo non sit contra fidem, si tamen arguat, removenda est si pōt fieri sine scandalo. 10. de Fan.

CASVS. Hic assignat Gratianus, qp supradicta cap. loquuntur de generali cōsuetudine, vel particulari rationabili,

sunt emendata ex B. Aug. ac nonnulla etiam addita. Ad hoc tamen loco vsque in finem, quoniam verba B. Augustini apte erāt in epitomen redacta, nihil additum est.

2 *Hoc autem* [a] *de consuetudine illa intelligendum est, quæ vel vniuersalis ecclesiæ vsu, vel temporis prolixitate roboratur. Cæterum si pro varietate temporum, vel animorum, vel locorum, variæ consuetudines introducātur, inuenta opportunitate resecandæ sunt potius, quam obseruandæ.*

Vnde Augustinus scribit ad inquisitiones Ianuarij, epist. 119. c. 19.

¶Resecanda sunt quæ neque auctoritate, neque moribus Vniuersitatis comprobantur. Cap. XII.

OMnia talia, [b] quæ neq; sanctorum scripturarū auctoritatibus continentur, nec in concilijs episcoporū statuta inueniuntur, nec consuetudine vniuersalis †ecclesiæ roborata sunt, sed diuersorum locorum diuersis moribus innumerabiliter variantur, ita vt vix, aut omnino nūquam inueniri possint causæ [c], quas in eis instituendis homines secuti sunt, vbi facultas [d] tribuitur, sine vlla dubitatione resecanda existimo. Quamuis. n. neque hoc inueniri possit, quomodo contra fidem sint; ipsam tamen religionem [e], quam paucissimis [f], & manifestissimis [g] celebrationum sacramētis misericordia Dei esse. liberam voluit, seruilibus oneribus † premunt, vt tolerabilior sit conditio Iudæorum qui etiam si tempus libertatis non agnouerint, legalibus tamen sacramentis †, non humanis præsumptionibus subijciuntur.

Item ex Concilio Toletano 11. *c.* 3.

¶Omnes prouinciæ eundem in psallendo modum teneant, quem metropolitanam sedem † habere cognouerint. Cap. XIII.

Ephes. 4.

3 DE ijs, qui contra Apostoli voluntatem [h] circumferuntur omni vento doctrinæ, placuit huic sancto concilio, vt metropolitanæ sedis auctoritate coacti vniuscuiusq; prouinciæ [i] ciues, rectoresq; ecclesiarum vnum eundemq; in psallendo teneant modum, quem in † metropolitana sede cognouerint institutum, nec aliqua diuer-

Iuo p. 4. c. 206. pann. l 2. c. 168

† *vniuersa.*] orig. Iuo, Fann.

† *al. adeo seruilib. † sarcinis.*]

† *al. prouinciales.* † *al. ecclesiam.*

† *al. à*

Statuti causa est assignāda.

1 De hoc extra de resc. si qñ. 23. q. 4 Nabuchodonosor. 1 prin.

nabili, quæ omnino seruari debent, & si malæ, vel onerosæ consuetudines sint, resecari debent opportunitate inuenta. & ad hoc probandum inducit capitulum sequens.

a ¶Hoc autem.] quod supra dictum est de consuetudine seruanda.

OMnia.] CASVS. Quædam consuetudines onerosæ inueniebantur, quæ nec auctoritatibus scripturarum, nec in concilijs episcoporum, nec consuetudine vniuersali roboratæ erant, & vix ratio poterat inueniri quare essent inuentæ. Vnde Ianuarius ab Augustino quæsiuit, an tolerandæ essent? Et respōdet, qp nō immo resecandæ cum se facultas obtulerit, quia Deus voluit religionem Christianam liberā esse in paucissimis sacramentis: nec eam voluit seruilibus oneribus premi, quæ hodie in tantum ecclesiam premunt, vt tolerabilior sit conditio Iudæorum quàm nostra qui licet legē Christi non susceperint; legalibus tamen sacramentis, non præsumptionibus subijciuntur humanis.

b ¶Omnia talia.] loquit de cōsuetudine irrōnabili, ne sit contra sup. eo illud.

c ¶Causæ] ar. qp nō sufficit dicere ita sta tutum est, nisi causa statuti assignetur, vt extra de censi. peruenit inf. 2. q. 5. consuluisti inf. de cōse. dis. 1. placuit. inf. 88. d. chorepiscopi. ar. contra ff. de leg. non omnium 1.

d ¶Facultas.] idest, vbi potest fieri sine scandalo, vt 50. d. vt constitueretur.

e ¶Religionem.] Christianam.

f ¶Quam paucissimis.] arg, cōtra illos qui nimias fundunt orationes, ff qđ met. can. l. 1. quia gaudēt breuitate Moderni, vt not. ff. eo. tit. l. 1.

g ¶Manifestissimis.] sup. d. 4. erit.

DE ijs.] Hæc est tertia pars, in qua dr, qp cōsuetudo celebrādis officijs, quā obtinet metropolitana ecclesia dēt obseruari in omnib. ecclesijs, exceptis monasterijs in quib. celebrātur officia secundum regulā beati Benedicti. Hug.

CASVS. Quidā erāt epi, qui nō seruabāt ordinē in diuinis officijs, quē seruabat metropolitana ecclesia, quare statutum fuit i cōcilio Tolet. vt oēs epi eundem modū in officijs seruent, qui in ecclesia metropolitana seruāt. abbates vero officia publica. i. vesperas, matutinas, & missas celebrent sicut in ecclesia principali celebrantur, alia vero officia dicant sicut in eorū regula continetur. Et hæc in prima parte. In secunda parte quæ incipit ibi. [Quisquis.] dr, qp si quis contra hoc fecerit. 6. mensib. excōicatione subdatur. In tertia parte, quæ incipit ibi, [Sub ista] dr, qp metropolitani debent episcopos prouinciæ cogere supra dictum modum seruare, & episcopi sibi subiectos rectores supradictam regulam seruare cōpellant.

h ¶Voluntatem.] i. doctrinis variis nolite abduci, vt su. d. proxi. nolite.

i ¶Ciues.] ciues ergo cantant 1 cum clericis, & dicunt amen. 38. d. ieduto.

1 Idest, respondent.

a ¶Sui

Digitized by Google

Monasteriorum regimẽ ad quem ipe ctet.

1 Dicit Hug. q̃ hoc non colligit hic, & est Sensus sm̃ voluntatem sui episcopi, q̃ episcopus, hoc etiam velle debet: nõ q̃ eis formam huius rei dare deat. Arc.

Inf 16 q. 1. Agapitus. Metropolitanus suffraganeos excommunicat.

a ¶ Sui episcopi.] Arg̃ q̃ regimen oĩum monasteriorum spectat ad epm̃ 1 vt 9.q.3.p̃ singulas, & 16.q.1.q̃ vere. & 67.dist. obitum. Sed nonne monasteria monachorum potius sunt sm̃ abbatem regenda, ad quem tota potestas monasterij spectat. 18.q.2.c.nullã? Sed illud verum est de regulis viuẽdi nõ de regulis cãtãdi 12.q.1. non dicatis.

b ¶ Publica.] Scilicet clericorum sæcularium, quorum officia publica sunt, cum ipsi populum habeant: sed monachi non semper habent populum, vndẽ ipsi non faciunt publica officia, vt 19.q.1. interdicimus.

c ¶ Adstringat.] Argu. metropolitanum posse suũ pedere, & ex cõicare suum suffraganeum, vt inf. 18 d. placuit, & cap. si episcopus. inf. 10.q 3. ga cognouimus. 11.q.3 si quis episcopus.

P Lacuit.] CASVS. In huius capituli planusett, q̃ de eadẽ materia loquitur cũ superiori.

d ¶ Placuit inf de cõsecr. d. 5 cõuenit. istis tamen capitulis derogatur per cõtrariã consuetudinem 2.

Perplexitatis varietas.

Item aduersus.] Hæc distin. diuiditur in duas partes, secũda, ibi, [Est tamen.] CASVS. Supra in 5. dist. ostendit Gratianus ius naturale præferri alijs in origine, & dignitate, & sup. in 8. d. ostẽdit, quod præfertur amplitudine. In hac vero 19. distin. ostendit, quod præfertur in sententiæ rigore, quia nulla dispẽsatio admittitur cõtra ius naturale in p̃ceptis, & phibitionibus, nisi duo forte mala ita vrgeãt vt necesse sit alterũ eligi, & ad hoc probandum induxit sequentia.

e ¶ Itẽ aduersus.] Assignauit magister differentiam iuris naturalis ad alia iura in origine, & dignitate, & amplitudine: nunc assignat differentiam eiusdem iuris ad alia iura in suæ rigore: nam contra alia iura admittitur dispensatio 25. quæst. 1. c. si. 3. sed contra ius naturale, quod consistit in præceptis, & prohibitionibus nunquam: magister tamẽ excipit, vnum casum de perplexitate, & male. Videamus ergo quid iuris sit de perplexitate. Dicunt quidam, q̃ aliquis potest esse perplexus inter duo mortalia, vt iudai qui crucifixerunt Christum, peccauerunt mortaliter. de pœn. d. 1. periculose, & si non occidissent, similiter peccassent mortaliter, quia fecissent cõtra cõscientiã, q̃ dictabat eis contrariũ, q̃ dictũ erat eis. Quicunq; fecerit se nihil Dei, mortue moriatur, & oẽ qđ fit cõtra conscientiam

3 Vt inf. dist. prox. §. consuetudinis & c. seq.

sitate cuiusque ordinis, vel officij a metropolitana se patiãtur sede diuisungi. Sic enim iustum est, vt inde vnusquisque sumat regulas magisterij, vnde honoris cõsecrationẽ accipit, vt iuxta maiorum decreta, sedes, quæ vnicuiq; sacerdotalis dignitatis est mater, sit ecclesiasticæ magistra rationis. Abbatibus sane, indultis officijs, quæ iuxta volũtatem sui episcopi[a] regulariter illis implenda sunt, cętera officia publica[b], idest vesperas, matutinum, siue missam aliter quàm in principali ecclesia celebrare non liceat.

¶ Quisquis autem horum decretorum violator extiterit, sex mensibus communione priuatus apud metropolitanũ sub pœnitentiæ censura permaneat corrigẽdus; quatenus apud illum, & præteritæ transgressionis culpã lachrymis diluat, & necessariam officiorum doctrinam studiose addiscat. ¶ Sub ista regula disciplinæ, non solũ metropolitanus totius suę prouincię põtifices, vel sacerdotes adstringat[b]; sed etiam cæteri episcopi subiectos sibi ecclesiarũ rectores obtemperare his institutionibus cogant.

Sentẽtia habetur & in Toletano 4.c.2.

α ¶ Prouinciæ ciues.] *In codice Lucensi peruetusto bibliothecæ Regis cathol ici, & in concilijs impressis, in margine legitur,* prouinciæ pontifices: *quę dictio in fine huius capitis repetita ostendit hanc esse veram lectionem. Verum in omnibus conciliorum editionibus in textu, & duobus codicib. Vaticanis legitur,* ciues.

Item ex concilio Bracarensi 1.c.19.

¶ Ordo seruetur in matutinis, & vespertinis officijs vnus, & idem. Cap. XIV.

P Lacuit[d] omnibus communi consensu, vt vnus atque idem psallendi ordo in matutinis, vel vespertinis officijs teneatur, & non diuersæ, ac priuatæ, neque monasteriorum β consuetudines cum ecclesiastica regula sint permistæ.

β ¶ Neq; monasteriorum.) *In concilio ipso postremo Colonia excuso, abest vox,* neque. *In cæteris autem editionib. sic legitur,* priuatæ monasteriorum consuetudines cõtra ecclesiasticas regulas sint permixtæ.

DISTINCTIO XIII.

ITem aduersus[c] naturale ius nulla dispensatio admittitur, nisi forte duo mala ita vrgeant vt alterum eorum necesse sit eligi.

Vnde in concilio Toletano 8.c.2. Legitur.

* *Vide D. Tho. 3. sen. d. 38. q. 1 4. quartum.* Mendacium saluans aliquẽ a morte an sit mortale.

4 27. q. 2. si tu 35. q. 5. si dicat.

scientiam, ædificat ad gehennã. 28.q 1.c.1.§. ex his. extra de præscrip. qm̃. Itẽ vt dicunt, potest aliquis esse perplexus* inter mortale, & veniale, vt cum aliquis q̃rit alicui quẽ inimicũ suum, quem scio esse in loco aliquo, si dico quærenti illu esse in loco illo, pecco mortaliter 4. quia prodo eũ si nego eũ esse, ibi, pecco saltem venialiter, vel ẽt mortaliter si sum perfectus, vt 22 q 2. ne qs. si taceo, ex taciturnitate mea præsumitur eum esse in loco illo. Itẽ in alio exemplo. si vxor petit debitum a viro, & vir negat,

negat, peccat mortaliter si reddit, vñ peccare venialiter; quia delectatio carnis non pōt esse sine ueniali pctō, vt vñ 33.q 4.vir cum propria, & sic est perplexus 1. Similiter videtur, q aliquis potest esse perplexus inter duo venialia, vt si aliquis simplici verbo promisit se bibere plus

1 Idest necessitate ad aliquid malum perpetrandum, secundū Laur. Iuo p 12.q.17. Pann.li.8.c.119.

¶Minus malum de duobus eligendum est. Cap. I.

DVo mala [a], licet sint omnino cautissime precauenda, tamen si periculi necessitas [b] ex his vnū perpetrare† compulerit; id debemus resoluere [c], quod minori [d] nexu noscitur obligare †. ¶ Quid autem ex his leuius, quid ve sit grauius, puræ † rationis acumine inuestigemus. Et enim dum peierare [e] compellimur, creatorē quidē offendimus; & nos tantūmodo maculamus. Cū vero noxia promissa complemus, & Dei iussa superbe contemnimus, & proximis impia crudelitate nocemus, & nos ipsos crudeliori gladio trucidamus. Illic [f] enim duplici [g] culparum telo perimimur †, hic † [h] tripliciter iugulamur.

† *al. tentare*] *al. temperare*] *al. temerare.*

† *obligati*] orig. Iuo, Pan. & Grat.

† *al. pia*] *al. pio*] *al. pietatis acumine.*]

† *al. Illinc*] Grat.

† *percutiamur*] orig.

† *al. hinc*] Grat.

¶ In ipso concilij capite multa antecedunt, & sequuntur quæ perlegenda sunt.

Item Gregorius in moralibus, in c. 40. Iob. lib. 32. cap. 18. 19. & 20.

Iob. 40.

¶De eodem. Cap. II.

† *al. per suggestionum.*

† *al. inuētionibus*] orig.

NErui [i] testiculorū [k] Leuiathan [l] pplexi sunt [m] qa suggestionū † illius argumenta implicatis [n] inuētis. † [o]

a ¶Duo mala.] Intellige quantum ad factū illius qui se credit perplexū; & sic intelligas omnia verba hic posita; non enim vtrumque illorum malum est: licet ille opinetur vtrumque esse malum.

b ¶Necessitas.] idest causas, vel refertur ad opinantem.

c ¶Resoluere.] idest facere.

d ¶Quod minori.] Secundum q ipse opinatur, cum alterum illorum non obligat ipsum.

e ¶Peierare.] Secundum q talis opinat non enim peierat, licet nō seruet tale iuramentum, vt 22.q.4.si aliquid.

f ¶Illic.] idest iuramento.

g ¶Duplici.] Non intelligas, q in homicidio tria peccata cōmittant 3. & in periurio duo: sed ibi dicit, q in homicidio tres offendantur: in periurio duo. Et est hic ar quod qui plures offendit, plus peccat 94.di. si quis aūt legationem, & 11.q.3 præcipue. Item est hic ar q pro illo potius est iudicādū pro quo plures rationes faciūt, ut ext. de proba licet, in fi & q pluora iura ostenderit obtinebit. 21. d. 1 & C. de edi. diui Hadrol. l. ult. Sic & deterior est cauta illius, contra quē plura faciunt. vt 28. dist. de

¶Homicidiū tres, periurū duos ostendit.

3 Sub. Sed vnū tantum sed hoc dicitur ad exaggerationem. arg. 23. q. 5. relegentes secundū Laur.

h ¶Hic] Scilicet in homicidio.

NErui testiculorū] CASVS. Hoc c. dividitur in tres partes. In prima parte ostenditur, q perplexitas, pueniat ex suggestione diaboli. In secunda parte, quæ incipit ibi: [Quid melius.] ponuntur tria exempla pplexitatis. Vnum est de illo, qui iurat se celare oia secreta socij sui, quē scit velle interficere maritū adulteræ suæ; sed timet eum propter iuramentū. qđ facit, manifestare. Secundū de eo, qui malo prælato obedientiā fecit, timens si nō obediat ei et in malo, propter obedientiam quam ei fecit. Tertiū exemplū est de eo, qui per simoniā prælaturā acquisiuit, qui timet peccare si gregē sibi cōmissū derelinquat. In tertia parte, quæ incipit ibi. [Est tamē. datur consiliū quid in huiusmodi perplexitatibus sit faciendum. Nam dicitur, q de duobus malis minus malū est eligendum, & hoc probatur exemplo Pauli, qui concessit minima, idest matrimonia, & coitum cōiugalem cauta incontinentiæ, ut maiora, & grauiora vitentur, scilicet fornicationes.

i ¶Nerui] idest suggestiones diaboli nerueæ, idest callidæ, & illaqueantes.

K ¶Testiculorum.] Testiculi dicuntur suggestiones eius quia sicut testiculi sunt minimi, & instrumenta humanæ generationis, & in se continent omne incentiuum libidinis 4 ita suggestiones diaboli generant in hominibus vitia, & ad omnia illicita accedunt. sup. 6. dist. sed pensandum.

4 Ad hoc 44. dist. §. 1.

l ¶Leuiathan] idest, diaboli.

m ¶Perplexi sunt.] idest, perplectentes, & sic omnia verba intelligas actiue.

ADDITIO. Perplectentes dicit, quod reddunt hominem perplexum, in ueritate tamen perplexio nihil est. Archid.

n ¶Implicatis.] idest, implicantibus.

o ¶Inuentis.] idest, inuentionibus.

a ¶Par-

plus quā possit: si plus bibat peccat uenialiter. 25 d. vnū orarium. §. criminis si cōtra uerbum suum facit, peccat venialiter, vt 22.q.2. primū. Sed dicēdū est, q nullus pōt esse perplexus inter duo mala, qa sm hoc sequeretur, q aliquis ex necessitate teneret facere malū: sed dicit canō, q Deus nunq̄ redderet interitū, nisi spōtaneū reperiretur homo habere delictū, vt 23.q 4. Nabuchodonosor ver. vasis iræ. Præterea si ex necessitate teneremur aliq̄d mali facere, lex q̄ illud prohibet, esset impossibilis; cum tñ omnis lex debeat esse possibilis 2 ut 3 d. 4 erit. perplexio ergo quantū ad rē nihil est: sed quantū ad animū, & ad vtilitā opinantis cuius perplexio aliqua est: vnde Iudæi non erant perplexi nisi quantū ad animū, & ideo debuissent consulere peritiores, vt Apostolos, vel sacras scripturas. In alio exemplo dr, q ille, q interrogatur debet tacere: nec hoc ei nocet, si alter ex taciturnitate sua aliquid præsumat. Absit. n q ea quæ, &c vt 23.q.5. de occidendis, præterea nō semper sequitur, q qui tacet cō sentiat, vt 86. d. tanta. Quod aūt obijcit de vxore, nō credo q talis delectatio sit aliquod peccatū, vt 32.q 2. qd quid. Si tamen uis tenere, q sit ibi veniale peccatum, dicas cum H vir debet mulierem petentem debitum prudenter eludere, promittendo se postea facturū donec ipsa efferueat: & si nec sic illa desisteret, tunc vir det ei copiam corporis sui, vt quàm cito mulier expleuerit libidinem suam, statim vir secedat, nec procedat ad actum.

2 Item q ex necessitate peccat, pœnam nō meretur, quia voluntarios reos, &c. 15. q. 1. illa.

Coitus coniugalis, an careat peccato.

DVo mala.] CASVS. Statutū fuit in cōcilio Tolet. q quoties duo mala instant, ita q alterum eligi sit necesse: illud debet eligi, quod minus grauat: & illud vitari, quod magis, & hoc in prima parte. In secūda q incipit ibi, [Quid autē.] ostenditur qđ grauius, & quod leuius. Nam si mihi uult hominē interficere, magis pecco interficiendo, quam deierando; quia occidendo tripliciter pecco, deierando tantum dupliciter, & ideo eligendum.

Syracusanæ. Item contrariū hic signatur. 22.q.5. ille qui. vbi dr, q periurium sit maius homicidio: sed ibi soluit.

h ¶Hic] Scilicet in homicidio.

Iuramẽtum non est inq̃tatis vinculum.

a ¶Participes.] ſm opinionem eorũ ſtultã ſp intelligas.
b ¶A tranſgreſſionis contagione.] Iſte admonebit illum ne faciat, vt 2.q.1. ſi peccauerit. Si nolit ceſſare, faciat qđ dr 22.q.5. hoc vr, & ſic liberauit ſe, qa ſacramẽtũ non fuit inuentũ, ut eſſet vinculũ iniquitatis. 22.q.4. inter cætera, vnde ſi quis iurauit alium non accuſare, tamen poteſt denũciare crimen eius, vt ext. de iureiur. quemadmodũ in fi. cum aũt nõ poteſt probare, debet tacere, vt 2.q.7. plerique. Si autem poteſt probare, faciat quod dicitur 2.q.1. ſi peccauerit. Vel dicat alij ſic: frater ſcias, quod quidã te vult occidere; nõ tamen nominãdo aliquem. extra de offi. iudi. ordina. ſi ſacerdos. Contra tamen eſt extra de fur. qui cum fure. ſed nõ eſt contra: quia fur non manifeſtauerat furtum indicanti.

Subditus an ſemp teneatur obedire prælato.

c ¶Formidat.] Quid ſi ſubditus credit, ꝙ præceptũ prælati ſit contra Deum? ſecure non obediat: quia licet generaliter iurauerit ei obedire in omnibus, nõ tamen eſt intelligendũ niſi de licitis & iuſtis. & honeſtis 1. vt 11.q.3. non ſemper. & ca. ſi dominus. & c. Iulianus, & ext. de iureiu ran. ad noſtrã 2. &c. venientes. ff. de pig. obligatione, generali. Sed ſi dubitet an ſit contra Deũ, obedire debet, vt 23.q.1. q̃d culpaẽ in fi. Vtrũ aũt teneatur recipere ordines ab eo quẽ ſcit ſimoniacum eſſet, no. 1.q.1. ſi quis à ſimoniacis.

1 Ad hoc extra lib 6. de iureiur. contingit.

d ¶Suſcepti.] Iſte ſi vult ſaluari, dimittat locũ, & ſit in ꝑpetua pẽnitentia, vt 1.q.1. ſi qs neq; & q.7. requiritis. & extra de ſimo. Matthæus. non tamen dimittat ſine auctoritate Papę 2. vt 7.q.1. mutationes. & cap. ſuggeſtum. Sed credo, vt Ioã. de Fan. dicit, ꝙ bene poteſt dimittere ſine licẽtia Papę, quia rem habet furtiuam: vnde ipſam tenetur ſtatim reſtituere; aliter nõ pẽni-

2 Iſta etiam fuit ſententia Hug. quã ſequit Laur. Ad hoc 6 q.3. denique. Archid.

tet. 14.q.6. ſi res aliena & fur ſemper eſt in mora, vt ff. de cõd. fur. ſi ꝑ fure. §. vlt. Sed ar. contra extra de renun. c. niſi & c. poſſ translationẽ. Sed illa intelligũtur in his qui non per hoſtiũ intrauerunt, vt 1.q.1. ordinationes.

EST TAMEN. Hæc eſt ſecunda pars diſtinct. in qua con-

illigantur, vt pleroſq; ita peccare faciant, quatenus ſi fortaſſe fugere peccatũ appetant, hoc ſine aliquo peccati laqueo non euadant, & culpã faciant, dũ vitant, ac nequam ſe ab vna valeant ſoluere, niſi in alia cõſentiant ſe ligari. ¶Quod melius oſtẽdimus, ſi qua ex cõuerſatione hoium illigationis huius exempla proferamus †. *et nonnullis interiectis.* ¶Ecce quidã, dum mundi huius amicitias appetit, cuilibet alteri ſimilẽ ſibi vitã ducenti, quòd ſecreta illius omni ſilentio contegat, ſe iureiurando conſtringit. ſed is, cui iuratum eſt, adulterium perpetrare cognoſcit, ita vt etiam maritum adulteræ occidere conetur. Is aũt, qui iuſiurandũ præbuit ad mentẽ reuertitur, & diuerſis hinc inde cogitationibus impugnatur, atq; hoc ſilere formidat, ne ſilẽtio † adulterij ſimul & homicidij particeps [a] fiat, & prodere trepidat, ne reatu ſe periurij obſtringat. Perplexis ergo teſticulorum neruis ligatus eſt, quia in quãlibet partem declinet, metuit, ne à tranſgreſſionis cõtagione [b] libet nõ ſit. ¶Alius cuncta, quæ mundi ſunt, deſerens, atq; per oia frangere proprias voluntates quærens, alieno ſe ſubdere regimini appetit, ſed eũ qui ſibi apud Deũ præeſſe debeat, minus cauta inquiſitione diſcernit: cui fortaſſe is, q̃ ſine iudicio eligit, cũ præeſſe iã cẽpe rit, agere †, q̃ Dei, ſunt, prohibet; q̃ mundi ſunt, iubet. Pẽſans itaq; ſubditus, vel q̃ ſit culpa inobediẽtiæ, vel qđ cõtagiũ ſæcularis vitæ, & obedire trepidat, & nõ obedire, formidat [c], ne aut obediẽs, Deũ i ſuis ꝑceptis deſerat; aut rurſus nõ obediẽs, Deũ in electo priore conteñat. *et inf.* ¶Alius pẽſare põdus honoris eccleſiaſtici negligẽs, ad locũ regiminis prẽmijs aſcendit. Sed quia oẽ quod hic eminet, plus mœroribus afficit, q̃ honoribus gaudet, dũ cor tribulationibus premitur, ad memoriam culpa reuocaẽ, doletq; , ſe ad laborẽ cũ culpa peruenisſe, & q̃ ſit iniquũ quod admiſerit, ex ipſa fractus † difficultate cognoſcit: Reum igitur ſe cum impenſis prẽmijs agnoſcens, vult adeptæ ſublimitatis locum deſerere: ſed timet, ne grauius delictum ſit ſuſcepti gregis cuſtodiã reliquiſſe; vult ſuſcepti [d] regis curam gerere, ſed formidat, ne deterior culpa ſit, regimina paſtoralis gratiæ † empta poſſidere. Per honoris ergo ambitum, ligatum culpa hinc inde ſe cõſpicit. Eſſe quippe ſine reatu criminis neutrũ videt, ſi aut ſuſceptus ſemel grex reliquatur, aut rurſum ſacra actio ſæculariter empta teneatur. Vndiq; metuit, & ſuſpectus latus omne pertimeſcit, ne aut ſtans in empto regimine non digne lugeat, quod non etiam deſerens emendat *a*, aut certe regimen deſerẽs, dũ aliud fiere nititur, rurſus aliud de ipſa gregis deſtitutione committat. *& infra.*

Ibid. c.17.

† al. conferamus] orig.

† al. ſilendo.

† agi] orig.

† fructus] orig.

† al. gregis.

2 ¶Eſt tamẽ quod ad deſtituẽdas Beemoth verſutias ſubtiliter †, vt dũ mens inter minora, & maxima peccata conſtringitur, ſi omnino nullus ſine peccato euadendi aditus patet, minora ſemper eligantur: quia & qui murorũ vndique ambitu, ne fugiat, clauditur, ibi ſe in fugam

Ibid. c.20.
† vtiliter] orig. vt infra.

Digitized by Google

conſulit quid in prædictis perplexitatib. faciendum ſit. Arch.

Præcipitans ſe, an moraliter peccet.

1 Hęc fuit Hug.

a ¶Præcipitat.] Quid ſi præcipitet ſe in fugam, & moritur, vtrum peccet mortaliter, quæritur? Et diſtinguendum eſt 1, ꝙ ſi non ita eſſet altus murus, quē bñ prę ſumebat

præcipitat [a], vbi breuior murus inuenit. Hinc Paulus, cū quoſdam in eccleſia incontinentes aſpiceret, conceſſit [b] minima [c], vt maiora [d] declinarent, dicens. [Propter fornicationem autem vnuſquiſque vxorem ſuam habeat.] Et

1. Cor. 7.

quia [e] tunc ſolum coniuges in admiſtione ſine culpa ſunt, cum non pro explenda libidine, ſed pro ſuſcipienda [f] prole miſcentur, vt hoc ēt, quod cōceſſerat, ſine culpa (quàm uis minima) non eſſe monſtraret, illico adiunxit: [Hoc aūt dico ſecundum indulgentiam, non ſecundum imperiū.]

Ibidem 6.

Non enim eſt ſine vitio, quod ignoſcitur, non præcipiť. Peccatum profecto vidit quod poſſe indulgeri præuidit. Sed cum in dubijs conſtringimur, vtiliter minimis [2] ſubdimur, ne in magnis ſine venia [h] peccemus. ¶Itaq; plerūque neruorū Beemoth iſtius perplexitas ſoluitur, dum ad virtutes maximas per commiſſa minora tranſitur.

b ¶Conceſſit.] i. conceſſum oſtendit, ſicut alibi exponitur da. i. datum pronuncia, vt 23. q. 5. remittuntur, §. hinc notandum.

2 Sub. quæ dñr minima reſpectu continentiæ. 17. q. 1. nuptiarum.

c ¶Minima.] ideſt, matrimonia 2.

d ¶Maiora.] ideſt, fornicationem. Vel minima appellat immoderatam exactionē debiti coniugalis, & illud potius permiſit Apoſtolus, quam fornicationem, vt 22. q. d. 2 quidquid, & ſecundum hoc proprie ponitur conceſſit ſecundum priorem intellectum ponitur conceſſit, ideſt, conceſſum oſtendit.

e ¶Et quia] Argu. contra H. qui dicit, ꝙ vir nunquam poteſt cognoſcere vxorem ſine peccato, vt not. 33. q. 4. vir cum propria.

f ¶Sed pro ſuſcipienda.] Et cauſa reddendi debitum, vt not. 32. q. 2. quidquid.

g ¶Minimus.] Quoties enim ſine captione nihil fieri poteſt, id faciendum eſt qđ minus captioſum eſt vt ff. de reg iur quoties, & l. ſemper.

h ¶Sine venia.] Simile dñr alibi Quod permittimus, nolentes præcipimus, vt 31. q. 1 hac ratione.

Verum [i] hoc in vna eademq; perſona intelligitur. Cæterum an in diuerſis eadem diſpenſatio locum habeat, videlicet, vt committamus minora, ne alij grauioribus implicentur, merito quæritur.

De his ita ſcribit Auguſtinus li. Quæſt. ſuper Gen. c. 42.

Iuo p. 9. c. 117. Gen. 19.

¶Non ſunt a nobis aliqua committenda delicta, ne alij grauiora committant. Cap. I.

QVod ait [k] Sodomitis Loth: [Sunt mihi duæ filiæ, quę nondum nouerūt viros: producam illas ad vos, vtimini illis quomodo placuerit vobis, tātum in viros iſtos ne faciatis iniquum:] quoniam proſtituere volebat filias ſuas hac compenſatione, vt viri hoſpites eius nihil a Sodomitis tale paterentur, vtrum admittenda ſit compenſatio flagitiorum, vel quorumcumque peccatorum, vt nos faciamus mali aliquid, ne alius grāuius malum faciat; an potius perturbationi Loth, non conſilio tribuendum ſit,

Verum.] Hæc diuidit in duas partes, ī quarā Prima, pbat, ꝙ nullus debet peccare minus, vt maior ſiue grauior alius nō peccet. Secunda ibi, [Conſuetudinis] CASVS. Hoc dicit Gr. ꝙ illud quod dictum eſt in ſuperiori diſt. de minori malo eligendo, intelligendum eſt cū duo mala circa eandem perſonam contingunt, ſed ſi circa diuerſas contingant, vtrū minus malum ſit eligēdum, & faciendum, vt alius vitet maius, quæritur in hac diſt. & probatur qđ nō, ꝑ capitulū ſequens, dñr ēt, ꝙ ius conſuetudinis, vel ꝓſtitutionis relaxatur qñq;.

i ¶Verum.] in hac d. 14. quęritur, an aliquis debeat minus malum committere vt alter euitet grauius malum? Et dicēdum eſt ꝙ non, vt inf. c. ꝑ xi. & cōtineatur iſte, §. ad id qđ dixerat ī ſuperiori diſt. quod cū duo mala nobis inſtant. minus eſt eligendum: ſed hoc non eſt verum circa diuerſas perſonas.

Minus malū de duob. eſt faciendum.

Quod ait Sodomitis.] CASVS. Legitur in Geneſi, ꝙ miſit Dñs duos Angelos in ſpecie iuuenū ad Sodomam ſubuertendam, & cū hoſpitarentē in domo Loth, venerunt Sodomitæ ad domum eius volentes eis abuti: Loth autem ne illi violarentur, obtulit eis duas ſuas filias, vt illi Sodomitæ potius cum illis fornicarentur, q̄ hoſpites aliquid paterentur. ſ. opus Sodomiticum. Modo quærit Aug. an talis compenſatio ſit admittenda ſ. an Loth potius debuit conſentire fornicationi filiarum, quam vt illi cum hoſpitibus opus Sodomiticū facerent. Et reſpondet ꝙ talis compenſatio periculoſa eſt, & hoc eſt attribuendum perturbationi Loth.

k ¶Qđ ait] Verba ſunt Aug. & incipit ibi, merito q̄rit.

a ¶Verū

Digitized by Google

Veniale pōt ne quis committere, vt alter euitet mortale.

a ¶Periculosissime.] Hic dicit Aug. ꝙ nemo debet minus malum committere, vt alter euitet maius malum: & intelligunt hoc quidā, quod nemo debet minus mortale committere, vt alius euitet maius mortale, sed veniale debet committere, vt alter euitet mortale nam etiam animam quis debet ponere pro ꝓximo 1, & sic mortē temporalē potest aliquis subire, ne alter incurrat pœnam ęternam de pœn. dist. 1. charitas. § & proxi. sed pro veniali debetur tantū pœna temporalis 2, ꝓ mortali ęterna, 13. q. 1. nemo. ergo aliquis potest peccare venialiter, ne alter peccet mortaliter. Itē quia Apostolus dicit: Optabam esse anathema pro fratrib. meis: sed nemo anathematizatur nisi pro mortali, vt 11. q. 3. nemo. Itē cum virtus, & vitiū sint contraria, nec se compatiantur, vt 32 q. 1. cum renunciatur, sed venialia simul cum virtutibus insunt homini. non ergo proprie dicuntur vitia, vt de pœn. dist. 3. septies. Alij dicunt, quod nullum peccatum debet homo facere, vel pro suo bono, vel alterius, vt 23. q. 5. cū homo. ver. quid si alius non enim Deus vult tale dānū cū tali lucro copēsari, vt 33. q. 3. si dicat non enim debet quis crimen suum alienis commodis impendere, vt 46. d. sicut non suo. Præterea neq; pro salute alterius temporali, vel ęternali debet quis peccare venialiter. quia nullus perducendus est ad salutem 3 opitulāte mē dacio, vt 22 q. 2. c. faciat, & c. primum. Io. Sed quare redarguitur hic Loth. ab Aug. cum alibi commēdetur ab Ambrosio, vt 3 1. q. 7. offersebas? Sed Ambrosius confidebat pietatem quam habuit ad hospites. Aug vero delictum filiarum, 26. d. c. 1. & 2.

1 De pę. d. 2. qui vult. & seq.

2 25. d peccata.

Ad Rom. 9

3 De hac materia not. ex ne. cler. vel mo. c. 3. ingl. argu ꝙ, &c. Arch.

b ¶Hoc compensatio.] Arg. ꝙ non est admittenda compēsatio in malis, vt 24. q. 3. forte & 23. q. 5 c. 1. & 32. q. 8 non solum, & 1 q. 1. non est putanda. admittitur tamen compensatio in criminibus, vel excipiendo, vel replicando, vt 32. q. 6. nihil, & ff. solu matr. viro. verū est in iudicijs admittitur compensatio, non in foro pœnitentiali. 34 q. 5. quod Deo.

Cōpensatio in pniali foro nō admittitur.

CONSVETVDINIS Hæc est secunda pars huius distinctionis: in qua dicitur quando rigor est relaxandus, & quando non. Io. de Fan.

CASVS. Iste §. continuatur ad illud, quod dictum fuit supra in principio 13. d vbi dictum fuit, ꝙ aduersus ius naturale non admittitur dispensatio, sed hic dicitur, ꝙ consuetudinis, vel constitutionis rigor relaxatur, quandoque etiam hoc probatur in seq c.

Sicut.] CASVS. Quæsitum fuit a Leone Papa, vtrum contra consuetudinem, & constitutiones possit dispensari, qui respondit, dicens, ꝙ sicut sunt quædā cōtra quæ dispensari non potest, vt ius naturale: sic quædam sunt, vt consuetudines, & constitutiones, contra quās ratione temporum, & ætatum potest dispensari: hac habita discretione, vt in dubijs nihil contra Euangelium, vel decreta fiat Patrum.

c ¶Sicut quædā sunt.] Vt præcepta decalogi, & forma baptis- 4 Extra bap. c. 1.

quia hoc dixerit, merito quæritur. Et nimirum periculosissime [a] admittitur hæc compensatio [b]. Si autem perturbationi humanæ tribuitur, & menti tanto malo permotę, nullo modo imitanda est.

2 *Consuetudinis autem, vel constitutionis rigor nonnunquam relaxatur.*

Vnde Leo Papa ait ad Rusticum Narbonensem episcopum, epist. 90. ante caput 1.

¶Quæ constitutiones valeant temperari, vel quæ non. Cap II.

Sicut quædam sunt [c], quæ nulla possunt ratione cōuelli; ita multa sunt, quæ aut pro necessitate temporū [d], aut pro consideratione ætatum [e] oporteat temperari: illa consideratio † [f] semper seruata, vt in ijs, quæ vel dubia [g] fuerint aut obscura, id nouerimus sequendum, quod nec præceptis Euangelicis contrarium; nec decretis sanctorum Patrum inueniatur aduersum.

Pann. in prolo. c. 12. Ordo verborum nō restitutus ob glosā † *conditione* ori.

DISTINCTIO. XV.

Quoniam de iure naturali [h], & constitutione, vel cōsuetudine hactenus differuimus, differentiam, qua inuicem discernuntur, assignantes; nunc ad ecclesiasticas constitutiones stylum vertamus, earum originem & auctoritatem, prout ex libris sanctorum Patrum colligere possumus breuiter assignantes.

¶Quo tempore cœperint canones generalium conciliorum. Cap. I.

Canones generalū cōciliorum (vt Isidorus ait lib. 6. Pann. l. 2. c. 104.

d ¶Temporum.] Vt 1. q. 7. quod pro remedio, & 81. dist. presbyter, & 34. d. fraternitatis.

e ¶Aetatū.] Vt 7. 33. q. 2. in adolescētia 6. & 86. d. tanta.

f ¶Consideratione.] inf. 19. d sciendum.

g ¶Vel dubia.] Extra de sponsi. iuuenis.

Quoniam de iure.] Hæc dist. diuiditur in duas partes. In prima quæritur, & probat ex quo tempore habuerunt concilia ortum. Secunda ibi, [Quintum vero.]

CASVS. Supra de naturali iure, consuetudine, & constitutione dixit Gratianus, inter ista differentiam assignando. In hac vero d. reuertitur ad constitutiones ecclesiasticas: & earum originem, & auctoritatem breuiter ostendit.

h ¶Quoniam de iure naturali.] Hactenus tractauit magister de naturali 7 iure: hic incipit tractare de iure canonico. assignat itaq; rationem, & originē ipsius, & ostendit quæ opuscula recipiantur ab ecclesia, & quæ non.

Canones.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In 1 parte ostenditur, ꝙ a tpe Constantini canones generalis cōciliorū inceperunt. Ipse n primo dedit auctoritatē Christianis libere congregandi: cum ecclesia antea fuisset passa persecutionem. In 2 parte, quæ incipit ibi, [Inter cætera.] dī, ꝙ sub quatuor Imperatorib. sunt quatuor concilia vniuersalia celebrata. s. sub Cōstantino Theodosio seniore, Theodosio iuniore, & Martiano, & ostēn-

5 De confe. d. 2. c. 2.

6 Hoc c. loqtur de iuuenili ætate, sed sequens concor. loqtur de senili ad hoc. 26. q. 7. tēpora, & c. hoc fit.

7 Sub. eius diuerliones, & dīas ad cætera iura multiplices assignans, vt cōpetentius adtractandū de iure canonico descenderet nunc ad, &c. Hug.

oſtendit qđ in eis fuerit reprobatū: & quòd iſta quatuor concilia & his ſimilia debent inuiolata ſeruari. In tertia parte, quæ incipit ibi, [Synodus.] ponit etymologias iſtorum nominum. ſ. ſynodus concilium, & cœtus.

a ¶Conſtantini.] infra. 16. diſt. Iſidorus. contra. ibi dicitur etymol. c. 16.) a temporibus Conſtantini [a] cœperunt. In præcedentibus namque annis perſecutione feruente, docendarum plebium minime dabatur facultas: inde Chriſtianitas in diuerſa hæreſes ſciſſa eſt; quia non erat licentia epiſcopis in vnum conueniendi, niſi tempore ſupradicti Imperatoris: Ipſe enim dedit facultatem Chriſtianis libere congregari. Sub hoc etiam ſancti patres in concilio Nicæno de omni orbe terrarum conuenientes iuxta fidem Euangelicam, & Apoſtolicam, ſecundum poſt Apoſtolos [o] ſymbolum tradiderunt. ¶Inter cætera autem cōcilia, quatuor eſſe ſcimus venerabiles ſynodos, quæ totā principaliter fidem complectuntur, quaſi quatuor Euangelia, vel totidem paradiſi flumina. ¶Harum prima Nicæna ſynodus cccxviij. [c] epiſcoporum Conſtantino Auguſto imperante peracta eſt: in qua Arrianæ perfidiæ condemnata blaſphemia, quam de inæqualitate [d] ſanctæ Trinitatis idem Arrius aſſerebat, conſubſtantialem Deo patri Deum filium eadem ſancta ſynodus per ſymbolum definiuit. ¶Secunda ſynodus cl. Patrum ſub Theodoſio ſeniore Conſtantinopoli [e] congregata eſt, quæ Macedonium [f] ſpiritum ſanctum Deum eſſe negantem condemnans, cōſubſtantialem patri & filio ſpiritū ſanctum demōſtrauit, dans ſymboli formam, quam tota [g] Græcorum & Latinorum confeſſio in eccleſijs prædicat. ¶Tertia ſynodus Epheſina [h] prima cc. epiſcoporum ſub iuniore Theodoſio Auguſto edita eſt, quæ Neſtorium duas perſonas [i] in Chriſto aſſerentem, iuſto anathemate condemnauit, oſtendens manere ꝛ in duab. naturis vnam [k] Domini noſtri Ieſu Chriſti perſonam. ¶Quarta ſynodus Chalcedonenſis. dcxx. ſacerdotum ſub Martiano principe habita eſt; in qua Eutychem [l] Conſtantinopolitanum abbatem verbi Dei & carnis vnam naturam renunciantem, & eius defenſorem [m] Dioſcorum; quondam Alexandrinum epiſcopū & ipsū rurſus Neſtorium cū reliquis hęreticis vna Patrum ſnia damnauit, prædicans eadem ſynodus Chriſtum Dominum de Virgine ſic natum, vt in eo ſubſtantiā diuinæ & humanæ confiteamur naturæ. ¶Hæ ſunt quatuor ſynodi principales, fidei [n] doctrinā pleniſſimè prædicantes. Sed, & ſi qua ſunt concilia, quæ ſancti patres ſpiritu Dei pleni ſanxerunt, poſt iſtorum quatuor auctoritatē omni manēt ſtabilita vigore; quorum geſta in hoc opere [o] condita continentur. ¶Synodus aūt ex græco interpretatur comitatus, vel cœtus. Concilij ß verò nomē tractum eſt ex more Romano. Tempore enim quo cauſę agebantur, cōueniebant omnes in vnum, communiq; intētione tractabant. Vnde concilium a cōi intentione dictum

b ¶Apoſtolos.] Apoſtoli enim fecerunt primū ſymbolum, ſ. Credo in Deum Patrem ſed Nicæna ſynodus fecit, Credo in vnum Deum 2. & dī aſyn, qđ eſt cum, & bolos: quod eſt morſellus: quia quilibet Apoſtolorum de ſuo morſello aliquid appoſuit.

c ¶Cccxviij.] Alibi dicitur de ccc. epiſcopis, vt 10. q. 1. hanc. Sed dic quòd minor numerus non excludit maiorem. ff. de inſtit. iuran. cum furti.

d ¶Quam de inæqualitate.] Dicebat. n. patrem maiorē filio, & filium maiorem ſpiritu ſancto. 24. q. 3. quidam. ver. Agriani. Hug.

e ¶Conſtantinopolis.] ſup. ea. ſicut.

f ¶Macedonium.] qui dixit ſpiritum ſanctum ſeruum patris & filij, vt 1. q. 1. eos qui. 24. q. vi. quīdam, ver. Macedoniani.

g ¶Quā tota.] Hoc nō habemus: q̄a nō habemus niſi Apoſtolorū, & Nicenū, & Athanaſii, Quicunque vult.

h ¶Epheſina.] Hoc dicit ad dīam ſecūdæ, q̄ fuit reprobata, vt infra 16. d. quoniam ſanctæ.

i ¶Perſona.] Verbī & hominis.

k ¶Vnā.] Vna eſt ꝑſona: ſed hēt duas naturas, ſ. diuinā & humanā. inf. c. ſicut. ver. quintum.

l ¶Euthychē.] Qui poſt reſurrectionem Chriſm habuiſſe vnā naturā dixit, ſ. diuinam. 16. diſ. c. 6. ver. quarta.

ADDITIO. Habet. n. vtrāq; ext. de hæreticis, cū Chriſ. vbi notat Ala. ꝙ ante illam diffinitionē, de qua loqtur ipſa decre. contrariū dicere licebat, cū ꝓhibitū nō eſſet: ſed poſt, ne quaq̄ ergo, qđ prius non fuit fidei articulus, poſt conſecrationem factus eſt fidei articulus. Archid.

m ¶Defenſorē.] Peccabat ergo i fidē, ex quo erat defenſor hęreticorū, vt 24. q. 1. c. 2. q. 3. qui aliorum. & extra de hær. vrgentis 3. ſicut dicit lex de latrone. C de his qui latr. occ. l. 1. Sed cōtra 21. d. in tm. & 24. q. 2. ſane proferī. verſ. item Romanorum, ibi. n. dicitur, ꝙ Dioſcorus non peccauit in fide. ſed expone, non peccauit in fide, ideſt non peccauit in fide tantum: quia in hoc peccauit, quod auſus fuit Papam Leonem excommunicare a 1. diſt. in tantum.

n ¶Fidei] Articulos.

o ¶In hoc opere.] Iſidori: ne ſit contra 19. diſt. ſi Romanorum verſ. præſertim.

1 Quid dicit litera, generaliter innuit ſolutionem. Hugo. Laur. & Archid.

2 Notandū ꝙ Damaſus Papa conſtituit, vt ſymbolū cantaretur in Miſſa ex decreto ſanctæ ſynodi vniuerſalis apud Cōſtantinopolim celebratæ Arch.

3 Parum aut nihil facit, ſed melius eod. tit. ſicut & c. excommunicamus § credentes. Pet.

a tempore Clementis fuerunt celebrata concilia. Reſpon. quod ante fuerunt celebrata, ſed non ita generaliter 1: & ita hoc verbum, gñaliter, ſoluit contrarium.

Sicut ſancti Euãgelij.] CASVS. In prima parte huius c. dicit Greg. quod ita vult ſeruare quatuor concilia ſicut quatuor Euãgeliilibros: & oſtendit in vtroque iſtorũ quid fuerit reprobatũ. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, [Quintũ] dicit Greg. q̃ quintũ conciliũ vult venerari, in quo tria ſũt reprobata. ſ. epiſtola erroris plena, q̃ Ibę dicebatur, & opinio Theodori, qui perſonam Chriſti mediatoris Dei & hominũ in duabus ſubſtantiis ſeparabat, ideſt perſonis, dicẽs Chriſtũ duas hȳe perſonas: & ſcripta Theodoriti, q̃ vitã B. Cyrilli, & fidẽ reprehẽdebat: & qui ſupradicta cõcilia nõ obſeruat, ſeipsũ deſtruit.

a ¶Ibę dicitur.] Ab inuentore.

b ¶Mediatoris.] i. Chriſti. Ioan.

c ¶Subſtãtijs.] Scilicet perſonis.

d ¶Præſumit.] Vȳ ergo, q̃ Papa nõ poſſit deſtruere ſtatuta cõcilii: q̃a orbis maior ẽ vrbe 93. d. legim⁹. circa med. vnde regit Papa cõſensũ cõcilij quaſi conſilium, conſilium, quaſi conſidum, d. in l. literam tranſeunte: vel concilium dictum eſt a communi intentione, eo quod in vnum dirigant omnem mentis obtutũ. Cilia enim oculorum ſunt: vnde qui ſibimet diſſentiunt, non agunt concilium: quia non conſentiunt in vnum. Cœtus verò conuentus eſt, vel congregatio, a coeundo, ideſt a conueniendo in vnum. Hinc etiam conuentus eſt, nuncupatus, eo quòd ibi homines conueniunt in vnum; ſicut a conuentu cœtus dicitur, ſic & concilium a ſocietas multorum in vnum.

¶ *Caput hoc habetur etiam in conciliorum collectione Iſidori ante ipſius præfationem, non autem in codice bibliothecæ Dominicanæ: in quo tamen vſque ad verſiculum*, Inter cætera. *ponitur etiam (quemadmodum & in aliis) ante initium concilii Nicæni.*

α ¶Manere.) *In pleriſque antiquis Gratiani exemplaribus, & Iſidori codice impreſſo legitur, vt eſt emendatum. Sed in aliis eorundem manuſcriptis, & impreſſis Gratiani legitur*, manere in Chriſto duas naturas, & unam Domini noſtri Ieſu Chriſti perſonam.

β ¶Concilij uerò.] *Apud Iſidorũ in lib. Etymol. locus hic mendosè legitur. Verum in præfatione eiuſdem Iſidori editioni Pariſienſi conciliorum præpoſitæ, quæ cum aliquot vetuſtis codicibus collata eſt, ſic legitur*; Concilij uerò nomen tractum ex cõi intentione, eo quòd in unum dirigant oẽs mentis obtutũ Cilia enim oculorum ſunt. unde & qui ſibimet diſſentiunt, non agunt concilium, quia non ſentiunt unum. Cœtus uerò conuentus eſt, uel congregatio a coeundo, i. conueniendo in vnum, unde & conuentus eſt nuncupatus, quòd ibi homines conueniant. Sicut conuentus, cœtus, uel concilium a ſocietate dicitur multorum in unum. *In Gratiani codicibus ſunt multa varietates, ex quibus ea lectio retenta eſt, quæ viſa eſt melior, quamuis adhuc aliquid fortaſſe deſideretur.*

De quatuor vero † concilijs ſcribit, B. Gregorius ita dicens, lib. 1. Regiſti, Epiſt. 24.

† *al. quoque.*

¶De auctoritate quatuor conciliorum. Cap. II.

Sicut S. Euangelij quatuor libros, ſic quatuor concilia ſuſcipere, & venerari me fateor; Nicænum ſcilicet, in quo peruerſum Arij dogma deſtruitur. Conſtantinopolitanum quoque, in quo Eunomij & Macedonij error cõuincitur, Epheſinum etiam primũ, in quo Neſtorij impietas iudicatur. Chalcedonenſe vero, in quo Eutychis, Dioſcorique prauitas reprobatur, tota deuotione complector, integerrima approbatione cuſtodio: quia in his velut in quadrato lapide, ſanctæ fidei ſtructura cõſurgit, & cuiuslibet α vitæ, atque actionis norma conſiſtit. ¶Quintum quoque cõcilium pariter veneror, in quo epiſtola, quæ Ibæ dicitur [a], erroris plena reprobatur, in quo Theodorus perſonam mediatoris [b] Dei & hominum in duab. ſubſtantijs [c] ſeparans, ad impietatis perfidiam cecidiſſe conuincitur, & in quo ſcripta quoq; Theodoriti, per quæ B. Cyrilli fides reprehenditur, auſu dementiæ prolata refutantur. Cunctas verò, quas præfata veneranda concilia perſonas reſpuunt, reſpuo; quas venerantur, amplector: dum vniuerſali ſunt conſenſu conſtituta; ſe, & non illa deſtruit, quiſquis præſumit [d] aut ſoluere, quos religant †; aut ligare †, quos ſoluunt.

† *al. ligans,*
† *al. religare.*

α ¶Cuiuslibet.) *Apud B. Gregorium legitur.* Et cuiuslibet uitæ, atque actionis exiſtat, quiſquis eorum ſoliditatem non tenet, etiam ſi lapis eſſe cernitur, tamen extra ædificium iacet. Quintum, &c. *& in ſequentibus ſignificantur tria capitula, quorum occaſione nonnulli quintam ſynodum non recipiebant.*

De iſdem etiam Gelaſius in concilio habito Romæ cum lxx. epiſcopis ſcribit dicens.

Digitized by Google

¶ Quæ † concilia sancta Romana Ecclesia susciplat. Cap. III.

† *al. Quas scripturas.*

Burc. l. 3. c. 220. Iuo p. 4. cap. 64. Pann. l. 2. c. 91. Polyc. l. 3. titu. 20.

SAncta Romana Ecclesia post illas veteris testamenti & noui scripturas, quas regulariter suscipimus, etiam has suscipi non prohibet: Sanctam synodum Nicænam cccxviij. patrum, mediante Constantino Maximo Augusto, in qua Arrius hæreticus condemnatus est: Sanctam synodum Constantinopolitanam, mediante Theodosio seniore Augusto, in qua Macedonius hæreticus debitam damnationem excepit: Sanctam synodum Ephesinam, in qua Nestorius damnatus est consensu beatissimi Papæ Cælestini, mediante Cyrillo Alexandrinæ sedis antistite, & Arcadio episcopo ab Italia destinato: Sanctam synodum Chalcedonensem, mediante Martiano Augusto, & Anatolio Constantinopolitano episcopo, in qua Nestoriana, & Eutychiana hæreses simul cum Dioscoro, eiusque complicibus damnatæ sunt: sed & si qua sunt concilia à sanctis patribus hactenus instituta, post † istorum quatuor auctoritatem & custodienda, & recipienda decernimus, & mandamus a. ¶ Iam nunc subijciendum est de opusculis sanctorum patrum, quæ in ecclesia catholica recipiuntur. ¶ Opuscula beati Cypriani martyris, & Carthaginiensis episcopi. ¶ Item opuscula beati Athanasij Alexandrini episcopi. ¶ Item opuscula beati Gregorij Nazianzeni episcopi. Item opuscula beati Basilij Cappadociæ episcopi. Item opuscula beati Ioannis Constantinopolitani episcopi. ¶ Item opuscula Theophili Alexandrini episcopi. ¶ Item opuscula beati Cyrilli Alexandrini episcopi. ¶ Item opuscula beati Hilarij Pictauiensis episcopi. ¶ Item opuscula B. Ambrosij Mediolanensis episcopi. ¶ Item opuscula B. Augustini Hipponensis episcopi. ¶ Item opuscula B. Hieronymi presbyteri. ¶ Item opuscula B. Prosperi viri religiosissimi. ¶ Item epistolam beati Leonis Papæ ad Flauianum Constantinopolitanum episcopum destinatam: cuius textum quispiam si vsq; ad vnum iota disputauerit, & non eam in omnibus venerabiliter receperit; anathema sit. ¶ Item opuscula, atque tractatus omnium patrum orthodoxorum, qui in nullo à sanctæ Romanæ ecclesiæ consortio deuiauerunt, nec ab eius fideli † prædicatione seiuncti sunt, sed communionis ipsius, gratia Dei, vsque ad vltimum diem vitæ suæ participes fuerunt, legenda decernimus. ¶ Item decretales epistolæ, quas beatissimi Papæ diuersis temporibus ab vrbe Romana pro diuersorum Patrum consultatione dederunt, venerabiliter suscipiendæ sunt. ¶ Item gesta β sanctorum martyrum, qui multiplicibus tormentorum cruciatibus, & mirabilibus confessionum triumphis irradiant. Quis ita † esse catholicorum dubitet. & maiora eos in agonibus fuisse perpessos, nec suis viribus, sed gratia Dei, & adiutorio vniuersa toleraſſe? Sed ideo secundum antiquam consuetudinem singulari cautela in sancta Romana ecclesia non leguntur: quia & eorum, qui conscripsere, nomina penitus ignorantur, & ab infidelibus, aut idiotis † superflua, aut minus apta, quam rei ordo fuerit, scripta esse putantur: sicut cuiusdam Quirici †, & Iulitæ, sicut Gregorii, aliorumq; huiusmodi passiones, quæ ab hæreticis perhibentur conscriptæ. Propter quod, vt dictum est, ne vel leuis subsannandi oriretur occasio, in sancta Romana ecclesia non leguntur. Nos tamen cum prædicta ecclesia omnes martyres, & eorum glorioſos agones, qui Deo magis quam hominibus noti sunt, omni deuotione veneramur. ¶ Item vitas patrum, Pauli, Antonij, Hilarionis, & omnium Heremitarũ, quas tamen vir beatissimus scripsit Hieronymus, cum omni honore suscipimus. ¶ Item Actus B. Siluestri Apostolicæ sedis præsulis, licet eius, qui eas conscripsit, nomen ignoremus; à multis tamen in vrbe Roma catholicis legi cognouimus, & pro antiquo vsu multæ hoc imitantur ecclesiæ. ¶ Item scripta de inuentione sanctæ Crucis Dominicæ, & alia scripta de inuentione capitis B. Ioannis Baptistæ, nouellæ quidem † reuelationes sunt, & nonnulli eas catholici legunt: Sed cum ad catholicorum manus peruenerint, B. Pauli Apostoli sententia procedat, [Omnia probate, quod bonum est, tenete.] ¶ Item Russinus vir religiosus, plurimos ecclesiastici operis edidit libros: nonnullas etiam scripturas interpretatus est: sed quoniã B. Hieronymus in aliquibus eum de arbitrii libertate notauit, illa sentimus, quæ prædictum B. Hieronymum sentire cognoscimus: & non solum de Russino, sed etiam de vniuersis †, quos vir sæpius memoratus zelo Dei, & fidei religione † reprehendit. ¶ Item Origenis nonnulla opuscula, quæ uir beatissimus Hieronymus

† *al. prater:*

† *al. Cyrici.*

† *al. diffis.*

† *quedam reuelationes* Iori. 1. Thes. 5.

† *fide, vel prædicatione.* Iori. & Burch. Nicolaus in epistola impressa ad episcopos Gal-

† *al diuersis* Iorih. † *al. religione.*

a ¶ Cyrillus cuius initium. [*Quamuis.*]

† *al. illa.*

cilli. 19. distin. Anastasius. arg. cõtra. 17. di. §. hinc etiã & extra de electio. significasti. vbi dr q̃ conciliũ nõ põt Papę legẽ imponere. & 35. q. 9. veniam. Sed intelligę, quod hic dicitur, circa articulos fidei. 25. q. 1. sunt quidam.

SAncta Romana Ecclesia.] CASVS. In hoc cap. ponũtur fere eadẽ, quæ dicta sunt in illo cap. canones. & ĩ c. sicut. Dicit .n. Gelasius, q̃ supra dicta quatuor concilia vult venerari & si qua alia fuerunt a sãctis Patrib. instituta: & ostendit q̃ opuscula sanctorum Patrũ in ecclesia recipiant.

Anfel. l. 6. c. 193.

a ¶ Cy-cilli. 19. distin. Anastasius. arg. cõtra. 17. di. §. hinc etiã & extra de electio. significasti. vbi dr q̃ concilii nõ põt Papa legẽ imponere. & 35. q. 9. veniam. Sed intelligẽ, quod hic dicitur, circa articulos fidei. 25. q. 1. sunt quidam.

† al. fixa. fix cuius initium. [Quamuis.]

SAncta Romana Ecclesia.] CASVS. In hoc cap. ponũtur fere eadẽ, quæ dicta sunt in illo cap. canones. & ĩ c. sicut. Dicit .n. Gelasius, q̃ supra dicta quatuor concilia vult venerari & si qua alia fuerunt a sãctis Patrib. instituta: & ostendit q̃ opuscula sanctorum Patrũ in ecclesia recipiant.

† al. dixit.

† al. Cyrici.

ronymus non repudiat, legenda ſuſcipimus reliqua autem omnia cum auctore ſuo dicimus eſſe renuenda. ¶ Item Chronicon † Euſebij Cæſarienſis, atq; eiuſdem hiſtoriæ eccleſiaſticæ libros, quamuis in primo narrationis ſuæ libro tepuerit, & poſtea in laudibus, atq; excuſatione Origenis ſchiſmatici vnum cõſcripſerit librum: propter rerum tamen notitiam ſingularem, quę ad inſtructionem pertinet, vſquequaque non dicimus renuendos. ¶ Item Oroſium virum eruditiſſimum collaudamus, quia valde nobis neceſſaria aduerſus Paganorum calumnias ordinauit hiſtoriam, miraque breuitate contexuit. ¶ Item venerabilis viri Sedulij paſchale opus, quod heroicis deſcripſit verſibus, inſigni laude proferimus †. ¶ Item Iuuenci, nihilominus laborioſum opus non ſpernimus, ſed miramur. Cæterum, quæ ab hæreticis, ſiue ſchiſmaticis conſcripta, vel prædicata ſunt, nullatenus recipit Catholica, & Apoſtolica eccleſia Romana. ¶ E quibus pauca, quæ ad memoriam venerunt, & à catholicis vitanda ſunt, credimus eſſe ſubdenda. In primis Ariminenſem ſynodum à Conſtantino Cæſare Conſtantini filio congregatam mediante Tauro præfecto, ex tunc, & nunc, & vſque in æternum confitemur eſſe damnatam. Item Itinerarium nomine Petri Apoſtoli, quod appellatur ſancti Clementis lib. viii. apocryphum. Actus nomine Andreæ apoſtoli, apocryphi. Actus nomine Philippi apoſtoli, apocryphi. Actus nomine Petri apoſtoli, apocryphi. Actus nomine Thomæ apoſtoli, apocryphi. Euangelium nomine Thadæi, apocryphum. Euangelium nomine Thomæ apoſtoli, quo vtuntur Manichæi, apocryphum. Euangelium nomine Barnabæ, apocryhum. Euangelium nomine Bartholomæi apoſtoli, apocryphum. Euangelium nomine Andreæ apoſtoli, apocryphum. Euangelia, quæ falſauit Lucianus, apocrypha. Euangelia, quæ falſauit Hyrcius †, apocrypha. Liber de infantia Saluatoris apocryphus. Liber de natiuitate Saluatoris, & de S. ♪ Maria, & de obſtetrice Saluatoris, apocryphus. Liber, qui appellatur Paſtoris, apochryphus. Libri omnes, quos fecit Lenticius † diſcipulus diaboli, apocryphi. Liber, qui appellatur fundamentum, apocryphus. Liber, qui appellatur thelaurus, apocryphus. Liber, qui appellatur de filiabus Adæ [vel † Geneſeos, apocryphus. Centimetrum de Chriſto Virgilianis compaginatum verſibus, apocryphum. Liber, qui appellatur Actus Teclę, & Pauli apoſtoli, apocryphus. Liber, qui appellatur Nepotis, apocryphus. Liber prouerbiorum, qui ab hæreticis conſcriptus, & S. Xiſti † nomine ſignatus eſt, apocryphus. Reuelatio, quæ appellatur Pauli apoſtoli, apocrypha. Reuelatio, quę appellatur Thomę apoſtoli, apocrypha. Reuelatio, quę appellatur Stephani, apocrypha. Liber, qui appellatur tranſitus † S. Mariæ, apocryphus. Liber qui appellatur pœnitentię Adę, apocryphus. Liber Ogię nomine gigantis, qui ab hereticis cum dracone poſt diluuium pugnaſſe perhibetur, apocryphus. Liber qui appellatur teſtamentum Iacob †, apocryphus. Liber, qui appellatur pœnitentia Origenis, apocryphus. Liber, qui appellatur pœnitentia S. Cypriani, apocryphus. Liber, qui appellatur pœnitentia Iamnis, & Mambrę, apocryphus. Liber, qui appellatur, ſortes Apoſtolorum † apocryphus. Liber Luſanę apocryphus. Liber canonum Apoſtolorum, apocryphus. Liber Phyſiologus, qui ab hęreticis conſcriptus eſt, & B. Ambroſij nomine prę ſignatus, apocryphus. Hiſtoria Euſebii Pamphili, apocrypha. Opuſcula Tertulliani †, ſiue Africani, apocrypha. Opuſcula Poſthumiani, & Galli, apocrypha. Opuſcula Montani, Priſcillę, & Maximillę, apocrypha. Opuſcula omnia Fauſti Manichęi, apocrypha †. Opuſcula alterius Clementis Alexandrini, apocrypha †. Opuſcula Caſſiani preſbyteri Galliarum, apocrypha. Opuſcula Victoriani Pictauienſis † apocrypha. Opuſcula Fauſti Rhegienſis Galliarum, apocrypha. Opuſcula Frumentii †, apocrypha. Epiſtola Ieſu ad Agabarum regem, apocrypha. Paſſio Georgii, apocrypha. Paſſio Cyrici [a], & Iulitę, apocryphia. Scriptura, quę appellatur contradictio Salomonis, apocrypha. Philacteria omnia, quę non Angelorum, vt illi confingunt, ſed dœmonum magis arte conſcripta ſunt, apocrypha. ¶ Hęc, & omnia his ſimilia, quę Simon Magus, Nicolaus, Cerinthus, Marcion, Baſilides, Ebion, Paulus etiam Samoſatenus, Photinus & Bonoſus, & qui ſimili errore defecerunt, Montanus quoque cum ſuis obſcœniſſimis ſequacibus, Appollinaris, Valentinus, ſiue Manichęus, Fauſtus †, Sabellius, Arrius, Macedonius, Eunomius, Nouatus, Sabbatius, Cœleſtius †. Donatus, Euſtathius, Iouinianus, Pelagius, Iulia-

a ¶ Cyrici.] al. Quirici.

ADDITIO. Apocryphum dicitur occultum & ſecretum ab apo, quod eſt de; & cryſis, quod eſt ſecretum. inde liber dicitur apocryphus, id eſt, occultus & ſecretus: ſcilicet cuius auctor ignoratur: non tñ ab eccleſia recipitur, ſed reprobatur, quaſi dicat, non in eccleſia, ſed remote & ſecrete ab eccleſia eſt legẽdus, ſecũdum Hug. Vñ dic apocrypha

† al. Chronica, orig.

† al. præferimus, orig.

Burch l. 3. c. 221. Iuo par. 4. c. 65. Fann. l. 2. c. 123.

† decem] ori.

† al. Eſtius] al. Heſychius.

† al Lentius] al. Lentius.

† Abeſt ab orig.

† al. Sixti.

† tranſitus, id eſt aſſumptio] orig.

† al. lob] ori.

† Tertulliani apocrypha. Opuſcula Lactantij apocrypha. Opuſcula Africani apocrypha] orig.

† Opuſcula Commodiani apocrypha] orig.

† Opuſcula Tatij, Cypriani apocrypha. Opuſcula Arnobij apocrypha Opuſcula Tycenij apocrypha] ori.

† al. Pitabiedenſis.

† al. Framentica c.] orig.

† Africanum] orig.

† al. Caliſtus.

Iulianus, & † Latiensis Cœlestinus, Maximinus, Priscianus † ab Hispania, Lampedius, Dioscorus, Eutyches, Petrus, & alius Petrus, equibus vnus Alexandriam, alius Antiochiam maculauit, Acacius Constantinopolitanus cum consortibus suis, nec nō omnes hæreses, quas ipsi, eorumque discipuli, siue schismatici docuerunt, vel conscripserunt: quorum nomina minime rētinentur, non solum repudiata, verum etiam ab omni Romana, & Apostolica ecclesia eliminata, atq; cum suis auctoribus, auctorumque sequaçibus sub anathematis indissolubili vinculo in æternum confitemur esse damnata. ¶Cæterum, qui libri in ecclesiasticis officiis per anni circulum a nonnullis legantur, quòd ritum illum Apostolica non reprobat, sed sequitur ecclesia, pro fidelium ædificatione adnotandum cēsuimus. Quidam, quòd in septuagesima ponunt Pentateuchum (vsq. in 15. diem ante Pascha, 15. die ponunt Hieremiam vsque in cœnam Dñi. In cœna Domini legunt tres lectiones de lamentatione Hieremiæ. [Quomodo sedet sola ciuitas, &c.] & tres de tractatu Sancti Augustini in psalmum 54. ([Exaudi Deus orationem meam, & ne despexeris.] & tres de Apostolo, vbi ait in epistola ad Corinth. [Conuenientibus vobis in vnum.] Secunda lectio incipit: [Similiter & calicem postquam cœnauit,] Tertia. [de spiritalibus autem nolumus vos ignorare fratres. In Parascœue tres lectiones de lamentatione Hieremiæ, & tres de tractatu sancti Augustini in psalmum. 63. [Exaudi Deus orationem meam, cum deprecor. [& tres de Apostolo, vbi ait in Epistola ad Hebræos, [Festinemus ingredi in illam requiem, &c.] Secunda lectio, [Omnis namque pontifex.] Tertia. [De quo grandis nobis sermo.] In Sabbato sancto tres lectiones de lamentatione Hieremiæ prophetæ, & tres de tractatu sancti Augustini in eundem psal. 63. [Exaudi Deus orationem meam, cum deprecor.] & tres de Apostolo, vbi ait in Epistola ad Hebræos, [Christus assistens pontifex futurorum bonorum.] Secunda lectiò, [Vbi enim testamentum est.] Tertia, Vmbram enim habens lex futurorum bonorum. [In Pascha Domini homilias ad ipsum diem pertinentes, infra hebdomadam homilias. In octauis) † Paschæ ponunt actus Apostolorum, & epistolas canonicas, & Apocalypsim vsque in octauas † Pentecostes: In octauis Pentecostes ponunt libros Regum, & Paralipomenon vsque in Kalend. Augusti. In Dominica prima mensis Augusti ponunt Salomonem vsque in Kalendas Septembris. In Dominica 1. Septemb. ponunt Iob, Tobiam †, Hester, Esdram vsque in Kalen. Octobris. In Dominica prima mensis Octobris ponunt librum † Machabæorum vsque in kalendas Nouembr. In Dñica prima mensis Nouembris ponunt Ezechielem, & Danielem, & minores prophetas vsque in kalendas Decemb. In Dominica prima mensis Decembris ponunt Esaiam prophetam vsque ad † Natiuitatem Domini. In Natali † Domini legunt primum de Esaia tres lectiones. Prima lectio, [Primo tempore alleuiata est terra Zabulon, &c.] Secunda, [Consolamini, consolamini.] Tertia, [Consurge, consurge.] Deinde leguntur sermones, vel homiliæ ad ipsum diem pertinentes. In Natali S. Stephani homilia de ipso die. In Natali S. Ioannis similiter. In Natali Innocentium similiter. In Natali S. Siluestri similiter. In octaua Natalis Domini homilia de ipso die. In Dominica prima post Natiuitatem Domini ponunt epistolas Pauli vsque in Septuagesimam. In Epiphan. lectiones tres de Esaia. Prima lectio incipit, [Omnes sitientes.] Secunda,] Surge, illuminare Hierusalē.] Tertia, [Gaudens gaudebo in Domino.] Deinde leguntur sermones, vel homiliæ ad ipsum diem pertinentes.

† Iulianus Gelamensis, Cœlestinus, &c. orig. Priscilliano ab Hispania Nestorius Cō stantinopolitanus, Maximus, Vincus, Lampet ius. † Hæretici, eorumque discipuli. ori. Burc. lib. 3. c. 222. Iuo p. 4. c. 67 Pann. lib. 2. c. 90.

Tren. 1. *2. Cor. 11.* *1. Cor. 10.* *Heb. 3.* *Heb. 4.* *Heb. 9.* *Heb. 10.*

† *al. octaua.* † *al. octauā.*

† *Iudith. Hester.*] Iuo. † *libros.*] Iuo.

† *al. in natalem.* † *al. in vigilia natalis Domini*] Bur. & Iuo. & ordo Romanus. *Esa 9.* *Esa. 60.* *Esa. 52.* *Esa. 55.* *Esa 60.* *Esa 61.*

α ¶Mandamus.] *Post hoc verbum in Decreto Gelasii sequitur continenter.* Item opuscula beati Cypriani, &c. *Sed Burchardus, & Iuo, & Pannormia habent vt Gratianus. Ac certe in toto hoc capite tot modis discrepant collectiones ab originali, vt satis certo statui non possit, qua vera, & pura sit Gelasii lectio; nec magnopere sit mirandum, si nonnulla sint, quæ difficultatem faciunt. Quamobrem, quæ auxilio codicum tuto emēdari poterant, ea sunt emendata: cæteris locis partim indicata varietates, partim, quoniam omnes indicare infinitum fuisset, labor hic ad libros audiendi accurato lectori est relictus.*

β ¶Item gesta.) *Hinc vsque ad finem capitis omnia absunt a plerisque vetustis Gratiani codicibus; quod etiam Archidiaconus adnotauit. Sunt tamen eiusdem Gelasii vsque ad vers.* Cæterum qui libri, *& apud Burchardum, & Iuonem referuntur proximè post superiora.*

γ ¶Iuuenci.) *Antea legebatur,* Item Vincentij. *restituta est vera lectio ex Gelasio, Burchardo, & Iuone. De quo Iuuenco meminit B. Hiero. in Catalogo.*

pha Græce, Latine secreta. Et quia in cameris solēt virgines abscondi, & secrete morari, secundum Io. de Fan. inde est, q̄ virgo in Hebræo alma, in Græco apocrypha, Latine dicitur secreta.

Apostolorũ.] Hæc distinctio diuiditur in duas partes. Secũda ibi,] Et soluta.] CASVS. In hac 16 distin. ostendit Gratianus canones Apostolorum esse recipiendos: primo tamẽ ponit quandam cõtrarietatẽ de canonib. apostolorum primo de non recipiendis, & postea de recipiẽdis, & eam soluit.

a ¶ Apostolorum.] Hic intitulatur. 16. d. in qua ꝓbat, ꝙ canones Apostolorum sunt recipiendi: postea ostendit quo tẽpore, & quo residente in Papatu, vel Imperio qđlibet concilium est celebratum. Et nota, ꝙ Gratian' ponit quandam contrarietatem de canonibus Apostolorum, & eam nõ soluit, ꝓbat enim auctoritate Isidori, ꝙ canones Apostolorum non sunt recipiendi, qa sunt apocryphi: postea probat auctoritate Zephirini, & Leonis, quòd sunt recipiendi, & non sunt apocryphi. Sol. breuis est, qa illi canones sunt recipiendi, qa veris Apostolis sunt editi: sed illi, non qua pseudo apostolis sunt editi su. prox. di. ver. item gesta.

Canones.] CASVS. Quærebatur ab Isidoro an canones, qui dñr Apostolorum, sint approbandi: & respondet quoniã ab hæreticis sub noĩe apostolorũ sunt compositi, nec Rom. ecc. nec sancti Patres eos approbauerunt, quãuis in eis multa vtilia inueniãtur, tamen apochryphi reputantur.

b ¶ Canones.] Sic cõstrue: quamuis in eis canonibus, qui canones dicuntur Apostolorum.

c ¶ Vtilis.] Argu. ꝙ vtile vitiatur ꝑ inutile 1, vt no. sup. di. 9. si ad scripturas.

1 Ad idem 3 q. 9. pura Archid.

d ¶ Atque inter

ſ ¶ De S. Maria.] *In collectione Isidori legitur*, & de Maria obstetrice. *Apud Burchardum*, & de Maria vel obstetrice. *Apud Iuonem uero*, & de sancta Maria, vel de obstetrice Saluatoris.

e ¶ Cæterum.] *Hinc vsque ad finem neque in collectione Isidori neque in vllo veteri codice Gratiani eorum, quę collata sunt, inueniuntur. A verbo tamen*, in Septuagesima ponunt, *referuntur a Burchardo, & Iuone sine auctoris nomine, in Pannormia ex Gelasio ipso cum lxx. episcopis. Fere autem omnia habentur sparsim in libro, qui ordo Romanus nuncupatur.*

ζ ¶ Pentateuchum:) *Apud Iuonem legitur*, Heptateucum, *vt vltra quinque libros comprehendat librum Iosue, & Iudicum, qua voce, ac librorum coniunctione Beatus Hieronymus ad Lucinum scribens vtitur. Alij verò Heptaticum appellant, vt sanctus Gregorius, lib. 7. in l. 2. epist. 48. & li. 10. epi. 21. & alibi, & Rabanus in prefatione in Hieremiam, & ordo Romanus, c. de Septuagesima.*

η ¶ In Psalmum 54.) *Sic etiam apud Iuonem. In ordine Romano, c. de officijs diuinis a Cœna Domini vsque in octauas Pentecostes, & apud Burchardum legitur.* in psalmum 63.) *idest*, Exaudi Deus orationem meam, cum deprecor. *Itemque in c. de ordine in nocte Parasceues*, Tres tractatus de August. psal. 63.

φ ¶ In octauis.) *Ipsam diem octauam solitam fuisse proferri nomine multitudinis, idest octauas, notabitur infra de consec. d. 3. cap. pronunciandum.*

ι ¶ In Natali Domini.) *Burchardus, & Iuo habent in* Vigilia Natalis Domini, *& ita in ordine Romano, c. quod inscribitur*, In Christi nomine, incipit ordo catholicorum librorum, qui in Ecclesia Romana ponuntur. *Pannormia autem habet, vt Gratianus.*

DISTINCTIO XVI.

1 ps *Apostolorum* [a] *verò canones, qui per Clementem Pontificem Romanum, sicut quidam asserunt, dicuntur esse translati* α, *sunt quinquaginta.*

α ¶ Translati.) *In titulo qui præponitur canonibus Apostolorum in collectione Isidori, & in concilio Stephani Papæ iiij. (cuius magnam partem Deus dedit Cardinalis in sua canonum collectione refert) pro voce*, translati, *habetur*, prolati, *Dionysius certe Exiguus, nullam huius versionis mentionem facit, & aliqui scriptores solent epistolas Clementis hoc modo citare*, Ex dictis Petri Apostoli per Clementẽ prolatis, *vt auctor Polycarpi, & alii.*

Hos non recipiendos, sed inter apocrypha deputatos Isidorus scribit dicens.

¶ Apostolorum canones Apostolica reijciuntur auctoritate. Cap. I.

Canones [b] dicuntur Apostolorum, seu quia eosdem nec sedes apostolica recepit, nec sancti Patres illis assensum præbuerunt, pro eo quòd ab hæreticis sub nomine Apostolorum compositi dignoscuntur, quamuis in eis vtilia [c] inueniantur, tamen ab auctoritate canonica, atque Apostolica eorum gesta constat esse remota, atque inter [d] apocrypha deputata.

¶ *Caput hoc est in prefatione Isidori ad collectionem conciliorũ, qua ex bibliotheca ecclesiæ Toletanæ descripta Romã missa est. Nam in illa, qua vulgata Isidori collectioni, de qua initio dictum est, præponitur, contrarium potius videtur dici, & refertur infra c. Placuit, hac eadem dist. si modo idem est Isidorus.*

apocrypha.] ideſt, ſunt certo auctore *, vt ſapientia Salomonis : liber Ieſu filij Sirach. qui dicitur eccleſiaſticus: & liber Iudicum, & Tobiæ: & liber Machabæorum: hi apocryphi dicuntur, & tamen leguntur, ſed forte non generaliter.

* *Quinimmo libri iſti non apocryphi, ſed canonici tũt, quãuis alim quidam etiã catholici de illis dubitauerint. Concil. Triden. ſeſſ. 4. de ſcriptu.*

Sexa-

Zepherinus autem econtra ſcribit epiſcopis per Siciliam conſtitutis, epiſt. 1.

¶ Apoſtolorum canones ſunt recipiendi. Cap. II.

Iuo p. 4. c. 107. Pann. l. 2. c. 105. Poly. l. 3. tit. 20.

SExaginta a ſententias Apoſtoli præſcripſerunt † cum alijs plurimis epiſcopis, & ſeruandas cenſuerunt.

† *al. præſcripsere.*] otig.

a ¶Sexaginta] *Iuo etiam, & auctor Pannormiæ habent,* Sexaginta *Itemque originale in margine. Sed in textu,* Septuaginta. *Polycarpus,* Quinquaginta.

Item Leo ß Papa nonus contra epiſtolam Nicetæ abbatis.

¶ Exceptis quinquaginta capitulis, canones Apoſtolorum inter apocrypha deputantur.

Cap. III.

Iuo p. 4. c. 105. Pann. l. 2. c. 124.

CLementis [a] librũ, ideſt Petri Apoſtoli itinerarium [b] & Apoſtolorũ canones numerant Patres inter apocrypha, exceptis [c] quinquaginta capitulis, quæ decreuerunt orthodoxæ † [d] fidei adiungenda.

† *al. regulis orthodoxis.*] *al. regulis orbis domæ*]

ß ¶Item Leo.] *Hoc caput ſumptum eſt ex reſponſione Humberti legati Leonis noni ad libellum Nicetæ presbyteri, & Monachi cõtra Latinos editum: quæ Romæ in Nonaſterio S. Mariæ nouæ, & in multis priuatis bibliothecis extat manuſcripta. Merito autẽ potuit citari Leo ix. quod eius auctoritate, & iuſſione Humbertus legatus ſedis Apoſtolicæ ea ſcripſerit.*

Item vi. ſynodus, cap. 2.

Cap. III.

Iuo p. 4. c. 106. Pann. l. 2. c. 123.

PLacuit [e] huic ſanctæ ſynodo, vt amodo confirmata & rata ſint canonum Apoſtolorum lxxxv. capitula.

Epiſtola Iſidori in capite canonum.

Iuo p. 4. c. 107. Pann. l. 2. c. 125.

Iſidorus ß ſeruus Chriſti lectori ſuo conſeruo. ¶ Propter eorum auctoritatem cęteris concilijs pręponimus [f] canones, qui dicuntur Apoſtolorum, licet a quibuſdam apocryphi dicantur, quoniam plures eos recipiũt, & ſancti Patres eorum ſententias ſynodali auctoritate roborauerunt, & inter canonicas poſuerunt conſtitutiones. *Itẽ infra.* ¶ Primo quidem ordo, vt prędictũ eſt, de celebrando concilio inſertus habetur; & poſtmodum canonum Apoſtolorum, ac primorum apoſtolicorũ (ideſt à Sancto Clemente vſque ad Sanctum Sylueſtrum) decretorum, d ¶ Orthodoxæ.] Ideſt, rectę: orthos, rectum; doxa, gloria. Inde dicitur fides orthodoxa, ideſt, catholica recta, ſcilicet in qua rectè gloriamur. Ioan. de Fan.

e PLacuit.] *Ex his tribus cap. ſurgit contrarietas, quam Gratianus non ſoluit, nec ponit: ſexta ſynodus dicit lxxxv capitula canonu Apoſtolorum eſſe ſeruanda: Zepherinus lx. & Leo quinquaginta. quidã 2. ita ſoluunt, ꝙ ſexta ſynodus fuit ante Zepherinũ, & Zepherinus añ Leonem, & obſeruabantur lxxxv. canones, prout dicit ſexta ſynodus, ſed poſteam deſuetudinem abierunt xxv. & remanſerunt lx. vt dicit Zepherinus. procedente vero tempore 2. ex illis perierunt, & ſic remanſerunt cautum 10. vt dicit Leo. Sed hæc ſolutio ſtare non poteſt: nam Zepherinus pceſſit. vj. ſynodus fuit celebrata tempore Agathonis, vt inf. ea. diſtin. cap. ſexta. qui longo tẽpore fuit poſt Zepherinũ, vt ex chronicis apparet. Omiſſis alijs ſolutionibus, dic ꝙ non contradicũt ſibi: qa dicebat ſynodus lxxxv. fuiſſe capitula: Leo dicebat quinquaginta fuiſſe capitula: Zepherinus nõ dicit de capitulis ſed de ſententijs: & poteſt eſſe, quod in vno capitulo ſint ſententiæ plures.*

ISIDORVS, CASVS. *Probat Iſidorus in hoc c. canones Apoſtolorum eſſe recipiendos tribus rationibus. Primo, qa plures eos receperũt. Secũdo, quia Sancti Patres eorum ſententias confirmauerũt, & eas inter canonicas conſtitutiones poſuerunt. Tertio, quia poſiti ſunt & inſerti in Breuiario, in quo decreta diuerſorum conciliorum poſita ſunt: quod factum fuit a Clemente vſque ad Silueſtrum. Quę autem ſequuntur, plana ſunt.*

SExaginta.] CASVS. *Tria ſequentia capitula plana ſunt.*

a CLementis.] *Ideſt, qui ſub nomine Clementis compoſitus eſt ab hæreticis.*

b ¶ Itinerarium.] *Qui actus Petri continet, quos per orbem itinerando peregit t.*

t *Vel dic, ꝙ ideo itinerarium appellatur, quia ibi agitur de itinere, ideſt actione humani mũdi. l. de nobis in hoc mundo remanentibus. quid. ſ. facere debeamus. Io. de Fan. & Hu.*

c ¶ Exceptis.] *Impropria videtur hæc exceptio: quia aut excipitur à veris canonibus, aut à falſis. Non de falſis: qa nullus ex illis obſeruatur. Item non de veris: quia nullus eorum eſt apocryphus. Vel dic, ꝙ hoc nomen, canones, ſumitur large, tam pro veris, quàm pro falſis canonibus, vt ponitur infra 32. diſt. §. verum.*

2 *Vt Goffredus.*

f ¶ Præponimus.] *Argumen. quòd illi qui ſunt maioris auctoritatis, debent habere priorem vocem in electione. 19. diſtinctio. in canonicis 3. vnde licèt Ancyrana ſynodus fuerit prior Nicæna, tamen propter maiorem auctoritatem Nicæna præponitur, vt infra ead. diſtinct. cap. ſexta. ibi. [Prima adnotatio, &c.] argum. extra de reſcript. ab excommunicato.*

3 *Ad idem ff. de pact. l. maiorẽ. Archid.*

SExtam.] Sed dubitatur.

CASVS. Probat Gratianus, ꝙ sexta synodus canones fecit. & hoc probat per seq. cap.

a ¶ Sextæ synodi.] falsa est littera. & debet ibi esse septimæ synodi. qualiter. n. dubitaret sexta synodus de eo quod ipsa fecerat.

Habeo.] CASVS Dicitur in hoc cap. ꝙ sexta synodus canones fecit, q̃ congregata fuit sub Constantino imperatore, reprobãs perfidiam hæreticorum quorũdam dicẽtium, Christum fuisse tãtũ operatum sed in opa humanitatis, vt comedere & ambulare: alia vero virtutis opera. vt resuscitare mortuos, & ambulare super aquas, phantastica fuerunt, & non vera. & hoc in prima parte, in secũda parte q̃ incipit ibi,] Et soluta.] dicit, ꝙ hæc sexta synodus fuit postea cõgregata sub Iustiniano filio Constantini: in qua ijdẽ plures eosdem canones condiderunt, q̃ primo fuerant conditi in eadem sexta synodo. In tertia parte quæ incipit ibi, [Eadem. sancta.] repetit fere, quæ dicta erãt in secũda parte.

¶ Casus §. Planus est.

b Voluntatem.] Quidam dicebant tantũ vnam fuisse voluntatem in Christo. Sed dicẽdum est, ꝙ duæ fuerunt voluntates in eo, ꝙ homo fuit, una sensualitatis, secundum quam ipse dixit: Pater si fieri potest trãseat à me, &c. alia rationis, secundum quam ipse dixit: uerum tamen non sicut ego uolo: sed sicut tu vis.

c ¶ Constantini.] Nõ illius magni Cõstantini, qui fuit tempore Siluestri: sub eo. n. fuit Nicænum concilium tempore Siluestri.

atque diuersorum conciliorum breuiarium interpolatur sequens ordinem suum.

α ¶ Epistola.] *Hæc epistola ab Iuone vocatur prafatio in opus canonum, & est ea, qua Isidori nomine est praposita tomis concilio rum, licet in vetustiore editione, in qua purior est Isidori collectio nonnulla verba desiderentur. Est autem confectum hoc caput ex duobus locis illius prefationis. Nam verba illa,* Propter eorum auctoritatem, &c. *usque ad uer.* constitutiones, *non longe absunt ab initio. Reliqua uero sunt in extremo.*

β ¶ Isidorus seruus.] *In pãnormia est eodem modo atque apud Gratianum. Apud Iuonem, & in manuscriptis collectionis illius codicibus est,* Isidorus Mercator seruus Christi cõseruo suo, & parenti fidei † in Domino salutem *In vulgatis autem conciliorum editionibus,* Isidorus peccator, seruus, &c.

† al. *fideli,*

Item cum Hadrianus Papa sextam synodum recipiat cum omnibus canonibus suis, cum etiam sancta octo vniuersalia concilia professione Romani Pontificis sint roborata in sexta † autem synodo siue in septimo concilio Apostolorum canones sint recepti & approbati: patet, quòd non sunt inter apocrypha deputandi: Vnde scribit Hadrianus Papa Tharasio Patriarchæ.

† al. *septima synodo, siue concilio.*] al *sexta synodo siue in sexto cõcilio.*

¶ Sexta synodus auctoritate Hadriani corroboratur. Cap. V.

Iuo p. 4. c. 121.

SExtam a synodum sanctam recipio cum omnibus canonibus suis.

a ¶ Sextam.] *Hoc habetur in secunda actione septimæ synodi in epistola Hadriani ad Tharasium. Sed eo in loco Hadrianus refert uerba synodicæ epistolæ à Tharasio ad se missæ. Et hic Gratianus non refert, propriè eius epistolæ uerba* In uersione. n. *Anastasij bibliothecarij sic legitur,* Inuenimus autẽ in prædicta synodica epistola sanctitatis vestræ, post plenitudinem fidei, & cõfessionem sacri symboli, & omnium sanctarum sex synodorũ, & de sacris venerabilibus characteribus miraculum laude ac veneratione dignissimum cõtineri. Quare & easdem sanctas sex synodos suscipio cum omnibus regulis, quę iure, ac diuinitus ab ipsis promulgatę sunt. Et *hæc quidem postrema uerba sunt etiam in illa ipsa Tharasij epistola, quod ex concilio Græco, & noua interpretatione clarè apparet.*

Sed dubitatur de ea, an canones conscripserit: quod ex quarta actione sexta β *synodi facile absoluitur.*

β Sextę.] *In secundo & xij. Vaticanis, est,* sextæ alias septimę, *& uere septima est, sed obgłosam nihil est mutatum.*

Ait enim Petrus episcopus Nicomediæ.

Sexta synodus canones conscripsit. Cap. VI.

Ex actione quarta septimæ synodi. Iuo. p. 4. c. 121.

HAbeo librum a continentem canones sanctæ sextæ synodi. Patriarcha dixit: ¶ Quidam scandalizantur per ignorantiam ꝙ canonibus illis, dicẽtes; nunqd sexta synodus canones fecit? Sciant ergo, qñ sancta synodus sexta sub Constantino congregata est, contra eos, q̃ dicebant vnam operationẽ, & vnã voluntatẽ b esse in Christo: in qua sancti Patres illos, vt hæreticos anathematizauerunt, & orthodoxam fidem explanauerunt. a ¶ Et soluta synodus est Constantini c xiij. anno. Post quatuor vero,

y Tu die, ꝙ in c. sextam synodum. facit mentionẽ de sexta synodo congregata, quę debet septima dici: sed ꝙ eos patres, qui in vtraque fuerunt, non mutat nomen, & per hoc patet, ꝙ illa littera, primę, &c. est falsa, & illa sextę est vera, secundum Io. de Fant. Arch.

b Voluntates duæ fuerunt in Christo.

Digitized by Google

aut quinquè annos ijdem sancti Patres congregati sunt sub Iustiniano [a] filio Constantini, & prædictos canones promulgauerunt: de quibus nullus dubitet. Qui enim sub Constantino in synodo fuerunt, ijdem ipsi episcopi sub Iustiniano istis canonibus subscripserunt. Oportebat enim vt synodus vniuersalis canones ecclesiasticos promulgaret. *Item.* ¶Sancta sexta synodus post promulgatam ab ea definitionem contra Monothelitas, Constantino Imperatore, qui eam congregauerat, non multo post defuncto, & Iustiniano eius filio regnante pro co. ¶Eadem [b] sancta Synodus diuinitus inspirata, iterum Constantinopoli quarto, aut quinto anno congregata est, & canones numero cij. ad correctionem ecclesiæ promulgauit.

Ex sexta actione septimæ synodi.

a ¶Habeo librum] *Verba sunt Petri episcopi Nicomediæ, ac Tharasij Patriarchæ Constantinopolitani actione quarta septimæ synodi: quæ quidem ipsi decentum, ac duobus canonibus dixerunt, qui in Trullo tempore Iustiniani Rhinotmeti secundo anno suæ reuocationis ad Imperium, editi sunt. Verum ex his ipsis verbis Tharasij apparet, eos canones non esse proprios sextæ synodi; quia fatetur post annos quatuor, aut quinque, quàm ea synodus fuerat absoluta, canones illos fuisse editos; quo tempore certissimum est neque eundè Romanum Pontificem, neque eosdem episcopos fuisse. Quamquàm in hac ratione temporis potius credendum est diligentissimis chronologis, Theophani, (cuius etiam verba quæ ad hunc locum pertinent ex originali Græco; quod in bibliotheca Vaticana extat, satis fideliter translata leguntur apud Franciscum Turrianum libro 6. 7. & octaua synodo) & Anastasio, & Georgio Cedreno, quam Tharasio. Illi enim non quatuor, aut quinque, vt Tharasius, sed viginti septem annos, a fine sextæ synodi tempore Agathonis habita, vsque ad hanc huiusmodi Decretorum editionem asserunt intercessisse. Episcopos vero, qui hos ediderunt, noluisse ipsos edere tanquam canones sextæ synodi, sed voluisse supplere, quod videbatur in quinta, ac sexta synodo deesse, ipsamet illorum ad Imperatorem allocutio testatur. Itaque noua dicenda est hæc episcoporum ratio, ideoque Græci illam, vt scribit Balsamon πενθέκτην, ideſt quintam sextam synodum appellant. Caterum non fuisse omnes illos canones a Romana ecclesia receptos, duo viri rerum ecclesiasticarũ peritissimi, Anastasius Bibliothecarius, & Humbertus Leonis ix. Legatus aperte testantur Humbertus quidem his verbis*; Non autẽ miror, & Agathoni Papæ, & sanctis Patribus sextę synodi uestra imputetis deliramenta, & quę aut corrupistis, aut finxistis capitula: cum & ipsi Domino Iesu, & Apostolis eius imputetis figmenta. *Vnde nos* scientes sextam synodum ad destruendam hæresim Græcorum Monothelitarum, non autem ad tradendum Romanis nouas constitutiones congregatam, capitula, quę nobis sub eius auctoritate apponitis, omnino refutamus; quia prima & Apostolica sedes nec aliquando ea accepit, nec obseruat hactenus. *Anastasius vero in præfatione in septimam synodum ad Ioannem viij Romanum Pontificem ita scripsit*: Ergo regulas, quę Græci in sexta synodo perhibent editas, ita in hac septima synodo principalis sedes admittit, ut nullatenus ex his illę recipiantur, quę prioribus canonibus, uel decretis sanctorum sedis huius Pontificum, aut certe bonis moribus inueniuntur aduersę. quamuis omnes hactenus ex toto maneant apud Latinos incognitę, quia nec interpretatę. Sed nec in cęterarum Patriarchalium sedium, licet Græca utantur lingua, reperiũtur in archiuijs: minimum, quia nulla earum, cum ederentur, aut promulgans, aut consentiens, aut saltem prǫsens inuenta est. Quamquam eosdem Patres illas Græci promulgasse perhibeant, qui in sexta synodo sunt inuenti: sed nullis certis probare possunt indicijs.

Insti. de do. §. est & aliud Insti qui. non est pot ta te. § fec'. ubi Iustinianus uocat patrem suum Iustinum. Sed loquitur hic de alio Iustiniano, sub quo sexta synodus celebrata fuit tempore Agathonis Papæ, vt inf. ea cap. sexta. Sub Iustiniano autem, cuius leges leguntur, celebrata est quinta synodus, ut inf. eo. c sexta.

a ¶Sub Iustiniano.] Sed certe nec sic cessat cõtrarietas: quia tã Leo quàm synodus loquitur de cap. Tu distingue tempora, & concordabis scripturas. 2. q. 1. multi.

b ¶Eadem.] Not. quod eadem dicitur synodus, quia ijdẽ patres illuc conuenerunt. simile 7 q. 1. deinde & ff. de iud. proponebatur. Et est hic argum. quod eadem sit causa 1 appellationis, cũ causa principali. 2. q. 6. si quis in quacumque.

c QVoniam sanctæ.] CASVS.

1 Idẽ Spec. & Io. Andr. in tit. de iuram. calum. §. sequitur versi. quod de causa & plene p Cy. & Salic. in l. i nullus C. de procu. & per Alex. de Imol. in l. ita demum. col 3. eo. tit.

Ex his ergo colligitur, quòd sexta synodus bis congregata est, primo sub Constantino, & nullos canones constituit: secundo sub Iustiniano filio eius, & præfatos canones promulgauit.

Vnde sancti Patres in eadem synodo secundo congregati dixerunt.

¶Constitutiones synodi sextæ. Cap. VIII.

QVoniam [a] sanctæ [c], & vniuersales synodi, quinta sub Iustiniano Augusto, sexta sub Constantino patre tuo Augusto, de mysterio [β] fidei plenissime disputãtes, canone¶ nó fecerũt, sicut cæterę quatuor vniuersales

Dicitur in hoc cap. quòd quinta, & ſexta ſynodus non ita plenè canones fecerunt, ſicut cæteræ ſynodi, & ideo ſancti patres eiuſdē ſextæ ſynodi conuenerunt apud Conſtantinopolim, ut canones conderent in eadem ſexta ſynodo ſub Iuſtiniano congregata ſuper quo iam primo fuerant congregati, & dicitur quinta primo cōgregata ſub Iuſtiniano propter maiorem auctoritatem, quia in ea confirmati fuerunt canones facti ſub Conſtantino, quæ etiam ſexta fuit. Sequentia capitula plana ſunt vſque ad c. quod dicitis.

Iuo ſeptima uocat Iuo p. 4 c. 123.

In oratione allocutoria Patrū, q in Trullo conuenerant ad Iuſtinianū Imperatorē.

c 2. eius ſynodi.

ſup. ea. cap. placuit.

Iuo par. 4. c. 106.

Iuo par. 4. c. 134.

Pann. li. 2. c. 117.

a Sancta.] viij. hæc concilia dicuntur octo; quia octies ſunt celebrata, vt hic dicuntur, & quatuor locis celebrata, vt ſup. diſt. proxi ſicut.

b Sexta ſynodus, &c.

Sancta [a] viij. hæc concilia dicuntur octo; quia octies ſunt celebrata, vt hic dicuntur, & quatuor locis celebrata, vt ſup. diſt. proxi ſicut.

[b] Sexta ſynodus, &c. ſales ſynodi; propterea nos conuenientes in hanc imperialem vrbem, ſacros canones conſcripſimus. *Item*. ¶ Placuit huic ſanctæ ſynodo, vt amodo confirmata, & rata ſint canonum Apoſtolorum lxxxv. capitula. *Item*. ¶ Confirmamus γ & cæteros ſanctorum canones, & ſynodos, ideſt Nicænam, Ancyranam, Neocæſarienſem, Gangrenſem, Antiochenam, Laodicenſem, Conſtantinopolitanam, Epheſinam primam, Chalcedonenſem, Sardicenſem, & Carthaginienſem δ, & opuſcula Theophili Alexandrini epiſcopi, & Dionyſij [a] Alexādrini epiſcopi, & Petri Alexandrini epiſcopi & martyris, Gregorij Thaumaturgi Neocæſarienſis epiſcopi, Athanaſij epiſcopi Alexandrini, Baſilij Cæſareæ Cappadociæ epiſcopi, Gregorij Nyſſeni epiſcopi, Gregorij Theologi, Amphilochij Iconienſis epiſcopi, Timothæi Alexandrini epiſcopi, Gennadij † Conſtantinopolitani epiſcopi, Cyrilli Alexandrini epiſcopi, Cypriani Carthaginienſis epiſcopi, & ſynodum ζ ſuam.

† al. Germani.

a ¶Quoniam.] *Emendata ſunt multa in hoc capite ex canone ſecundo eorum, qui ſexta ſynodo tribuuntur, in quo indicantur concilia, & auctores canonum, quibus Graci vtebantur. Sunt autem uerba illius canonis apud Gratianum, & Iuonem in ſummam redacta.*

b ¶De myſterio.] Græcè eſt, τὸ περὶ τῆς πίστεως πατρικῶς διατεταγὰς ασαμυσήριον, ideſt fidei myſterium paterne declarantes.

γ ¶Confirmamus.] Iuo *habet*, confirmamus ſanctorum Patrum canones, & ſynodos, &c. *Græcè eſt*, ἐπισφραγίζομεν δὲ καὶ τὰς λοιπὰς πάντας ἱερὰς κανόνας τοὺς ὑπὸ τῶν ἁγίων, καὶ μακαρίων πατέρων ἡμῶν ἐκτεθέντας τουτέστιν τῶν ἐν νικαίᾳ συναθροισθέντων, &c. ideſt obſignando autem confirmamus & cæteros omnes ſacros canones, qui à Sanctis, & Beatis Patribus noſtris ſunt editi; ideſt ab ijs, qui Niceæ conuenerunt, &c.

δ ¶Carthaginienſem.) A*pud Iuonem ſequitur*, Conſtantinopolitanam ſuo Nectario, & opuſcula Theodoſij, al. Theophili, &c. *Græcè autem eſt*. καὶ τῶν ἁγίων ἐν τάυτῃ τῇ θεοφυλάκτῳ, καὶ βασιλίδι πόλει συνελθόντων ἐπὶ Νεκταρίου τοῦ τῆς βασιλίδος ταύτην πόλεως προέδρου, καὶ Θεοφίλου τοῦ γενομένου ἀλεξανδρείας ἀρχιεπισκόπου, *ideſt*, & eorum, qui rurſus in hac a Deo cuſtodita, & imperiali urbe conuenerunt ſub Nectario imperialis huius ciuitatis præſide, & Theophilo, qui Alexādriæ fuit archiepiſcopus.

ε ¶Et Dionyſij.) *In canone Græco vulgato fere eſt, quemadmodum antea apud* Gratianum, Dionyſij Alexandrini epiſcopi, & martyris. *Sed apud Balſamonem, & Iuonem legitur, quemadmodum reſtitutum eſt*, Dionyſij Archiepiſcopi Alexandrinorum megalopolis, & Petri Alexandriæ archiepiſcopi, & martyris. *Reliquas varietates per ſe accuratus lector notabit.*

ζ ¶Et ſynodum.) *In iſto canonis loco eſt error; quia illa ſynodus Cypriani reprobatur in, qua ipſe cum multis alijs Africæ epiſcopis putauit baptizatos ab hæreticis verum baptiſma non recepiſſe: cum tamen B. Auguſtinus aſſerat aliam extitiſſe traditionem Apoſtolorum, & ipſam Cypriani ſententiam plenario totius orbis concilio excluſam fuiſſe teſtetur.*

Item ex diurno [η] libro profeſſio Romani Pontificis.

¶Auctoritate Romani Pontificis ſancta octo concilia roborantur.
Cap. VIII.

Sancta [a] octo vniuerſalia concilia, ideſt, primum Nicænum, ſecundum Conſtantinopolitanum, tertium Epheſinum, quartum Chalcedonenſe, item V. Conſtantinopolitanum, & VI. Item Nicænum VII. Octauum quoque Conſtantinopolitanum vſque ad vnum apicem immutilata ſeruare, & pari honore, & veneratione digna habere, & quæ prædicauerunt & ſtatuerunt modis † omnibus ſequi, & prædicare; quæque condemnauerunt, ore & corde condemnare profiteor.

Iuo p. 4. cap. 132.

† al. *immimodis*] Iuo.

η ¶Item ex diurno.) *Integram profeſſionem fidei, quando quis in Romanum Pontificem promouebatur, refert Deus dedit Cardinalis in collectione canonū, quæ ſeruantur in bibliotheca Vaticana.*

Quo autem tempore ſexta ſynodus, & prima, ſecunda, tertia, quarta, & quinta congregatæ ſunt, Beda in libro de temporibus, cap. 65. ſcripſit, dicens.

Iuo cap. 4. 125. Pann. li. 2. c. 113.

¶De temporibus conciliorum. C. IX.

Sexta ſynodus [b] vniuerſalis Conſtantinopoli

Digitized by Google

poli celebràta est,& Græco sermone conscripta temporibus Papæ Agathonis, exequente:ac residente pijssimo principe Constantino intra palatium suum simulq; legatis Apostoli cæ sedis,& episcopis cl.residentibus. ¶Prima enim vniuersalis synodus in Nicæa congregata est contra Arrium cccxviij.Patrum,temporibus Iulij α Papæ sub Constantino principe. ¶Secunda in Constantinopoli cl.Patrum contra Macedonium, & Eudoxium temporibus Damasi Papæ, & Gratiani principis; quando Nectarius eidem vrbi est ordinatus episcopus. ¶Tertia in Epheso ducentorum Patrum contra Nestorium Augustæ vrbis episcopum sub Theodosio magno principe, & Papa Cœlestino. ¶Quarta in Calcedone Dcxxx.Patrum sub Leone Papa, temporibus Martiani principis contra Eutychem nefandissimorum præsulem monachorum. ¶Quinta item Constantinopoli temporibus Vigilij Papæ sub Iustiniano principe contra Theodorum,& omnes hæreticos.

Pann.l.2.ca. 111.

CAP. X.

α ¶Iulij.] *Certum est synodum Nicęnam primam celebratam esse tempore Siluestri.Sed in illa temporum obscuritate mirandum non est Bedam, & alios errasse.*

Prima β autem synodus in Nicæa cccxviij. Patrum contra Arrium Alexandrinum presbyterum,qui tres gradus in Trinitate asserebat, patrem scilicet maiorem, filium minorem,Spiritum sanctum creaturam temporibus Constantini principis,& Siluestri Papę Romani,Macharij Hierosolimitani, Alexandri γ Alexandrini, qui condemnata eadem hæresi statuerunt canones viginti; quorum auctor maximè præfatus † Alexander episcopus fuit. ¶Secunda in Constantinopoli contra Macedonium, Constantinopolitanum episcopum, qui negabat Spiritum sanctum Deum esse,temporibus Gratiani,& Theodosij principum,Damasi Papæ Romani, Cyrilli Hierosolymitani, [Nectarij ♣ † Constantinopolitani; qui condemnata præfata hæresi statuerunt canones tres:quorum maximè auctor Nectarius Constantinopolitanus fuit. ¶Tertia in Epheso ducentorum Patrum contra Nestorium Constantinopolitanum episcopum, qui dicebat beatam Virginem Mariam non Dei,sed hominis tantummodo genetricem, vt aliam personam carnis,aliam faceret deitatis,temporibus Theodosij principis † iunioris, Cœlestini Papæ Romani, Iuuenalis Constantinopolitani episcopi, Cyrilli episcopi Alexandrini: qui duodecim capitula contra Nestorij blasphemiarum totidem capitula auctore eodem sancto Cyrillo anathematizando conscripserunt. ¶Quarta in Chalcedone sexcentorum triginta Patrum, contra Eutychem Constantinopolitanum abbatem, qui asserebat Christum post humanam assumptionem non ex duabus naturis existere, sed solam in eo diuinam naturam permanere, temporibus Martiani principis, Leonis Papę Romani, Iuuenalis Hierosolymitani, Anatolij Constantinopolitani; qui condemnata præscripta hæresi statuerunt canones viginti septem: quorum auctor maxime idem sanctus Anatolius Constantinopolitanus episcopus fuit. ¶Quinta in Constantinopoli contra Theodorum Mopsuestenum, & omnes hæreticos; qui Theodorus dicebat aliud † esse Dei verbum, & aliud Christum, & sacram Virginem Mariam negabat Dei genitricem fuisse, temporibus Iustiniani principis, Vigilij Papę Romani, Domnini † Antiocheni, Eutychi? Constantinopolitani, qui quatuordecim capitula anathematizando scripserunt contra Theodori, & sociorum eius blasphemias. ¶Sexta in Constantinopoli cl.Patrum contra Macharium Antiochenum episcopum, & socios eius, qui vnam voluntatem, & operationem in Christo falsa suspitione asserebant, temporibus Constantini principis, Agathonis Papæ Romani, Georgij Constantinopolitani: qui condemnata hæresi præfata, anathematizando scripserunt nouem ε capitula inferius annexa.

† *Magni principis*] orig.

† *al. alium Deum esse verbum,& alium Christum.*

† *al. Domini.*

Anſ in prolegom.In principio collectionis conciliorum.

† *Sanctus Alexãder*) orig.

† *deest in*) orig.

β ¶Prima.] *Caput hoc inuenitur, & in recentioribus editionibus conciliorum, & in vetustiore Coloniensi Ann. MDXXX. & in manuscripta collectione,quam dictum est asseruari in bibliotheca Vaticana: sed non in collectione,quæ est in bibliotheca Monasterij Dominicanorum.Ponitur autem ante præfationem,qua nomen Isidori, mercatoris quidem in manuscriptis, peccatoris autem in impressis profert. Et sane in illa præfatione tantum quatuor generalium synodorum mentio fit; sexta vero post Isidori Hispalensis ætatem est habita.*

γ ¶Alexandri.] *Apud Anselmum est, vt apud Gratianum. In originali,* Alexandri Constantinopolitani. *Sed integra videtur lectio, si vtraque coniungatur. Nam, & episcopus Constantinopolis, & episcopus Alexandriæ, tempore illius synodi,*

PRima adnotatio.]

a ¶Maiorẽ.] Arg ℣ non qui prior eſt tẽpore prior eſt iure, ſed melior ꝓferẽdus eſt 1 quia no gradus elegantior, ſed vitæ melior actio cõprobat, vt 23.q.4. ſicut & 40.d.nõ loca.& c. multi.in fi.in Auth. de monachis.§.ordinatione honeſtioribus n.honores debẽtur, arg. ℣ 25.d.ca.1. in fi.& ff.de mune.& hono honores Arg. cõtra, C de off mag. officiorũ nemo agẽtium, & 41.d.mutamur.& arg.cõtra 65 d.c pen & vlt.vbi de hoc i fi &not.d hoc 67.dist.epi. Archid.

1 De hoc ẽt no.inf.74.d. cpõrum, & facit ad hoc quod dixiſu. co. qm̃ i ver. ſexta ibi videas. Arch.

a ¶Setulum ſunt hæc verba, ſcripſerunt nomen capitula inferius annexa, *quæ apud Anſelmum quoque habentur.*

ſynodi, Alexandri nomine vocantur.

♪ ¶Nectarij.) *Antea legebatur quemadmodum etiam apud Anſelmum*, Nectarij Alexandrini. *Emendatum eſt ex originali. Sed forteſſe, & hæc loco integra lectio hæc eſt*, Nectarij Conſtantinopolitani, & Timothei Alexandrini.

ß ¶Nouem.) *In loco citato ex collectione Iſidori legitur*, ſcripſerunt octo capitula, *& verba illa*, inferius annexa, *ibi non habentur. In concilijs deinde Colonia impreſſit poſt actionem ſexte ſynodi ex vetuſto codice monaſterij S. Benonis referuntur nouem capitula, & ante primum capitulum ſunt hæc verba*, ſcripſerunt nomen capitula inferius annexa, *quæ apud Anſelmum quoque habentur.*

CAP. XI.

Deus delit Cardinalis Anſelmus I proleg. Ante eadem Iſidori collectionem.

PRima α adnotatio Ancyranæ ſynodi, quæ ante Nicænam fertur fuiſſe, ſed propter auctoritatẽ maiorẽ [a] poſtponitur: in qua Patres xxviij. ſtatuerunt canones xxiiij. †quorum auctor maximè Vitalis Antiochenus eps. extitit. ¶Secunda Neocæſarienſis, quæ poſt Ancyranam, & ante Nicænam ß legitur fuiſſe, in qua Patres ſexdecim, ſtatuerunt canones xiiij. † quorum auctor maxime Vitalis epiſcopus Salaminius † extitit. ¶Tertia Gangrenſis, quæ poſt Nicænam legitur fuiſſe, in qua Patres xvj ſtatuerunt canones xx. propter quaſdam neceſſitates eccleſiaſticas: maxime contra Euſtathium, qui dicebat, quod nullus in coniugali ordine poſitus, nec vllus fidelis, qui non omnibus renunciaret quæ poſſideret, ſpem apud Dominum haberet: & multa alia venenoſa, quæ enumerare longum eſt. ¶Quarta Sardicenſis, in qua Patres ſexaginta ♪ ſtatuerunt canones xxj. quorum auctor maxime Oſius Cordubenſis epiſcopus, & Vincentius Capuanus epiſcopus, & Ianuarius ♪ Beneuentanus, & Calepodius Neapolitanus S. R. E. legati extiterunt. ¶Quinta Antiochena, in qua Patres xxix. † ſtatuerunt canones xxv. quorum maxime auctor Euſebius Paleſtinenſis epiſcopus extitit. ¶Sexta Leodicenſis, in qua Patres xxxii. ſtatuerunt lix. quorum auctor maxime Theodoſius epiſcopus extitit. ¶Septima Carthaginienſis, in qua Patres cccxii. † ſtatuerunt canones xxxiii. quorum auctor maxime Aurelius Carthaginienſis epiſcopus extitit. Etiam ſanctus Auguſtinus Hypponenſis epiſcopus in eadem ſynodo legitur fuiſſe, temporibus Honorii Auguſti. ¶Octaua Africana ſub Theodoſio minore Auguſto, in qua Patres cxvii. recitauerunt, & firmauerunt canones cv. qui per diuerſas concilia Africanæ prouinciæ temporibus Aurelii Carthaginienſis epiſcopi leguntur eſſe conſcripti. ¶Nona Arelatenſis, in qua Patres cc. ‖ ſtatuerunt canones quatuor: quorum auctores maxime Siluester vrbis Romæ epiſcopus, Sanctus Martinus Arelatenſis epiſcopus extiterunt temporibus Conſtantini Auguſti, ſicut quidam aſſerunt. ¶Decima item Arelatenſis, in qua Patres xix. ſtatuerunt canones: quorum auctor maxime Sanctus Cæſarius Arelatenſis epiſcopus extitit. ¶Vndecima itẽ Arelatenſis, in qua Patres xvi. ſtatuerunt canones. ¶Duodecima item Arelatenſis in Vico Hortenſii †, in qua Patres xi. ſtatuerunt canones: quorum maxime auctor ſanctus Cæſarius Arelatenſis epiſcopus extitit. Tertia decima item Arelatenſis, in qua Patres xix. ſtatuerunt canones; quorum auctor maxime Sarpidius † Arelatenſis epiſcopus extitit. ¶ Quartadecima Arauicenſis, in qua Patres xvi. † ſtatuerunt canones: quorum auctor maxime Hilarius epiſcopus extitit. ¶Quintadecima Epaunenſis ζ, in qua Patres xxvi. ſtatuerunt canones xxxix. quorum auctor maxime Cæſarius epiſcopus extitit. ¶Sextadecima Agathenſis, in qua Patres xxix. † ſtatuerunt canones: quorum auctor maxime Cæſarius epiſcopus extitit. ¶Septimadecima Aurelianenſis, in qua Patres lxxii. ſtatuerunt canones, quorum auctor maxime Aurelius Arelatenſis epiſcopus extitit, temporibus Clodouei Regis. ¶Octauadecima item Aurelianenſis, in qua Patres xxxi. ſtatuerunt canones: quorum auctor maxime Melanius Rhedoneus epiſcopus extitit. ¶Nonadecima item Aurelianenſis, in qua Patres xxx. ſtatuerunt canones; quorum auctor maxime ſanctus Albinus Andegauenſis epiſcopus extitit. ¶Vigeſima Ariuernenſis, in qua Patres xv. ſtatuerunt canones: quorum auctor maxime Honoratus Breutenſis † epiſcopus extitit. ¶Vigeſimaprima Maticenſis †, in qua Patres xxi. ſtatuerunt canones: quorum auctor maxime Priſcus Lugdunenſis epiſcopus extitit.

† *al.xxx.*

† *al.ccxvij.*

† *Abeſt numerus a col lectione ẽe Vaticana.*

† *al. Hortẽſico.*

† *al. Sapardus) al. Sapidius.*

† *al. xxvi.*

† *al. xxxiiij.*

Hactenus in collectione Iſidori impreſſa.

† *Brinatenſis) al. Bituricenſis.*

† *al. Maticenſis.*

¶ Vi-

Digitized by Google

Hactenus in collectione Iſidori Vaticana.

¶Vigeſimaſecunda item Maticenſis, in qua Patres lxxxvj. ſtatuerunt canones: quorum auctor maxime idem Priſcus Lugdunenſis epiſcopus extitit. ¶Vigeſimatertia Lugdunenſis, in qua Patres xviij. ſtatuerunt canones: quorũ auctor maxime Philippus Viennenſis epiſcopus extitit. ¶Vigeſimaquarta item Lugdunenſis, in qua patres xx. conſtituerunt canones: quorum auctor maxime idem Priſcus Lugdunenſis epiſcopus extitit.

α ¶Prima.] *Maior pars huius capitis, ideſt vſque ad finem verſiculi.* Nonadecima *habetur in collectione Iſidori impreſſa, ante prafationem ipſius Iſidori:* In Vaticana *autem vſque ad finem verſ.* Vigeſimaprima *Deus dedit, & Anſelmus integrum ante ſuas collectiones habent. Neque nero ſummula hac eiuſdem Iſidori eſſe poteſt: nam neque prafationi ipſius, neque collectioni reſpondet; in qua, vt cætera mittantur varietates, multa referuntur concilia Hiſpania, quorum hic nulla mentio.*

β Ante Nicænam.] *Sic eſt emendatum ex Anſelmo, & Deus dedit, & Vaticana collectione. Nam ante legebatur,* Antiochenam: *In collectione autẽ Iſidori impreſſa legitur quidem,* Nicænam, *ſed deeſt vox,* ante. *Sic autem legendum eſſe, quemadmodum eſt emendatum, oſtendunt verba, quæ ipſum Neocæſarienſe concilium antecedunt* οἵτινες δὲ εἰσὶ τῶν μὲν ἐν ἀγκύρᾳ, τῶν δὲ ἐν Νικαίᾳ πρόγονοί εἰσι, *ideſt,* qui canones poſteriores quidem Ancyranis, anteriores autem Nicænis ſunt, *quo loco in collectione Iſidori impreſſa mendoſè eſt:* Et hi quidem canones ſecundi ſunt eorum, qui in Ancyra, & Cæſarea expoſiti ſunt, *redũdat enim illud,* & Cæſarea: *quare in recentioribus editionibus conciliorum omiſſum eſt. Similis error eſt in codice canonum Moguntino.*

γ ¶Sexaginta.] *In codice canonum vl. epiſcopi reperiuntur ſubſcripſiſſe, ſed poſtea additur:* & cæteri, & ſubſcripſerunt omnes epiſcopi diuerſarum prouinciarum, uel ciuitatum, nu. cxxi. *Socrates lib. 2. ca. 16. In eo concilio ex occidentis partibus epiſcopos circiter ccc. conueniſſe dicit, ex orientis verò lxxvj qui etiam ſeceſſionem fecerunt. Idem Nicephorus lib 9. cap. 12. & Triparita Theodoritus autem lib. 2. c. 7. [illegible]cet ex antiquis narrationibus, epiſcopos. ccl. conueniſſe. Omnino & in his. & Patrum, & canonum numeris multa ſunt emendata. Sed in multis etiam ſatis viſum eſt indicare varietates; nonnulla autem lectoris diligentia ſunt reſeruata.*

δ ¶Et Ianuarius.] *Anſelmus hẽt vt Gratianus. In collectione indicata eſt,* & Vincentius Capuanus epiſcopus, & S. R. E. Legatus extiterunt. *In concilio ipſo cap. 18. nominatur Ianuarius epũs. In ſubſcriptione uero in codice canonum, non nominatur, ſed tantum Vincentius Capuanus S. R. E. Legatus, & Calipodius Depolitanus legatus S. R. E.*

ε ¶Septima.] *Hic numeratur tantummodo unica ſynodus Carthaginiẽſis, qua habetur in codice canonum, de qua inferius xx. diſtin. c. de libellis. dicetur.*

ζ ¶Epaunenſis.] *Ita emendatum eſt ex aliquot manuſcriptis, & collectione Iſidori Vaticana; Nam antea legebatur.* Empanenſis. *Verumtamẽ in concilio Epaunenſi impreſſo nullus Cæſarius nominatur; ſed Auiti primum eſt mẽtio.*

η ¶Septimadecima.] *Hic numerantur tria concilia Aurelianenſia, quorum hac in concilijs impreſſis indicia inueniuntur. In quinto Aurelianenſi, ſubſcribit primo loco Aurelius Arelatenſis. In primo inter alios legitur nomen Melanij Rhedonenſis. In tertio ſubſcribit quarto loco Albinus epiſcopus Andegauenſis.*

a ¶Eptuaginta.] Sed contra 21. diſt. in nouo 68. diſt. chorie piſcopi. ibi. n. dicitur, q̃ diſcipuli fuerunt lxxij ſecundum Hug. Dic, q̃ minor numerus nõ excludit maiorem. ar. 10. q. 1. hanc. ſic no. ſup 15 diſtin. cap. 1. ver hatum.

Sed quòd Nicæna ſynodus xx. canones ſu prælatuiſſe dicitur, contrarium videtur ei, quod in epiſtola Athanaſij inuenitur.

Scribit enim Athanaſius Alexandrinus epiſcopus Marco Papæ ita dicens.

In epiſtola Athanaſii. & vn iuniorum Aegypti epõrum ad Marcum Papam: ſed copioſius, quam hic. Iuo par. 4. c. 108. Pann. li. 2. c. 106. Anſel. l 1. c. 59. Polyc. lib. 3. tit. 20. Ibidem pau lo ſuperius.

† *Patribus*] orig.

¶Epiſtola Athanaſij poſtulantis capitula Nicæni concilij. Cap. XII.

SEptuaginta θ [a] Nicæni concilij capitula, quæ de prafata ſynodo, iubente domino meo Alexandro, decreto omnium epiſcoporum attuli, quæ ſunt igne combuſta, optamus, vt à veſtrę ſanctæ ſedis auctoritate percipere per præſentes legatos mereamur.

Item. ¶Præſentibus nobis octoginta capitula inmemorata ſynodo tractata ſunt; quadraginta à Græcis, græca edita lingua, & quadraginta à Latinis ſimiliter latina edita lingua. Sed viſum eſt ccclxviij. epiſcop:s† Spiritu ſancto repletis, & maxime iam dicto Alexandro, & Apoſtolicæ ſedis Apocryſarijs, vt decem capitula adunarentur alijs, atque congruis locis infererentur, & ad formam lxx. diſcipulorum, vel totius orbis terrę linguarum, & ſeptuaginta tanti & tam excellentis concilij fierent capitula; quæ omnem Chriſtianorum informarent orbem.

θ ¶Septuaginta.] *Ex his Athanaſij verbis conſtat, non omnes Nicæna ſynodi canones aut græcè, aut latinè nunc haberi; Et Iulius Papa ad orientales, & Innocentius Victricio, & alij, multos ex illa canones citant, qui non ſunt in his viginti, qui in manibus omnium verſantur. De quare ſcribit Iſidorus in prafatione conciliorum temis inſerta. Et ex epiſtola quadam Gregorij decimi ad*

Regem

Digitized by Google

Regē Armeniorum, cum concilium Lugdunēse indixisset, (quam manuscriptā habet Cardinalis Sirletus) intelligitur integrum Nicænum concilium in lingua Armeniorum eo tempore extitisse. Sic enim scribit: Quia uerò multipliciter expedit, ut in eiusdem celebratione concilij, antiquorum conciliorum copiam habeamus, celsitudinem regiam rogamus, & hortamur attente: quatenus integrum Nicænum concilium, & alia concilia, quæ habere diceris in Armenica litera, cum aliquibus peritis interpretibus, nobis cum ea qua poteris celeritate transmittas. *Tuneti quoque & Alexandriæ inuenti sunt octoginta canones Arabicè scripti sub nomine huius cōcilij, qui Romæ in Arabica & Armenica lingua scripti penes eundem Cardinalem Sirletum sunt, & nuper etiam in latinā linguam conuersi sunt, & impressi.*

Quomodo ergo viginti tantum capitula in Nicæna synodo statuta dicuntur, cum septuaginta capitula (vt Athanasius scribit) in ea statuta monstrentur? ¶ His ita respondetur: Capitulorum Nicænæ synodi quædam in desuetudinem abierunt: viginti tantum in Romana ecclesia habentur.

Vnde Stephanus Papa scribit dicens Luythobio Archiepiscopo Moguntino.

¶Nicæni concilij viginti tantum capitula habentur. Cap. XIII.

VIginti [a] tantum capitula Nicæni synodi in sancta Romana ecclesia habentur, sed quo neglectu alia defecerint, ambiguum est. Plurimi arbitrantur ea Antiocheno concilio esse inserta. Iuo p 4 c 232. Pann. li. 2. c. 107.

¶ *Apud Iuonem parte quarta, ca. 232. habetur magis integrum hoc caput:* Capitula Nicæni concilij testimonio Athanasij septuaginta, in figuram septuaginta discipulorum scripta non dubitamus, e quibus viginti tantum in ecclesia sancta Romana, & quæ sequuntur.

Sardicense quoque concilium auctoritate Nicolai Papæ recipitur.

Vnde idem scribit clero † Constantinopolitano.

¶Auctoritate Apostolica Sardicense concilium recipitur. Cap. XIIII.

QVod dicitis neq; Sardicense concilium, neque decreta † alia uos habere sanctorum Pontificum, nō facilè nobis facultas credendi tribuitur maxime cū Sardicense concilium, quod penes vos in vestris regionibus [b] actum est, & omnis ecclesia recipit, qua ratione cōuenerit †, vt hoc sancta Constantinopolitana ecclesia abijceret; &, vt dignum est, non retineret?

Habetur in epistola 6. quæ prima ad Photium est. Iuo p 4 c. 235. Pann. l. 2. c. 117. ver. Quod dicitis. † *al. conuenerat.* † *decretalia vos.*

DISTINCTIO XVII.

GEneralia concilia, [c] quorum tempore celebrata sint, vel quorum auctoritate cæteris præemineāt, sanctorum auctoritatibus supra monstratum est. Auctoritas vero congregandorum conciliorum penes Apostolicam sedem est.

a ¶ Viginti.] à Sardicensi.

QVod dicitis.] CASVS. Clerici Constantinopolitani dicebant se non habere statuta cōcilij Sardicensis, vel sanctorum Patrū, nō recipere: sed Papa redarguit eos dicens, non esse facile credēdum eos nō habere statuta illa, cum publicè penes eos facta fuerint, & cum tota ecclesia ea recipiat, Constātinopolitana ea recipere debet.

b ¶ Regionibus.] Hic est duplex arg. vnum tale: ex quo oēs alij hoc faciunt ergo, & tu obseruabis hoc, vt no. s. 12. d. illud. & c. quemadmodū. Itē argu. quod nulli licet ignorare ea, q̄ publicè facta sunt. 12. q. 2. qui & humanis 8. q. 1. licet. 11. q. 3. curæ 20. dist. si decreta. 87. dist. c. vlt. 33. q. 1. paratus. ff. de institoria ac. sed & si. § præscribere. C. de lib. cau. si filia extra de postu. præl. ad hanc 1 argu. contra. 82. dist. proposuisti. & 1 q. 1 si qui à simoniacis. & 24. q. 1. si quis dederit primū regulare, fm casuale pp casum ignorantis extra qui. ma ac. poss. cum in tua.

Facta publica debet ab omnib. sciri.

1 Ibi de hoc & extra. de constit. cognoscentes in gl. vlt.

GEneralia. Hęc dist. diuidit in tres partes. In quarū prima magister intēdit ꝓbare, ꝙ nullū robur hēt cōcilium gñale sine licentia Papæ celebratū. Secūda: ibi, [Quapropter.] Tertia ibi, [Hinc etiā.] CASVS. Supra dist. 15. c. 1. & 16. c. sexto. ostēsum est quo tpe generalia concilia celebrata fuerunt, & quorū auctoritate cęteris p̄eminebāt est similiter ostensum. In hac uero 17. d ostēdit, ꝙ tm̄ auctoritate sedis Apostolicę possunt congregari, & hoc ꝓbat p c. seq. [Generalia.]

c ¶ Concilia.] In hac 17. dist.

Digitized by Google

17.distin. ostenditur qui possunt facere concilia. Sunt autem conciliorum quædam vniuersalia, quædã particularia, siue prouincialia, quædam epalia. Vniuersale est quod a Papa, vel eius Legato cum omnibus episcopis statuitur 1. particulare, siue prouinciale est, quod Metropo-

1 Vniuersale.n. cõcilii sine auctoritate Papæ, vel eius legati celebrari non potest. inf.c.1.& 2. su.d.3.§.porro,Archid.

Vnde Marcellus Papa scribit Maxentio a.

a ¶Maxentio.] *Antea legebatur,* Maxentio Episcopo, *In tomis autem conciliorum in Epistola inscriptione est, ad* Mauentium tyrannum. *sed in principio Epistolæ ipsius est,* Marcellus Maxentio. *quæ lectio visa est retinenda.*

¶Absque Romani Pontificis auctoritate synodus congregari non debet. Cap. I.

Anſ.l.2.c.60. Iuo p.4.c.240. Poly.l.1,c.al.tit.13.

SYnodum [d] episcoporum absque huius sanctæ sedis auctoritate,(quamquam quosdam episcopos possitis cõgregare [b]) non potestis regulariter facere. Neq; β vllum episcopum, qui ad hanc appellauerit. Apostolicam sedẽ, damnare; antequam hinc sententia definitiua procedat. Nam si sæculares in publicis iudicijs libellis vtũtur appellatorijs, quanto magis sacerdotib. hæc eadem agere licet, qui sup illos sunt. De quib. dictũ est, [Ego dixi, Dij estis.]

Psal.81.

β ¶Neque vllum episcopum.] *Hæc vsque ad finem non habentur in aliquot manuscriptis Gratiani exemplaribus.*

Item Iulius Papa prius, in rescripto contra orientales pro Athanasio,c.29.

¶Non est ratum concilium, quod auctoritate Romanæ Ecclesiæ fultum non fuerit. Cap. II.

Anſ.l.2.c.47. Poly.l.1.c.13. † *al.legatio.*

REgula vestra nullas habet vires, nec habere poterit: quoniam nec ab orthodoxis episcopis hoc cõciliũ actum est, nec Romanæ Ecclesiæ legatus † [c] interfuit; canonibus præcipientibus, sine eius auctoritate concilia fieri non debere. Nec vllum ratum est [d], aut vnquam concilium, quod non fultum fuerit eius auctoritate.

Item Damasus Papa I. ad Stephanum, epist.3.

¶Nullus vsurpet concessa Romanæ Ecclesiæ. Cap. III.

Anſ.l.1.c.55; Poly.l.1.c.17. *sancta.*

HVic soli † sedi concessa [e] nullus vsurpare sine eius consultu præsumat, qui non vult honore ecclesiastico indignus, vel contemptor, iudicari.

† *al. Pelagius Papa Valeriano Patritio.*

Item Gregorius. † a

¶Absque Apostolicæ sedis auctoritate synodum particularem contra vniuersalem aliquibus congregare non licet. Cap. IV.

Iuo p.4.c.239. Anſ.l.12.c.43. Poly.l.1.c.14.

NEc licuit alicui aliquãdo, nec licebit, particularem [f] synodum ad condendum canones congregare: sed Marcellus dicit, quod non potest sine licentia Papæ, quamuis possit particularem synodum facere.

a ¶Synodum.] Scilicet generalem.

ADDITIO. Vel etiam prouincialem ad aliquid generaliter statuendum. Archid.

b ¶Cõgregare.] Cũ conueniunt epi ad examinandum cãm criminalem alicuius clerici in sacris, & secũdum hoc est arg. quod talis congregatio episcoporum nõ dicitur synodus generalis.

REgula.]CASVS Orientales epi sancti hæretici multas fecerunt facto concilio cõstitutiones; cui concilio, nec Papa, nec eius legatus iter fuit Et iõ Iulius Papa dicit illud nullas vires habere, vel qd in eo est statutum, & hoc ꝓbat auctoritate canonum dicentium, cõcilium sine auctoritate sed. Ap. fieri non debere.

CASVS.seq.cap.patet,

c ¶Legatus. Ad hoc spãliter destinatus: aliàs nõ posset legatus facere concilũ, vt not.sup. dist.3.c. regula.§.porro.& extra de off. leg quod translationem.

d ¶Ratũ est.] Argu ꝙ id, quod nullũ est non potest ratũ haberi, vt not.9. q.2.c. nullius alterius. ext. de elect.auditis.

Papæ soli cõpetens.generali mãdato non transfertur.

e HVic soli sedi cõcessa.] Hic expresse hẽ, ꝙ illud ꝙ soli Papę cõpetit, nõ transfertur gñali mandato: nisi specialiter mandet, vt ext. de offic. legat. quod translationem, quæ autem illa sint, dixi. 22.dist.præceptis, & alia habes extra, de off.leg.quod translationem.

tropolitanus, vel primas facit cum suffraganeis suis, vt 18.d.c.1.93.d.si quis epũs. Sed vniuersale non debet fieri sine auctoritate Papæ, vt hic, nec particulare sine auctoritate Metropolitani, vel primatis, nec epale sine auctoritate epi: Merropolitanus tñ potest facere concilium sine auctoritate primatis, vt 92.d si quis epũs: similiter epũs sine auctoritate Metropolitani. vt 38 d.quãdo. 12.q.2.placuit. Nec ob.quod legitur int.d.proxi.c. propter. in fi.& c pen. quia illud est intelligendum de prouincialibus conciliis, vel intellige illud de canonibus constituendis

SYnodum.] CASVS, Maxẽtius episcopus volebat ge-

NEc licuit.]CASVS.Celebrato concilio quinto apud Constãtinopolim, episcopi Venetiæ, Histriæ, & Liguriæ volentes recipere statuta illius concilij, conuenerunt ad examinandum, an illa statuta essent bona, vel mala, contra quos inuehitur Gregorius dicens, ꝙ si aliqua dubitatio emerserit de statutis in eo concilio, mittere debebant ad sedem Apostolicã. Si vero fuerint cõtumaces, ab ecclesia sunt coercendi, & si per ecclesiã non possunt, per sæcularem debent comprimi potestatem.

f ¶Particulatẽ.] Ad aliquid generaliter, statuendum 2, vel ad reuocandum illud, quod in vniuersalibus conciliis est statutum, vt isti episcopi, qui volebãt reuocare statuta

2 Vel dic, ꝙ particulare dicit, ꝙ per illos, qui patẽ faciunt, scilicet hæreticos, quib. nullo modo licet concilia celebrare, secũdum Laur.

Statuta vniuersalis concilij per quē possit interpretari.

statuta Cōstantinopolitanæ synodi, videtur hic, q̄ ad eorum Papam spectat interpretari statuta vniuersalis concilij, vt extra de concess. præb. & eccle. non vacan. dilectus, Arg. cōtra, q̄ ab oībus episcopus, vel a seniori parte eorum, qui interfuerunt, pōt fieri interpretatio, quia ab eo iudice prodire debet interpretatio. qui ius statuit. extra de sentēt excom. inter. de iud. cum venissent.

a ¶Ad recipiendā.] Eo ipso, q̄ qs erret, non dicitur hæreticus, si paratus ē corrigi, vt 24.q. 1. hæc est fides. Sed si dubitat de fide, hęreticus dicitur, vt extra de hære. c. 1.

Laici vtrum possint aliquando clericos punire. Hic videas quod legit, & notat 17. q. 4. de presbyterorum. Archid.

b ¶Per sæculares.] Possunt ergo laici coercere & clericos & non depositos in casib. vt not. 23. q. 5. principes. aliàs autē etiam depositū non potest laicus punire: nisi incorrigibilis sit, vt extra de iud. cum nō ab homine nunquā n. clericus quantumcunq; sit criminosus, tradendus est curiæ sæculari, dum modo possit corrigi per ecclesiasticā potestatē, vt 81. dist. dictū, extra de iud. at si clerici, nisi i crimine falsi literatū apostolicarum, vt extra de crim. fal. ad falsariorum. Item habes hic, q̄ vbicunq; deficit ecclesiastica potestas, semper recurritur ad brachiū sæculare, 11. q. 1. petimus, & 23 q. 5. de Laicis.

ADDITIO. Ad idē ead. q. administratores.

Mvltis.] CASVS. Hoc capitulū diuidit in duas partes. In prima parte dī, q̄ Constantinopolitani epi celebrauerūt cōciliū ad vocationem Ioānis, q̄ tunc erat patriarcha, qđ factum fuit absq; sedis Apostolicę licētia quare Papa cōciliū illud euacuat, & cassat, & qđqđ in eo fuit cōstitutu, & prohibet ne de cætero talia fiāt. In 2. parte, quæ incipit ibi, [Si vero] dicitur, quod si episcopi ceperūt super aliquo discrepare negotio, referatur quæstio ad sedem Archiepiscopi, vel patriarchæ, & si ibi non potest terminari, referuetur ad synodum episcoporum, difficiliores vero quæstiones ad sedem Apostolicam reseruantur.

c ¶Hortatu.] Arg. q̄ auctoritas superioris non excusat, vt 12. q. cunq; militu arg. contra 12. q. 2. de reb. 63. dist. Salo-

synodum β congregare: sed quoties aliqua de vniuersali synodo aliquibus dubitatio nascitur, ad recipiendum[a] de eo, quod non intelligunt, rationem, aut sponte ij, qui salutem animæ suæ desiderant, ad Apostolicam †sedem pro recipienda † ratione conueniant: aut si forte (sicut de talibus † scriptum est; [Peccator cum venerit in profundum malorum, contemnit]) ita obstinati, & contumaces extiterint, vt doceri non velint; eos ab eisdem Apostolicis sedibus aut attrahi ad salutem quoquomodo necesse est, aut (ne aliorum perditio esse possint) secundum canones per sæculares[b] comprimi † potestates.

†*Apostolicas sedes*] Iuo. Prou. 18.
† *al per cipienda.*
† *al. quibusdam.*
† *al. opprimi.*

a ¶Gregorius.] *Hoc proculdubio est Pelagij, sicut ab Anselmo, & Iuone citatur. Sunt autem apud Gratianum multa capita ex Pelagio huius argumenti, ad Apostolicā sedē recurrendum esse, cum aliqua vniuersali synodo esset constitutum, & valde illos condemnandos, qui Apostolicis sedibus non communicant, vt 23. q. 5. c. non vos, &c. de Liguribus Ex hoc autem capite nec licuit, & capite, illud 11. q. 1. habetur in integra epistola Pelagij, quemadmodum ab Anselmo refertur. Verum in Polycarpo citatur ex Gregorio, & in margine est additū*, ad episcopos Mauritianæ *Atq; in summarijs capitum dictatus ipsius Papæ, qui habetur lib. 2. Regesti Gregorii septimi; inter cætera hoc est*, quod nulla synodus absq; præcepto summi Pont. dēat generalis uocari

β ¶Synodum.] *Apud Anselmum, Iuonem, & in Polycarpo addūtur hæc*, ad iudicandum uniuersalem synodum. *Hoc n. est, q̄ prohibetur hic a Pelagio. Multi n. eo tempore aut ignorantia, aut animi peruersitate adducti, nolebant quintum concilium recipere, (Qua de re B. Gregorius, lib. 7. epist. 53. & alibi sæpe) & particularem synodum vniuersali, ac sedium Apostolicarum auctoritati præferebant. Itaque hoc capite non prohibet Pelagius, sine Gregorius, ne episcopi possint Diœcesanas, & Metropolita prouinciales synodos conuocare, sed ne ipsas ad iudicandum vniuersalem synodum congregent, atque ita est in rubrica emendatum.*

Item Pelagius 11. Episcopis, qui conuenerant ad illicitam vocationem Ioannis Constantinopolitani, Epist. 1. cap. 1.

¶Non est concilium, sed conuenticulum, quod sine sedis Apostolicæ auctoritate celebratur. Cap. V.

Mvltis denuo Apostolicis, & canonicis, atq; ecclesiasticis institutis imur regulis, non debere absq; sententia Romani Pontificis concilia celebrari. ¶Quapropter, vt iam dictum est, recte non concilium, sed vestrū cōuenticulum, vel conciliabulum cassatur, & quidquid eo actū est, irritum habetur, & vacuum. Vos quoq; deinceps videte, vt nullius hortatu[c] talia præsumatis, si Apostolicæ sedis communione carere non vultis. *& infra.* ¶Si vero.

Anſ. l. 2. c. 36. Poly. l. 1. c. 14.

Cap. 3.

2 Vbi de hoc & 16. dist. an putabis Arc.

Salonitanæ 2 Tu dic, quòd in leuibus excusat aliàs nō.

a ¶Ad

Digitized by Google

Appellatur de episcopis prouinciæ ad metropolitanum.

a ¶Ad maiorem.] Idest, ad metropolitanum & ita cum appellatur ab omnibus episcopis prouinciæ ad metropolitanum, videtur, quòd metropolitanus solus maior sit omnibus episcopis prouinciæ, quia de pari ad parem nō licet appellare. 2. q. 6. c. anteriorū. ver. illo videlicet Item

Concilia.] CASVS. Quidam episcopi singulis annis sine sede Apostolica concilia faciebant: quare Symmachus Papa ea cassat, cum non inueniatur aliquid constitutum sine auctoritate sedis apostolicæ, immo semper ei maiora negotia reseruantur.

in qualibet prouincia ortæ fuerint quæstiones, & inter ipsius prouinciæ episcopos discrepare cœperit ratio, atque inter ipsos dissidentes non conueniat; ad maiorem [a] tunc sedem referantur. Et si illic facile, & iuste nō discernuntur, vbi fuerit synodus regulariter congregata, canonice, & iuste iudicentur. Maiores [b] verò & difficiliores † quæstiones (vt sancta synodus statuit, & beata consuetudo exigit) ad sedem Apostolicam semper referantur.

† *al. difficiles.*

Item Symmachus Papa.

In lib. Enno. pro defensione 4. & 5. syn. sub Sym. Ansl. 2. c. 56. Polyc. l. 1. tit. 7.

¶Prouincialia concilia sine Romani Pontificis præsentia pondere carent. Cap. VI.

† *al. Legite.*

COncilia sacerdotum [c] ecclesiasticis legib. quotannis decreta per prouincias, quia præsentiam Papæ non habent, valitudinem perdiderunt [a] [d] Legistis † insanissimi, aliquādo in illis præter Apostolici apicis sanctionem aliquid constitutum; & non de maiorib. negotiis ad consultationem †, quid occurrerit, præfatæ sedis arbitrio fuisse seruatum?

† *collationē*] orig.

a ¶Perdiderunt.] *Hic in libello Ennodij in recentioribus editionibus est nota interrogationis. Sunt enim verba inimicorum Symmachi hoc tanquam absurdum quidpiam obij cientium. Quibus Ennodius in sequentibus verbis respondet,* Legite, &c.

2 [*Hinc etiam cum auctoritas Theodorici regis ex diuersis prouincijs ad vrbem Romam sacerdotes conuenire præcepisset* [e], *vt sanctum concilium iudicaret de ys, quæ venerabili Papæ Symmacho præsuli Apostolicæ sedis ab aduersarijs ipsius dicebantur impingi, Liguriæ, & Aemiliæ, seu Venetiarum episcopi suggesserunt ipsū, qui dicebatur, impetitus debere synodum conuocare, sciētes, quia eius sedi primum Petri Apostoli meritū, deinde secuta iussione † Domini* [f], *conciliorum venerandorū auctoritas singularem in ecclesiis tradidit potestatem, nec antedictæ sedis antistitem minorū subiacuisse iudicio.*] *& infra.* [¶*Ad hæc serenissimus Rex, Deo adspirante respondit synodalis esse arbitrij in tanto negotio sequenda præscribere, nec aliquid ad se præter reuerentiam* [g] *de ecclesiasticis negotiis pertinere, committens etiam potestati Pontificum, vt sine proposito vellent audire, ne-*

Verba oīa sumpta sunt ex quarta synodo Romana sub Symmamacho.

† *iussionem.*] Vatic. eod. & Nicolaus ad Michaelem Impe. pag. 501.

c ¶Sacerdotum.] Idest episcoporum.

d ¶ Perdiderunt.] Not. ꝙ aliquis dicit perdere quod nunquā habuit. sic 5. q. 6. quia iuxta. 23. q. 4. Guilisarius. 23. dist. quorundā 2, sic 33. q. 2 quod verò, &c. Moyses.

2 Vbi de hoc. Arch.

HINCETIAM. Hæc est 2 pars dist. in qua ponitur quid iuris sit de synodis.

CASVS. Iste §. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, ꝙ Symmachus Papa erat de quibusdam criminibus diffamatus: Vnde Theodoricus Rex veniēs Romam, concilium cōgregauit, vt examinarentur ea quæ obiiciebātur Papæ: Tunc surgentes episcopi Liguriæ & Aemiliæ & Venetiæ dixerunt Imperatori, ꝙ ad Papam spectabat cōuocare concilium: Imperator ad hoc benigne rādit oīa esse in potestate synodi cōmittēs negotium auctoritati Pontificum, dūmodo pax in ciuitate Romana seruet. In secūda parte, quæ incipit ibi, [Epi verò] dicit, ꝙ Epi ibi congregati auctoritate eiusdē Symmachi īterueniente absoluerūt ipsū ab humano iudicio, a solo Deo iudicādū, & restituā dos clericos, q recesserant a Symmacho Papa in suis officiis decreuerūt: dummodo primo Symmacho satisfaciāt. Cui statuto primo sub scripsit Laurentius epūs ecclesiæ Mediolanensis, secundo Rauennas, & postea lxxv. epi. Omnia quæ postea sequuntur, plana sunt vsque ad d. 18.

Item hic appellatur a metropolitano ad concilium metropolitanum. inf. 2. q. 6. omnis. & sic conciliū est maius ipso metropolitano. & sic appellatur ab aliquo ad seipsum cum aliis, & est simile. ff. quando appell. sit l. 1. §. soleat. Sed quid est, qđ hic dicitur, ꝙ si dissentiunt epi, recurratur ad superiorem, quare non stat ur hic sententiæ plurium 65 dist. sane? Intelligunt quidā, qđ hoc dicitur in causa criminali episcopi, vbi oportet omnes episcopos consentire, vt 6 q. 4. c. 1. & 2. Sed potest intelligi in eo casu, quando in prouincia dubitatur de negotio aliquo inter episcopos: tunc recurritur ad sedem superiorem. Vel intelligas in eo casu etiam quando dissentiunt episcopi in sententia, non quòd sententiam aliquam proferant, sed videtur quibusdam vno modo sententia, aliis alio modo.

1 Ex hoc dicto videtur, ꝙ cōcilium posset cognoscere de causis delictorum metropolitani, de hoc dicā 11. q. 1. si clericus ibi videas. Arch.

b ¶Maiores.] Vt de fide, vt 24 q. 1. quoties.

e ¶Præcepisset.] Isti epi uenerunt ad citationem Regis non, ꝙ venire tenerentur, sed vt reuocarent eum ab errore suo. Simile ad hoc extra de exceptionibus, olim.

f ¶Iussione Domini.] Habet ergo Romana ecclesia auctoritatem a Conciliis, sed Imperator a populo, vt 93. d. legimus. in fi. Contrarium huic signatur 11. d. quamuis & 22. d. omnes. vbi dicitur, ꝙ Romana ecclesia habet primatū a Domino, & nō a conciliis. Sed dic principaliter habuit a Domino, secundario * a conciliis.

* *Concilia proprie non dederūt primatum Romanæ ecclesiæ, sed explicarūt datum a Domino.*

g ¶Reuerētiā.] Debet imperator reuerentiam ecclesiæ: sed de rebus ecclesiæ nihil potest dispensare, vt 96 dist. bene. vnde nec dignitates, nec præbendas dare pōt 3.

3 Cōtra no. 10. d. Imperium ibi dixi. Archid.

vt 16.q.7.ſi quis deinceps.arg.contra extra de conſuetu. cum inter in parte decila.vbi dicitur Rex conferre deca natum:ſed hoc forte ex conſuetudine,& ex priuilegio. 16 q 1.hinc etiam.

a ¶Immunis.]inf.2.q.7.§.item cum Balaam.in ſi contra,ibi dicitur, q̃ ſimoniac' poſt reſtitutionẽ tenetur reſpõdere accuſatoribus. Sed dic,quod primo fuit accuſatus de hęreſi. ſed cum appareret calumnia accuſãtis,poſtea fuit abſolutus,vt hic dicit.

b ¶Ante tempus.] quod fieri non debuit,vt 8.q.4. nõne. §.illud

c ¶Synodo] vt 96. d.bene.

Ordo inter beneficiatos

d EPiſcopus]¶Tẽpus Generale eſt, quod qui prius dignitatem receperunt, præferẽdi ſunt aliis 1, vt 74 d. epiſcoporum.& 75. di. cap. vlt. & extra de maio.& obed.cap.1. quoniamille gradus cæteros antecedit, quem labor prolixior & ſtipendia lõgioca fecerunt anteire,vt C. de offic. ma offi l.nemo,niſi aliquis receperit dignitatẽ a principe: ille enim præponit alius, vt extra de maio.& obed.p tuas & ff.de albo ſcrib.l. a. & niſi ſint loco metropolitani, vel alicuius maioris dignitatis, q̃ licet ſint poſterius ordinati, tamen præponuntur aliis,vt hic in falca, placuit, diſt proxi.

1 Contra 16. d 6.ſynodus ver. prima adornitio, vbi de hoc Archid.

EPiſcoporũ. Hęc diſtinctio diuidit i tres partes: in prima probat, q̃ concilia epiſcoporum debẽt fieri bis in anno;& hoc probat per tex canones quod tñ correctum eſt.Sed a ibi, [Quoniam quidem.] Tertia ibi, [Singuli.]

CASVS. Dictum eſt ſupra & oſtenſum, q̃ epiſcopi non poſſunt celebrare concilia ſine licentia Romanæ ſedis, in quibus aliquid generaliter definiant, vel ſtatuant:ad correctionem tamen cõcilia celebrare, & indicere quæ iam ſtatuta ſunt generaliter, vel ſpecialiter, poſſunt.

2 ſup. diſt. prox.c.concilia. ſecundum Hugonem.

e ¶Epiſcoporum.] Hic intitulatur 18.diſt. In proxima diſtin. magiſter oſtendit 2, quod prouincialia concilia nihil generaliter poſſunt conſtituere: ideo conſequenter oſtendit ad quid ſint vtilia, addit etiam quoties in anno, & quo tempore anni, & cuius auctoritate ſint celebranda 3,& q̃ metropolitanus nihil debet exigere ab epiſcopis conuenientibus ad cõcilium addit de pœna epiſcopi, qui vocatus ad ſynodum non venit. In fine dicit, q̃ intra ſex menſes debet epiſcopus indicare ſuis ſubditis ea,quæ in concilio acta ſunt.

3 Vt inf. & ca.1.2. & 3. ca. peruenit & c.quoniã,

gotium ſiue nollent, quod magis putarent vtile deliberarent,dummodo venerandi proniſione concilij pax in ciuitate Romana daretur †: epiſcopi verò in ſynodo reſiſtentes congregata auctoritate eiuſdem Symmachi dixerunt: Symmachus Papa ſedis Apoſtolicæ præſul ab huiſmodi oppoſitionibus † impetitus, quantum ad homines reſpicit ſit immunis [a], & liber,cuius cauſam totam Dei iudicio reſeruamus.]& infra. ¶De clericis vero memorati Papæ, qui ab epiſcopo ſuo ante tempus [b] contra regulas diſceſſerunt,& ſchiſma fecerunt;hoc fieri decernimus,vt † illi ſatisfacientes epiſcopo ſuo miſericordiam conſequantur,et officijs eccleſiaſticis ſe gaudeãt reſtitui.] Ibidem infra.¶[Laurentius eccleſiæ Mediolanenſis epiſcopus huic ſtatuto noſtro, in quo totam cauſam Dei iudicio commiſimus,ſubſcripſit. Petrus eccleſiæ Rauennatis epiſcopus ſub eiſdem uerbis ſubſcripſit,& poſt eũ ſeptuaginta quinque epiſcopi.] Illud de clericis pro pace in vrbe reformãda miſericorditer & diſpenſatiue factum digno ſcitur.¶Hoc quoque notandum eſt,quòd in hoc concilio, & in alia ſynodo [c] Symmachi Papæ, ante Rauennatem epiſcopum, Mediolanenſẽ ſubſcripſiſſe, & reſpondiſſe legitur: ex quo ſedis prærogatiuam ante eum habere colligitur.

† Chriſtianis omnibus redderetur] orig.

Ibidem infra.

† al.propoſitionib.] orig.

† vt eos ſatisfaciẽtes epiſcopo ſuo miſericordia ſubſequatur] orig.

Ait enim Gregorius primus lib.7.reg.epiſt.122. Syagrio epiſcopo Auguſtudunenſi.

CAP. VII.

EPiſcopos ſecundum ordinationis ſuæ tempus [d], ſiue ad conſidendum in concilio,ſiue ad ſubſcribendum,vel in qualibet alia re ſua attẽdere loca decernimus, & ſuorum ſibi prærogatiuam ordinum vendicare.

Anſel.l.6.c.134.

Verum tempus ordinationis non ad eccleſias, ſed ad perſonas refertur, ſicut ex conſuetudine Cardinalium ſanctæ Romanæ eccleſiæ, & epiſcoporum vniuſcuiuſque prouinciæ euidenter apparet.

DISTINCTIO XVIII.

EPiſcoporũ [e] igitur concilia,vt ex præmiſſis apparet,ſunt inualida ad definiendum,& conſtituẽdum [f],non autem ad corrigendũ. Sunt enim neceſſaria epiſcoporum cõcilia ad exhortationem, & correctionem, quæ etſi non habẽt vim conſtitutionis †;habent tamen auctoritatem imponendi, & indicendi, quod alias ſtatutum

† al. conſtituendi.

e ¶Epiſcoporum.] Hic intitulatur 18.diſt. In proxima diſtin. magiſter oſtendit 2, quod prouincialia concilia nihil generaliter poſſunt conſtituere: ideo conſequenter oſtendit ad quid ſint vtilia, addit etiam quoties

f ¶Conſtituendum.] Illud non eſt verũ, quia epi bene poſſunt condere canones epales,& archiepiſcopus prouinciales. quia quilibet populus, & quælibet eccleſia ſibi poteſt ſtatuere aliquod ius,vt ſup diſt 1.ius ciuile.& 9.d.quę contra.& 11.d catholica & 12.d.illa.& de conſecra.d.3.c.1.& extra de ſer.conqueſtus. ſed de maioribus negotiis non poſſunt aliquid ſtatuere,vt hic,& 12. diſt:præceptis, vbi de hoc.

Eccleſia q̃libet poteſt ſibi ius ſtatuere.

De

Digitized by Google

DE concilijs.] CASVS. In hoc ca. statuit Leo, vt cōcilia episcoporum fiāt bis in anno, & ibi clericorū quæstiones dirimantur: & si ibi dirimi non possunt, referantur ad primatem. & si nec ibi poterunt terminari, ad sedem Apostolicam referantur.

est, & generaliter, seu specialiter obseruari præceptum.

]Ex concilio Cabilonensi, c.6.]

¶ *In peruetusto Gratiani codice palea hæc est in extremo præcedentis distinctionis, conuenitque cum ultimo illius capit,* episcopos, *Ex Cabilonensi autem citant etiam cæteri collectores, extat uero in Bracarensi primo, c.24. & concordat cum c.13. concilij Mileuitani, & ca.53. concilij Africani.*

PALEA. Cap. I.

Burch.l.1.c.55. Iuo.p.5.ca.165. Pann.l.4.c.10. † *al. sedendi deferat.*

PLacuit, vt conseruato metropolitani primatu cæteri episcopi secundum suæ ordinationis tempus alius alij deferat † locum.

Vnde Leo primus, epist.82.c.7. Anastasio Thessalonicensi episcopo.

¶ Bini conuentus per singulos annos ab episcopis celebrentur. Cap. II.

Burch.l.1.c.43. Iuo.p.4.c.241. Pann.l.3.tit.19. Poly.l.3.tit.16.

DE concilijs autē episcopalibus nō aliud indicimus, quàm sancti Patres salubriter ordinarunt, vt scilicet bini [a] conuentus per annos singulos habeantur, in quibus de omnibus [b] querelis, quæ inter diuersos ecclesiæ ordines [c] nasci assolent, iudicetur. At si forte inter ipsos, q præsunt, de maioribus (quod absit) peccatis causa nascatur, quæ ꝓuinciali nequeat examine definiri, fraternitatem tuam de totius negotij qualitate metropolitanus [d] curabit instruere [e], & si coram positis partibus nec tuo fuerit res sopita iudicio, ad nostram cognitionem quidquid illud est, transferatur.

Poly.l.1.tit.15.

Item ex Nicæno concilio, c.5.

¶ Quo tempore concilia episcoporum sint celebranda. Cap. III.

Poly.l.3.tit.19.

HAbeatur semel concilium ante dies Quadragesimæ [f], vt omnibus, si quę sunt, simultatibus [g] amputatis, mundum α ieiunium, & solenne Deo possit offerri: secundum vero agatur circa tempora ¶ autumni.

α ¶ Mundum..] *Caput hoc est ex uersione; qua usus est Isidorus. In ea tamen hoc loco est,* mundum solenne Deo munus; *quē admodum & in Polycarpo, & in aliquibus Gratiani codicibus est,* mundum, & solemne Deo munus. *Græcè est, ἵνα πάσης μικροψυχίας ἀναιρουμένης τὸ δῶρον προσφέρηται τῷ θεῷ,* id est, vt omni sublata animi angustia munus purum Deo offeratur.

Item ex Antiocheno concilio, c.20.

¶ Ad morum correctionem, & controuersiarum dissolutionem bis in anno episcopale concilium fiat. Cap. IIII.

Burch.l.1.c.44. Iuo.p.5.c.154. Pann.l.1.c.15. Polyc.l.3.ti.19.

PRopter ecclesiasticas causas, & quæ existunt, controuersias dissoluendas, sufficere visum est bis in anno ꝑ singulas prouincias episcoporum concilium fieri, semel quidem post tertiam hebdomadam Paschalis festiuitatis ita vt in quarta hebdomada, quæ consequitur, id est media α Pentecoste, concilium compleatur β, Admoneant, [a]

a ¶ Bini.] Hoc corrigitur infra eod. quoniam. & extra de accus. sicut olim.

b ¶ De omnibus.] Ad eos spectātibus.

c ¶ Ordines.] Id est, laicos vel clericos: loquitur Primati vel Patriarchę.

d ¶ Metropolitan⁹.] Not ꝙ in magnis negotijs semper consulet archieps suū Primatem, vt hic, & 65. distinct. de persona. & 6.q.4. si inter episcopos. Item habes hic, ꝙ Primas nō debet interesse concilio Metropolitani, & 92. distin. c. pen. & 11. quęst. 1. si clericus aduersus.

Primas in concilio archiepiscopi non debet interesse.

e ¶ Instruere.] Ergo iudex à quo appellatur, potest instruere iudicem ad quem appellatur, & eius causam quare non recipit ei⁹ appellationē, & exemplū sibi reddere debet, vt ff de appella. recipi. l. sciēdum. non tamen tā quam testis, vt 2.q.6. statuendum.

HAbeatur.] Casus triū sequentium capitulorum plani sunt.

f ¶ Dies Quadragesimæ.] In seq. cap. dicitur, quòd post tertiam debdomadam Paschæ: sed iste canon præiudicat illi: quia iste canon est Nicæni cōcilij 1. vel loquitur secundum diuersas consuetudines. 16. dist. ca. sexta ver. primo.

1 Sub. ꝙ inter alia primatum obtinet. 15. dist. c.1. & 2.

ADDITIO. Arg 76. dist. vtinam. Archidiaconus.

g ¶ Simultatibus.[Si multas est odium priuatum. 65. dis. ca. tertio.

h ¶ Circa tempora.] Idibus Octobris, vt infra. cap. seq.

i PRopter.] ¶ Admoneant.] Id est conuocent, vel ꝓ priè, & sic est argu. quod mora potest purgari, licèt certus dies sit appositus 2, alias quare admoneretur?

2 Id est, adiectio diei nō facit aliquem esse in mora. Lau.

Digitized by Google

retur? ſic inf.ea.dif qñ & extra de concef. prębē. & eccle.nō va.quia diuerſitatem.& ff.de peri. & cōm. rei vē. l.1 § licēt autem. Arg.contra extra de elect.cū in cūctis arg contra 7.q.1.preſentium, & 20.q.2.puella. & C de contrah. ſtip. magnam. & extra de dolo & contuma. cumdilecti. Solu.vbi dies præfigitur à canone, mora poteſt purgari: ſecus ſi ab homine præfigitur dies. argu ff.de arb. ſi cum dies. § vlt. & l.Celſus. to. Sed hoc nō eſt verum, vt extra de ſup. neg. præ. licet. ibi dici vī, q̄ mora purgari non p̄ſſit. ſed certe noua decre dicit, quod in ſolutione penuonis mora itra breue tp̄s poſſit purgari, vt extra de loc c. vel. ſed illa loquitur in alio caſu quàm decret. licet Vel d.c, quod illa corrigit decret. licet B.

a ¶ Idibus.] Hoc falſū vī: q̄ idus ſemper eſt, i xiij. die uel xv. ſecundum quod nonę prędūt: ſi menſis habet quatuor nonas, ſūt idus i xiij die ſi vero ſex nonas ſunt i xv. die. Et ita idus nunquā ſunt in x die. verum eſt apud nos ſed apud Grę̄cos bene eſt in x die. Dicunt quidam ſ quod idus qñ que dī large, vt hic, ſcilicet totum illud tempus ex quo poſt nonas ſtatim incipiunt cōputari, vt cū dī viij. idus. vij. idus & ſic deinceps, nā in principio menſis dī Kalēdæ, deinde iiij. vel vj. nonas, deinde terminatis nonis dī viij. idus. vij. idus. quare ergo dī, q̄ ſit decimus i Sed dicas q̄ hic vocat hoc nomine, idus, quēlibet diē, qui eſt iter illos dies, q dīr idus, nō vltimum diem iſtorum, qui propriè & abſolutè dicit idus. Alia expoſitio, quæ ſit hic, non valet.

ſ Vt Laurentius.

b ¶ Hyperberetæi mēſis.] id eſt, Octobris.

c ¶ Et omnes.] Et, pro, i. alias ſi omnes debent conuenire de prouincia, quare epiſcopus reſeruaret eis omnia ea quæ fierent i in ſynodo, vt inf. c. decernimus.

a De hoc if. eo. ca. pen. Laur.

d ¶ Concilia.] Prouincialia, quia quilibet epiſcopus irrequiſito metropolitano poteſt facere concilia epiſcopalia, vt 35. d. it. quando.

ADDITIO. Sic legitur & no. inf. ea. di. c. pen. in fi. Arch.

autem comprouinciales epiſcopos ij, qui in amplioribus, id eſt in metropolitanis ciuitatibus degunt. ¶ Secundum vero cōcilium Idibus [a] Octobris habeatur, q̄ dies apud Grę̄cos hyperberetæi † menſis[b], decimus γ inuenitur. In ipſius autem concilijs, & presbyteros, & diaconos prę̄ſentes eſſe oportet, & omnes [c] quotquot ſe læſos exiſtimant, & ſynodicam expectare ſententiam. Nec liceat aliquibus apud ſemetipſos concilia [d] ſine metropolitanorū eſpicoporum conſcientia facere, quibus de omnibus cauſis conſtat [e] permiſſum eſſe iudicium.

† Vide in hunc locum Io. Bap. Pīū adnotationum poſteriorū. c. 66. Kalendæ, nonæ, & idus.

α ¶ Id eſt media.] *Antea legebatur*, & in medio temporis inter Paſcha, & Pentecoſten. *nec multo aliter apud Iuonem*, id eſt medio temporis, &c. *Sed poſita eſt hęc lectio, ex pleriſque Gratiani exemplaribus, & collectione Iſidori, in qua eſt hęc eadem verſio. Nam cęteri collectores ſecuti potius videntur verſionem Dionyſii, quæ eſt in codice canonum: quamuis & Burchardus, & Pannormia hoc loco habeant*, id eſt medio Pentecoſtes, *vel*, in medio Pentecoſte, *vbi in verſione Dioniſii eſt*, ita vt quarta ſeptimæ Pentecoſtes. *verbum planè è verbo, Græcè enim eſt* ὅστις τῇ τετάρτῃ ἑβδομάδι τῆς.

β ¶ Compleatur.] *Vocem*, συτελεῖσθαι *Dionyſius vertit* conueniat.

γ ¶ Decimus,] *Prorſus ex Græco. Dionyſius autem quem Burchardus, & Iuo ſequuntur, habet*, Idibus Octobris, id eſt, quintodecimo die menſis Octobris, quem hyperberetæum Græci cognominant. *In canone autem Apoſtolorum. 37. legitur ſecundam anni ſynodum celebrandam eſſe*, ὑπερβερεταίου δωδεκάτῃ, *id eſt*, duodecimo die hyperberetæi. *Non conuenire autem omnino Latinorum menſes cum Græcorum ſatis conſtat. Suidas quidem ſcribit apud Macedonas hyperberetæum eũdem eſſe q̄ October, Galenus autē* Pergami *eundē qui* September.

Item ex Concilio Laodicen. c. 40.

¶ Semetipſos accuſant, qui vocati ad ſynodum venire contemnunt. Cap. V.

Bure. l. 1. ca. 47. Iuo p. 5. c. 157. †al. abire.

NOn oportet vocatos epiſcopos ad ſynodum, contēnere, ſed adire † debere, & aut docere, aut doceri [f] quę ſunt ad eccleſiæ cæterorumque correctionem vtilia: quòd ſi contempſerint, ſeipſos videntur accuſare [g], niſi forte prę infirmitate ire non poſſint.

Item ex concilio Chalcedonenſi. c. 19.

¶ Corripiantur epiſcopi, qui ad concilium vocati, venire contemnunt. Cap. VI.

Anſe. l. 6. c. 199. Iuo p. 4. c. 243.

PErvenit ad noſtras aures, quòd in prouincijs cōſtituta epiſcoporū cōcilia minimè celebrent. Hoc [a] ex eo

e ¶ Cauſis conſtat.] Quæ ad ſtatum prouinciæ ſpectant.

f NOn oportet.] ¶ Doceri.] Licèt enim non debeant indigere doctrina, vt 1 q. 7. conuenientibus 3. tamen diſcere debent. 24. q. 3. ſi habes. Laur.

g ¶ Accuſare.] Id eſt, debent excommunicari, vt 2 q. 6.

ſ Ad idem 36. diſtin. §. ecce.

6. quiſquis probatus.

PErvenit CASVS. Quidam erant epiſcopi, qui concilia non celebrabant, quod apparebat ex eo, quod correctione egebant multæ res eccleſiaſticæ quæ iam neglectę fuerant. Quare ſtatutum fuit in ſynodo, vt bis in anno eporū concilia celebrarentur ad correctionē eorum, quæ fuerunt emendanda. Statuit enim quod omnes epiſcopi prouincię interſint: niſi neceſſitate aliqua

Præcedentia per sequẽtia ipsũ muntur.

aliqua excusentur, alioquin corripiantur.

a ¶Multæ.] Arg ꝙ per sequentia intelliguntur, & præsumuntur præcedentia: nã si quis ab hæc editis per violentiam tractus fuerit, & per menſem steterit cum eis, præsumitur non tractus, vt 1.q.1. constat item arg. contra

probatur, quòd multæ [a], quæ correctione opus habent, ecclesiasticæ res negligantur. Statuit ergo hæc sancta synodus, secundum regulas Patrum bis in anno vnum conuenire per singulas prouincias episcopos, vbi singula β quæ emerserint, corrigantur. Qui vero noluerint conuenire episcopi, constituti in suis ciuitatibus, & hoc maxime, cum sui corporis sanitate consistentes, etiam ab omnibus aliis urgentibus [necessitatibus † [b], & inexcusabilibus negotijs liberi sunt, licere eos fraternæ charitatis admonitionibus corripi.

† abest a collectione Isidori, & Iuonis.

a ¶Hoc ex eo.] *In collectione Isidori, vbi alioquin eadem videtur esse versio, legitur*, ex hoc probatur, quod multæ, &c. *item que apud Iuonem, addita tamen particula*, &, *Græcè est:* καὶ ἐκ τούτου πολλὰ παραμιλεῖται τῶν διορθώσεως δεομένων ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων. :& propterea multæ ex rebus ecclesiasticis, quæ correctionis egent, negliguntur.

¶Vbi singula.] *Ita in collectione Isidori & apud Iuonem, & Anselmum. Græcè est:* ἵνα ἃ ὁ τῆς μητροπόλεως ἐπίσκοπος δοκιμάσει, καὶ διορθοῦν ἔχασα τὰ ἀνακύπτοντα *quæ Dionisius sic vertit:* Quòd metropolitanus antistes probauerit, & corrigere singula, si qua forsassis emerserint.

Item ex septima synodo, c. 6.

Ex versione Anastasij.

¶Canonicis subiaceat pœnis metropolitanus, qui saltem semel in anno celebrare concilium negligit.

Cap. VII.

In concilio Nicæno. c. 5. & Antiocheno. c. 20. Iuo p. 5. c. 373. su. ea. c. habeatur. & c. propter. Cap. 9.

[2]QVoniam quidem regula [c] est, quę dicit, bis in anno per singulas prouincias oportere fieri p cõuentũ eporum regulares inquisitiones; pp fatigationẽ, & vt opportunè [a] habeãtur ad iter agẽdũ hi, qui cõgregãdi sunt definierũt sextę synodi sancti Patres, omni excusatione [d]

Constitutio sęda an reuocet priorem de illa mẽtione nõ facta.

2 Scilicet, septima, secundu Hug. Io. de Fant.

3 Extra de præscrip. veniens, & de referi. ordinem. Archi.

Testamentũ sim an reuocet primum.

4 Item & si primum de rogatorium est sedo. ff. de leg. 1. ti mihi & tibi. §. vlt. Archid.

5 Supra eo. c. proxi. inf. ead. si eps. Archid.

tra prælatos ex vitiis subditorum, & contra magistros ex vitiis discipulorum, vt 28. dist. priusquam. & 22. q. 2. quod autem ait. 53 dist. legem. 12. q 2 quatuor 44 dist. multis 34 q. 1 cum per beatum. & C. de adul. si qui.

b ¶Necessitatibus.] Quæ necessitas excuset, habes de consec. dist. 4. hi qui. 1. Item si quis propter tempestatem, vel flumen. vel quia vocatus est ad testimoniũ, vel ad dignitatẽ, vel si incipit abesse causa Reipublicæ, vel si domestico funere impedit, vel si maius negotium ipsum trahit, excusatur, vt ff. si quis cau. l. 2. §. 1. & 2. & l 4. & ff. ex quibus cau. maiores, item hi. vel si ad maius tribunal vocatus est, vt ff. de re iudi. contra pupillum. § is qui. Item timor hostium extra de app. ex parte.

Citati multis cautis ex cusantur. 1 Et 23. dist. cum omnis filius. vbi de hoc in glo. no. quod Archid.

QVoniam quidem.] Hęc est secunda pars huius di. in qua probat, ꝙ sufficit. ꝙ semel in anno fiat prouinciale cõcilium Ioan de Fan. & ꝙ singulis annis concilium prouinciale debeat celebrari, ponitur sub præcepto. Archidiaconus.

CASVS. Hoc capitulum diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, ꝙ antiqua regula præcipiebat synodum bis in anno celebrari? Sed quia hoc difficile erat, ideo sexta synodus statuit semel in anno fieri. Princeps vero, qui hoc prohibuerit, excommunicetur, & metropolitanus, qui cõcilium neglexerit celebrare, canonice punitur. In secunda parte, quæ incipit ibi, [Dum autem.] dicitur, ꝙ donec synodus agitur, epi debent esse intenti di dixerit, cum dixerit: si fecero aliud testamentum, nõ valet quia tunc faciendum secundum, oportet ꝙ faciat mentionẽ de primo vt ff. de leg 3. si quis in primis. in concilijs autem antiquus obtinet, si est potioris auctoritatis, vt 50. dist. dñe sancto in fi. Ioan. Verum est, ꝙ in rescriptis continetur: sed omnium factorum habere memoriã, potius est diuinitatis quam humanitatis. C. de vete. iur. enu. l. 2. §. si quis. nec præsumitur papa ex certa scientia indulgere per secundum rescriptum post primum super eodẽ. sed ſ sumitur, ꝙ hoc faciat immemor prioris. extra de offic. deleg. ex parte 1. Ipsum enim fallit obliuio. 23. dist. præterea, sed vt tangitur in gl. Ioan. ipse habet, vel præsumitur habere omnia iura in scrinio pectoris sui. In legibus & constitutionibus continentur iura: & posterior tollit priorẽ, licet non faciat mentionẽ de ipsa. ff. de legibus nõ est nouũ. In testamentis aũt alia est ratio, ne libertas supremi iudicij infringat: qđ esse non debet. ff. pro socio. cũ duobus. §. idẽ tñdit: quia nihil est, qđ magis hominibus debeatur, quam qđ suprema voluntatis liber sit stylus: & liberum qđ iterum non redeat arbitrium. C. de sacrosan. eccl. l. 1. in fi sed in duobus casibus sup not. in gl. Ioan. est speciales Bar.

ADDITIO. Et 33 quæst. 2. hoc ipsum in fin. Archidiaconus.

d ¶Excusatione.] Friuola: nã rationabiles exceptiones semper admittuntur 5. vt extra de offic. deleg. ex parte.

remota,omnibus modis ſemel in anno fieri,& deprauata corrigi.Hunc ergo canonem & nos renouamus:& ſi quiſquam princeps inuentus fuerit hoc prohibere; communione [a] priuatur:ſi quis verò metropolitanorum hoc neglexerit agere abſq; neceſſitate,vel vi [b],ſeu aliqua rationabili occaſione;canonicis pœnis ſubiaceat.Dum autem ſynodus agitur ſuper canonicis,& euangelicis negotijs; oportet congregatos epiſcopos in meditatione,& ſolicitudine fieri cuſtodiendorum diuinorum, & viuificorum Domini mandatorum: *& poſt pauca.* ¶Porro non habeat metropolitanus licentiam ex his, quæ defert epiſcopus ſecum, ſiue iumentum, ſiue aliam ſpeciem expetendi. Quòd ſi hoc egiſſe cõuictus fuerit,ſoluat quadruplum [c].

a ¶Et vt opportunè.] *Græcè eſt, καὶ τὸ εὐδιεῖς ἔχειν πρὸς εὐπορίαν, ideſt:* Et quod non bene parati ſunt ad iter faciendum.

Item Leo iiij.ad epiſcopos Britanniæ,c.3.

¶Non cogantur presbyteri ad ſacra concilia eulogias deferre. Cap. VIII.

DE eulogijs [d] ad ſacra concilia deferendis nihil inuenimus a maioribus terminatum,ſed ſicut vnicuiq; presbytero placuerit.Nam ſi conſtitutum fuerit in illo tẽpore benedictiones afferri, forſitan minus [e] libenter ad ſynodos occurrent,& magis venire obtrectabunt. Quæ, vt arbitror,non ſunt rationabiliter quærendæ; nec vltro delatæ,reſpuendæ [f].

¶Habetur hæc epiſtola Romæ manuſcripta, vt in indice dictum eſt.

Item ex concilio Carthaginienſi.4.c.21.

¶Sine graui neceſſitate epiſcopus ad ſynodum ire non tardet. Cap. IX.

EPiſcopus ad ſynodum ire non tardet, niſi ſatis gravi neceſſitate inhibeatur, ſic tamen, vt in perſona ſua legatum [g] mittat, ſuſcepturus ſalua fidei veritate, quidquid ſynodus ſtatuerit. Anſ l.7.c.191.

¶Similem ſententiam, & pœnè eadem verba referunt Burch l. cap.51. & Polycar.l.2.tit.16.ex Fœlice.

Item ex concilio Carthaginienſi 5.c.10.

---

a ¶Communione.] Not. principes poſſe excommunicari,quod verum eſt etiam a ſacerdotibus, vt inf. d.96. duo ſunt.11.q.3.ſi autem vobis, & C. vbi de crimi. agitur.Authen quia in prouincia.

b ¶Vel vi.] Videtur ergo, ꝙ ſi aliquis per vim detineatur ab aliquo,& aliquid interim fiat cõtra ipſum, quod retractari poſſit illud. Idẽ eſt ſi per dolum alterius non veniat, vt extra de integr.reſtit. ex literis. Sed contrarium legitur. ſi quis cau.l.2.§.vlt. & ff de eo per quem factum erit.l.vlt.vbi dicitur, ꝙ ſi per dolum, aut per vim alicuius aliquis non venerit ad iudicẽ,non reuocatur id quod factum eſt,ſed datur actio contra ipſum impedientem. Sed dic,quod non reuocatur ipſo iure: ſed per in integrum reſtitutionem 1, vel in eo caſu reuocat qñ detentor non eſt ſoluendo.extra de reſtitu.ſpo.olim.

c ¶Quadruplum.] Argu. ꝙ clerici poſſunt pecuniariter puniri & punire, vt 23. diſt. quamquam. in fine.& 17.q.4.definiuit.& ca. ſi quis deinceps.& 23.q.5. de Liguribus Arg.contra,extra de pœn. licet 2. Sed dic, ꝙ vbi pœna ſpiritualis eſt in iure ſtatuta, non debet infligi pecuniaria: alias ſecus. extra vt lit non conteſta.quoniam.in fi. ideo autem punitur in quadruplũ: quia crimẽ cõcuſſionis 3. comm.ſit quod punitur pœna quadrupli.1.q 1.quidam.& q.7. ſancimus in fine.& tam laicus, q̃ clericus punitur pœna concuſſionis, vt 23.q.1. militare hic ſignatur contrarium 12.q.2.fraternitas, vbi dicitur, quod eccleſia non debet ſuum cum augmento recipere. Sed dic, ꝙ hic non recipit nomine eccleſiæ,ſed proprio nomine 16 q 6.ſi epiſcopum.

DE eulogijs.] CASVS. Quærebat quidã epiſcopus a Papa, vtrum presbyteri tempore ſynodi deberent afferre eulogias,ideſt, munuſcula epiſcopis? Et reſpondet Papa, nil ſe inueniſſe a maioribus definitum. ſed eſt in arbitrio cuiuslibet presbyteri qui voluerit exhibere. Nam ſi definitum eſſet aliquid tempore ſynodi a presbyteris dandum, minus libenter venirent ad ſynodum. Vnde eulogiæ ab aliquo peti non debent,nec delatæ reſpui.

d ¶Eulogiis.] Eulogiæ dicuntur munera,quæ deferunt ſubditi ſuis prælatis.

e ¶Minus.] Argu.quod magiſtri non petant collectam à ſcholaribus,vt libentius veniant ad ſcholas.ſic 1 q 1. baptizandis & cap. placuit, vt vnuſquiſque 1 quæſt.2. vendentes. Magiſtri debent gratis docere,

f ¶Reſpuendæ.] Arg. ꝙ quædam licitè poſſumus recipere, Recipiuntur facta contra volentem de iure.

g ¶Legatum.] Arg. quòd licet citatus ad iudicium venire non poſſit: nihilominus tenetur mittere procuratorem 4.quæſtione 3.ſi ægrotans. & extra de appellat. cum tutus. Argumen. contra extra de procurato. querelam. De hac materia quæras 5. quæſtione 3. ſi ægrotans. ſed illud cap. querelam, loquitur in ardua cauſa. Citatus impeditus an mittere teneatur procuratorem.

Placuit]

PLacuit.] CASVS Dicitur in hoc cap. q̃ episcopi nisi fuerint impediti, semper debent ad synodum ire:

¶ Excusatorias literas dirigant, qui grauati ad synodum ire non possunt. Cap. X.

Ansel. l. 7. c. 111.

PLacuit, vt quotiescunque congregandum est concilium, episcopi, qui neque ætate, neque ægritudine [a], neque alia grauiori necessitate impediuntur, competēter occurrant. *& infra.* ¶ Quòd si non potuerint occurrere, excusationes suas literatoriè [a] [b] conscribant: nisi autē [β] rationem [c] impedimenti sui apud P matem suũ reddiderint, ecclesiæ suæ communione [d] debent esse contenti.

a Literatoriè.] *In concilijs impressis legitur*, in tractatoria. *Dubitatum fuit; an legendum esset*, in tractatoria. *Nam epistola, quibus Imperatores, vel Reges suos præsides vocabant, uel euectionem aliquam concedebant, tractoriæ dicebantur. Sic in Codice Theodosiano lib. 8. titulus sextus est*, de tractorijs & statiuis. *& sic uidetur emendandum in lib. Cod. 12. quamuis in impressis legatur*, de tractorijs, *quam vocem* tractoriam, *eadem significatione Carolus Magnus in suis capitularibus vsurpauit lib. 4. c. 30 & 69. & eadem notione est in concilio Meldensi, c. 71* Sanctus quoq; *Augustinus in lib. post collationē contra Donatistas, c. 24. tractoriam pro epistola uocatoria usurpat, his uerbis*; Sic autem a primate suo per tractoriam fuerunt euocati. *Atque in hoc canone, ubi de uocandis episcopis ad concilium agitur, uox ista esset aptissima. Nam in concilio Africano inserto in Codice canonum, c. 43. ubi hoc idem reperitur, & ca. 57. §. Lucianus, & §. Alypius. in uetustis codicibus semper legitur*, tractoria, *ubi in impressis est*, tractatoria. *& in Carthaginensi graco, c. 51. est* ἐπιστολικὴν. *Verum idem B. Aug. utitur dictione*, tractatoria *in eam, qua nunc subijcietur sententiam. Loquens enim de episcopis, si uocati noluissent uenire ad concilium, & ibi obiecta crimina purgare, epist. 162. ait*: Quod si non fecerint, ibi etiam eorũ prauitas, & peruersitas innotescet. missaq; tractoria super eorum nomine per totum orbem terrarum, quacumq; iam Christi ecclesia dilatata est, ab omnibus ecclesijs, eorum cõmunio præcidetur. *In concione quoque secunda in Psa. 36. eadem uox quater inuenitur: & epistola Syricij, quæ recitatur in concilio Teleptensi, ibi uocatur tractatoria. Cuius mentionem faciens Innocentius in epistola ad Exuperium Tolosanum, c. 1. ait*: De his, & beatæ recordationis, viri Syricij episcopi monita euidentia commearunt: *quibus uerbis uidetur indicare non ad solos Africæ episcopos, sed ad omnes prouincias missam fuisse illam Syricij tractatoriam. Ita Leo Papa secundus, postquam sextum uniuersale concilium finem habuerat, breuem eius concilij summam ad Hispaniæ episcopos, vt ei subscriberent, misit: quam tractatoriam uocat: quæ Leonis ij. epistola manuscripta ex Hispania Romam sunt missa.*

β ¶ Nisi autem.] *In originali est*, vel si post aduentum tractatoriæ aliquæ necessitates repente forsitan ortæ fuerint, nisi rationem impedimenti sui apud suum Primatem reddiderint, ab ecclesiæ communione debere esse contemptos. *In Africano c. 43. reliqua eodem modo. Sed in extremo est fere vt apud Græcianum*: ecclesiæ suæ communione debere esse cõtentos. *Itemque in Carthaginensi graco*: Ὀφείλειν τοὺς τοιούτους τῆ κοινωνίᾳ, τῆς ἰδίας αὐτὸν ἀρχιεπισκοπῆς ἐκκλησίας. *Similis quadã pœna imponitur in eodē cõcilio, infra dist. 38. c. finali.*

Item ex concilio Turonensi. c. 2.

ire: & si ire non potuerint, suas excusationes in literis mittant: & si neglexerint ad Primatem mittere, communione fratrum priuentur, & ecclesia sua tantũ sit contenti. Idem fere est casus trium cap. sequentium: vt per te videbis. Additur tamen ibi, quòd priuẽtur cõmunione fratrũ vsque ad sequentem synodum.

a ¶ Neque ægritudine.] Graui, vt infra eod. si quis episcoporum. non enim excusat leuis febricula, vel vetus quartana, vt ff. de ædil. edic. l. 1. §. sed sciendum.

dignitatis,vel ordinis sunt iudicialib. submitti definitionibus. Siquidem tempore Diocletiani [a], & Maximiani Augustorum Marcellinus [b] episcopus vrbis Romæ, qui postea insignis martyr effectus est,adeo compulsus [c] est a paganis,vt in templum eorũ ingressus,grana thuris super prunas imponeret: cuius rei gratia collecto numeroso rũ concilio episcoporum, & inquisitione facta,hoc idẽ Pontifex se egisse confessus est. Nullus tamen corũ proferre sententiã in eum ausus est,dũ ei sępissime omnes perhibe rent;Tuo ore iudica causam tuam,non nostro iudicio.Et iterum:Noli aiunt audiri in nostro iudicio:sed collige in sinu tuo causam tuam,& rursus:quoniã ex te,inquiunt,iustificaberis,aut ex ore [d] tuo condemnaberis.Et iterum dicunt:Prima sedes non iudicabitur a quoquam. *Idem in eadẽ.* ¶Sed,& cum quidam tempore quodam contra Sixũ Papam tentassent quędam mali † rumoris obijcere, & in cõcilio, cui & Valentinianus Augustus interesset,dictum fuisset.Non licere aduersus Pontificem dare sententiam, surrexit idem protinus Imperator, & in arbitriò præfati Pontificis tribuit iudicare iudicium suum.Etenim nullus Pontificum maiorum,vel inferiorum vrbium subactus iudicijs inuenitur.

† *al.non beni*]ori.

Idem Nicolaus eadem epistola.

¶Maiores a minoribus iudicari non possunt. Cap. VIII.

SVbmittitur Ignatius minorũ, inferiorũ, & subiectorũ deliberationibus,cum sacris canonibus præcipientibus,& exemplis sanctorum Patrum,semper,vbi est maior auctoritas,sit eundum, & in omnib.controuersijs ad potioris sedis iudicia (actio † dirigatur.Quodnon solum a catholicis,verum etiam ab ipsis constat obseruatum hæreticis [e].Alioquin acephalũ liquet esset concilium, vbi de tanta persona agitur, & maiorum non expectatur sententia;cũ nec in causa clericorum inferioris [f] gradus,solius episcopi sui iudicium tantummodo postulandum † sit.

† orig.non habet.

† *al.prestolandum*

Idem Nicolaus eadem epist.

Poly.l.1.tit.20. Ans.l.2.c.65. Iuo p.5.c.8. Pann.l.4.c.6.& 7.

¶Minorum sententiæ maiores damnare non valent. Cap. IX.

IN tantũ hãc præsumptionẽ [g] sancti Patres apud Chal-

ADDITIO. Dic ꝙ huic cõtrario standum est,quia non debet esse nisi vnus. Ad hoc extra de off.ord. quoniam, § 1.& hoc causale fuit secundum Pet.

b ¶Marcellinus.] Sed de isto legit, ꝙ concilio congregato confessus est quod fecerat, & in se tulit sententiã depositionis, & veniens coram Diocletiano cõfessus est se Christianum esse,& excommunicauit quicunq; eum post mortem sepeliret. Sed videtur,ꝙ hæc sentẽtia,qua præcepit non sepeliri corpus suum,contineat errorem: vnde nulla deberet esse: vt extra de sent excommu.per tuas.si quis enim præcipiat,ꝙ corpus suum non sepeliatur,hoc præceptum non est adimplendum,vt ff. de condit.instit.quidam. Præterea qualiter poterat iste seipsũ excõicare 1 vel deponere cũ par in parẽ non hẽat Imperium,vt extra de electio.innotuit? Ad hoc potest dici

1 Videtur,ꝙ bene.11.q.3. si is qui vbi hoc.Archid.

ꝙ non fuit sententia quam tulit, sed quædam interpretatio, & infuit ei tacita conditio, scilicet nisi Deus aliter reuelauerit 2 & Dñs reuelauit aliter, quia sepultus fuit post xxx.dies post mortem. Item quæritur, quare illi episcopi non deposuerunt Papam cum esset confessus de hęresi, vt 40. distin.si papa? Dicit Hugo. quia paratus erat corrigi licet. n. Papa,vel alius sit hęreticus,si tamen paratus est corrigi 3 nõ deponitur,vt 24. q.3.dixit Apostolus. Vel ideo non debebant ipsum deponere: qa coactus fecit. 60. d. presbyteros.

2 Arg ad hoc 27.q.2 § cũ vero.Arch.

c ¶Cõpulsus.] Conditionali non absoluta coactione. si .n. fuisset absoluta,non deliquisset, vt 50. d. presbyteros.

3 Imò dicit Hug. ꝙ nec potuerunt nec debuerunt eũ condemnare in de,qa ipõte,& humiliter cõfessus est errorem suum. Tunc .n. Papa põt condemnari de hęreti,cũ pertinax fuerit, alias nõ. Hugo.

d ¶Ex ore.] Argu. ꝙ aliquis potest esse iudex in ꝓpria causa.fic.ff.de adop.l.3. C.de fideicom l. vl. sed iudex ibi improprie dicitur,idest, arbitrator in iurisdictione contentiosa non potest,sed in voluntaria sic.

SVbmittitur.] CASVS. Probat Nicolaus in hoc cap.ꝙ Ignatius non potuit deponi a subditis, qa canones & exempla sanctorum patrũ præcipiũt semper ei se recurrẽdũ ad maiorem sedem in causis episcoporũ,quod non solum a catholicis, sed etiã ab ipsis hæreticis obseruat, quia etiam clericus a solo episcopo iudicari non põt: & nisi Dñs Papa interiit vbi episcopus iudicatur, acephalum erit tale concilium.

e ¶Hæreticis.] Arg. ꝙ ab exemplis gẽtilium est argumentãdum, vt 11.q.1.facerdotibus.13.q.2.que

f ¶Inferioris.] int. 15.q.7.si autem.in fi.contra,vbi dicitur,quod solus episcopus illorum causas potest audire. Sed non excluduntur ibi clerici,sed alij episcopi, 15.q.7. episcopus nullus.

IN tantum.] CASVS. Dioscorus in tribus deliquit, qa .f per Regem fuit in thronizatus in ecclesia Constantinopolitana, vnde multi clerici recesserunt ab eo.Item quia factus fuit hæreticus. Post hæc duo dicta, ausus fuit excõicare Papam Leonem. vnde sancti patres apud Chalcedonem congregati ipsum damnauerunt, non tantum de hæreti, sed etiam quia ausus fuit suum maiorem excommunicare.

g ¶Præsumptionem.] Scilicet depositionem Ignatii.

a ¶Vt Dioſcorum.] Qui inthronizatus fuit per Regem rii. Vnde qui priuilegiis Roma. eccl. detrahit, hæreticus

1 Vt 16.q.7. cſane. Arc.

b ¶Quoniam ſecundis.] Videtur hic, ꝙ iudex in ſententia tenetur exprimere cauſam, quæ ipſum mouit, vt C.de iud.properandum,§.illo.& ff.de ijs,qui not.infa. l.quod ait,§.penult. arg. contra extra de ſentẽt.& re iudic.ſicut ad hoc dico, ꝙ ſemper tenet exprimere cauſam, ſi tñ nõ expreſſerit, tenet ſnia 2.q.6. biduum. ADDITIO. De hoc not.in prædi.c.ſicut. & extra lib 6.de ſent excommu. cum medicinalis.in prin. Archid.

c ¶Fidem.] Tantũ, ne ſit contra,ẽ 15.d. canones, circa medium,ver.quarta ſynodus.

Via ergo. Hæc d. diuidit in duas partes. Secunda ibi, [prima ergo.]

CASVS. Dictum eſt ſupra,quod maior à minori iudicari non poteſt. In hac vero 21.diſt.videndum eſt quæ dicatur prima ſedes, quæ ſecunda, & quæ tertia, & qui dem primum locum obtinet Roma. eccl. Alexandrina ſm, Antiochena tertium,& hoc probat Gratianus per 7. cap. ſequentia.

Eccleſiarum maiorũ ordo.

d ¶Quia ergo.] In hanc diſt.oſtendit ordinem maiorum eccleſiarum. Et primo oſtendit quem ordinem habuerunt ſecundum antiqua tẽpora. Secundo oſtendit quem ordinem habuerunt poſtea ſecundum moderna tempora. Secundum antiqua tempora talis fuit ordo. Prima fuit Romana eccleſia: Alexandrina ſecunda: Antiochena tertia: quarta Hieroſolymitana, vt inf.ea.§.1.& c 2.ſed Conſtantinopolitana nullũ locum habuit, vt inf ea.c. qua traditione:ſed poſtq̃ imperium fuit translatum Conſtantinopolim, Cõſtantinopolitana eccleſia obtinuit ſecundum locum poſt Ro.Alexandrina tertium,Antiochena quartum Hieroſolymitana quintũ & hoc dicitur inf.ea renouantes.extra de priuil antiqua

OMnes.]CASVS.Mediolanẽſes nolebãt Ro.ec ſeq, nec ei reuerentiã exhibere;ſed Nicolaus Papa probat,ꝙ Ro.ec. omnibus eſt prælata, & omnes alias inſtituit:& hoc probat duobus modis Primo quia illud verbum,per quod cœlum,& terra, & cætera elementa ſunt creata,dedit Petro poteſtatem cæleſtis,& terreni impe-

eedonem deteſtati ſunt, vt Dioſcorum [2] Alexandrinum antiſtitem inter cætera,idcirco potiſſimum ſine vlla reſtitutione damnauerint;quia in cõtumacia[a] permanens erga primæ ſedis Romanæ priuilegium,reſipiſcere a ſuis ſuperſtitionibus, vt ſeruaretur a prima ſede Apoſtolica,noluit: & ponens in cælo os ſuum, & lingua eius tranſeũte ſuper terram,excommunicationem in S.Leonem Papam dixtauit,ita vt in ſententia contra ipſum prolata, hoc videantur memorare præcipue,dicentes; [Quoniam ſecundis [b] exceſſibus priorem iniquitatem valde tranſcendit; Præſumpſit enim,& excommunicationẽ dictare aduerſus ſanctiſſimum,& beatiſſimum archiepiſcopum magnæ Romæ Leonem.]Nunquid ibi legitur inquiſitionem fuiſſe factam,vtrum iuſte, an iniuſte ipſam Dioſcorus excommunicationem dictaſſet?Non plane:ſed abſq; omni controuerſia hoc in eo vlti ſunt:quia cum eſſet inferior,potiorẽ quibuslibet conatus eſt laceſſere cõtumelijs, teſte Anatolio Conſtantinopolitano præſule: qui dicit. [Propter fidem [c] non eſt damnatus Dioſcorus:ſed quia excommunicationem fecit domino archiepiſcopo Leoni.]

2 Ordo litteræ.

Pſal.72.

In concilio Chalcedonen.act.4.

a ¶In contumacia.] Hinc vſque ad verb. ponens.addita ſunt ex originali.

DISTINCTIO XXII.

Via[d] ergo maior a minori iudicari non debet, videndum eſt, quæ inter cæteras eccleſias primum locum, quæ ſecundum, vel tertium obtineat. Romana eccleſia (ſicut ſupra dictum eſt) primum locum inter cæteras obtinet, Alexandrina ſecundum, Antiochena eccleſia tertium ab ea locum accepit.

Vnde Nicolaus Papa ij. † ſcribit Mediolanenſibus per Petrum Damianum legatum ſuum.

† *iunior*] Anſ.

¶Romana eccleſia cæterarum primatum tenet. Cap. I.

OMnes[e] ſiue patriarchij cuiuslibet apices,ſiue Metropoleon primatus,aut epatuum cathedras,vel eccleſiarum cuiuslibet ordinis dignitates,inſtituit Romana eccleſia. Illam vero ſolus ille fundauit, & ſuper petram fidei mox[f] naſcentis[g] erexit,qui beato æternæ vitę claui gero terreni ſimul,& cæleſtis[h] imperij iura commiſit.Nõ er-

Anſ.1,1.c.63.al.64.

nes ſ.prælatos,ſiue apicem cuiuslibet patriarchiæ,ideſt, patriarchatus,& per hoc patet quod ſolus Papa nouas facit dignitates.

3 Papa habens vtrũq; gladiũ,tranſtulit Imperium.

f ¶Mox.]ideſt,ab initio.

g ¶Naſcentis.] Quantum ad nouum teſtamentum.

h ¶Cæleſtis.] 3.Arg.ꝙ Papa habet vtrumque gladium ſcilicet ſpiritualem,& temporalem.63.diſtinct. tibi domino.& 15.q.6.alius,& cap nos ſanctorum.&c iuratos, & 1.q 4. quia præſulatus, & 16.diſtinct. duo tranſtulit enim de Græcia Imperium, vt extra de elect. venerabilem.Arg 96.diſtinct.duo 4 & 93 diſt.legimus,& 21. diſtin.§.1.

4 Et c.ſi Imperator. in prin. vbi de hoc & 2.q.6 §.item cum dicit, Arch.

a ¶In-

Digitized by Google

go quælibet terrena ſententia,ſed illud verbũ, per quod conſtructum eſt cœlum & terra, per quod denique omnia condita ſunt elementa, Romanã fundauit eccleſiam. Illius certe priuilegio fungitur, illius auctoritate fulcitur.Vnde non eſt dubium,quin quiſquis cuilibet eccleſię ius ſuum detrahit,iniuſtitiam [a] facit. Qui autem Romanæ eccleſiæ priuilegium ab ipſo ſummo omnium eccleſiarum capite traditum auferre conatur [b], hic proculdubio in hæreſim labitur;& cum ille vocetur iniuſtus, hic eſt proculdubio dicendus hæreticus.Fidem quippe violat,qui aduerſus illa agit,quæ mater eſt fidei: & illi contumax inuenitur, qui eam cunctis eccleſijs prætuliſſe cognoſcitur.*& infra.* ¶Vnde & ipſe S.Ambroſius ſe in omnibus ſequi magiſtram ſanctam Romanam profitetur [c] eccleſiam.

Lib 3. de ſacramentis.c.1.

Item Anacletus ſeruus Chriſti reſu ad omnes epiſcopos, epiſt.3.c.3.

¶Non ab Apoſtolis,ſed ab ipſo Domino Eccleſia Romana primatum accepit. Cap. II.

S Acroſancta Romana & Apoſtolica Eccleſia non ab Apoſtolis,ſed ab ipſo Domino Saluatore noſtro primatum obtinuit:& eminentiam poteſtatis ſuper vniuerſas eccleſias,ac totum Chriſtiani populi gregem aſſecuta eſt:ſicut ipſe B.Petro Apoſtolo dixit:[Tu es Petrus,& ſuper hanc petram ędificabo eccleſiam meã;& portę inferi non præualebunt aduerſus eã: & tibi dabo claues regni cœlorum,& quodcunq; ligaueris ſuper terrã,erit ligatũ & in cęlis:& quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutũ & in cęlis.] Adhibita eſt etiã ſocietas in eadem Romana vrbe Beatiſſimi Apoſtoli Pauli vaſis electionis,qui vno die, vnoq; tpe glorioſa morte cum Petro ſub principe Nerone agonizãs coronatus eſt: & ambo ſanctã eccleſiam Romanam cõſecrauerunt, alijsq; omnibus vrbibus in vniuerſo mũdo ſua pręſentia,atq; venerãdo triũpho prætulerunt. Et licet pro oibus aſſidua apud Deum omnium Sanctorum effundatur oratio; his tamen verbis Paulus Beatiſſimus Apoſtolus Romanus proprio chyrographo pollicetur dicens:[Teſtis.n.mihi eſt Deus,cui ſeruio in ſpiritu meo in Euangelio filj eius: ꝙ ſine intermiſſione [d] memoriã veſtri facio ſemper in orationibus meis. 2 ¶Prima ergo ſedes eſt cœleſti beneficio Rom.eccleſię, quam (vt memoratũ eſt) Beatiſſimi Petrus & Paulus ſuo martyrio cõſecrarunt. Secunda aũt ſedes apud Alexandriam B.Petri nomine à Marco [e] eius diſcipulo atq; Euãgeliſta conſecrata eſt; quia *a* & ipſe in Aegypto primum verbũ veritatis directus à Petro prædicauit: & gloriosũ ſuſcepit martyriũ,cui venerabilis ſucceſsit Abilius.Tertia uero ſedes apud Antiochiam eiuſdẽ,ideſt, B.Petri Apoſtoli nomine habetur honorabilis;quia illic,priuſquã Romã veniret,habitauit, & Ignatium epiſcopum conſtituit : & illic primum [f] nomen Chriſtianorum [g] nouellæ gentis exortũ eſt. *& poſt pauca.* ¶Inter Beatos Apoſtolos quędã fuit diſeretio †poteſtatis;& licet omnes eſſent Apoſtoli,Petro tamẽ à Dño conceſſum eſt (& ipſi inter

[a] ¶Iniuſtitiã.] Nec Papa det uni eccleſiæ detrahere 1. & dare alteri, vt 99.d. ecce.& ca. nullus.& 25 q.1. de eccleſiaſticis. nisi ſubſit cã, vt 9.q.1. cõqueſtus. & c. nunc uero, & cap. per principalem.

[b] ¶Conatur.] Solus ergo conatus hic punitur,ut 6.q.1 §.quęro vtrum. & 2. q.1. qui ſtudet. de pœnit. diſt. ſi quis.

[c] ¶Profitetur.] Arg. ꝙ confeſſio prælati nocet eccleſiæ ſuæ. arg.inf ea.de Cõſtãtinopolitana. in fi.

1 In cuiuſquam enim iniuriam beneficiũ tribuere noſtri moris non eſt, dicit Imperator. C. de emancip. nec auus.ar. ad hoc 14. q.5. deniq;. Archid.

S Acroſancta. ¶CAPVT. Capitulum hoc diuiditur in tres partes. In prima parte probatur Ro.Ecc. primã eſſe ſiue priorẽ, & alijs præferri. & hoc oſtenditur tribus modis. Primo auctoritate Chriſti dicentis: Tu es Petrus,&c.Secũdo in glorioſa morte Petri,& Pauli,qui Ro. Eccl. conſecrauerunt: & eam alijs ſui præſentia prætulerunt. Tertio ſpeciali oratione facta pro Romanis. In ſecunda parte, q incipit ibi, [Prima ergo.] dr ꝙ prima ſedes eſt Romana: Secunda Alexandrina. Tertia Antiochena in tertia parte, quæ incipit: ibi, [Et poſt pauca] diſcretio fuit inter Petrum & alios apoſtolos; quæ hodie eſt inter Papam & alios epiſcopos. Hoc etiã fuit in ueteri teſtamento. Vnde Moyſes & Aaron cæteris præfuerunt ſacerdotibus.

[d] ¶Sine intermiſſione.] Non tamen in quolibet initãti, ſed horis conſtitutis 2. ſic iJ. 31.d. ſi latcus. & 37. d. de quibuſdã.

2 Quaſi fieri ſine intermiſſione dicatur licet medius ſit interueniat. ar.ff.de duobus reis. l. duos,§.dño Archid.

[e] ¶A Marco.] Vt 24. q.1. cũ beatiſſimus.

[f] ¶Primum.] Vt 7. q. 1. mutationes.

[g] ¶Chriſtianorũ.] Primo enim omnes fideles fuerunt dicti diſcipuli,de conſect. diſt.

Rom.1.

Pann.li.4 c.4.

† *al. diſcretio.& licet.*

Polyc.li.1.tit 1. Anſel.li.1.c.7. Burc.li.1.c.159. Iuo p.5 c 269.

dist.21.prima vel fratres. 11.q.3.c.ad mẽ sam. sed postquam Apostoli fecerũt cõcilium Antiochenũ, dicti sunt Christiani. 24 q.1. rogamus.

se idipsum voluerunt) vt reliquis omnibus præesset Apostolis, & Cephas β ideſt caput, & principiũ teneret Apostolatus: qui & eandem formam suis successoribus, & reliquis γ episcopis tenendam tradiderunt. Et non solum hoc in nouo testamento est constitutum, sed etiam in veteri fuit: vnde scriptum est: [Moyses [a], & Aaron in sacerdotibus eius.] ideſt primi inter eos fuerũt. *& post panca.* ¶Hæc vero Apostolica sedes cardo & caput (vt prætactum est) omninm ecclesiarum à Domino, & non ab alio est constituta: & sicut cardine ostium regitur; sic huius sanctæ sedis auctoritate omnes ecclesiæ (Domino disponente) reguntur.

Psal. 98. Polyc. li. 1. tit. 1. Aniel. li. 1 c. 2. Burc. li. 1. c. 178, 1uo p. 5. c. 294.

[a] ¶Moyses.] Licèt Moyses & Aarõ primi & sũmi dicti sint sacerdotes: tamen Moyses fuit maior ꝙ Aaron in administratione, nõ quo ad consecrationem sacerdotalem. In hoc em̃ ambo pares fuerunt: Moyses tamen hostias non offerebat. sed vota offerebat pro populo, ut 36.d.si quis vu't. & 88.dist.decreuit. Itẽ & in hoc erat maior Moyses, quã Aaron: quia instruebat & redarguebat eum tanquam minorẽ 1, vt de pœn. dist. 3. inter hæc hircum.

1 Nam in hoc casu dr̃ quis minor alio. 2. q. 7. Paulus. Petrũ. Archid.

[b] ¶Constantinopolitanæ.] ¶Roma noua dicta ẽ Cõstantinopolis: quia Constantinus illuc cum aliis Romanis iuit, & eã cõstituit. vnde & Cõstantinopolis & Roma noua est dicta. 96. dist. Cõstantinus.

DE Constantinopolitana.] CASVS. Dicit Grego. in hoc ca. ꝙ nullus debet dubitare Cõstãtinop. ecclesiam esse Romæ subiectã: & tñ si quid boni hẽt ipsa, vel alia ecclesia, libenter sumere ab ea paratus est: qa stultus, &c. Nam cũ Constant. episcopus confiteatur eam esse subiectam Romanæ eccle. nullus de hoc dubitare debet.

[a] ¶De

[α] ¶Quia.] *Hinc vsque ad ver.* Tertia. *addita sunt ex originali, quemadmodum & alia nonnulla.*

[β] ¶Cephas.] *In euangelio Ioannis c. 1. Cephas (qua vox Syriaca est) exponitur κέφας, quod græce petram significat, idq; docet etiam B. Hieronymus in comm. epist. ad Galatas, c. 2. neq; credendum est ignorasse Anacletum, sed voluisse eam dictionẽ ad Græcam linguam eo tempore no: issimã referre. Quod fecit Cyrillus Hierosolymitanus catechesi decima in nomine (Iesus) non modo Hebraicã, sed etiã Gracã illi etymologiam tribuẽs. Atqui hoc ipsum nomen Cephas, Optatus Afer antiquus & probatus auctor. quem Hieronymus & Augustinus magni faciunt, lib secundo eodem modo, quo Anacletus, accepit, his vtens verbis:* Igitur nẽgare non potes, scire te in vrbe Roma, Petro primo cathedrã epãlem esse collatam in qua sederit omnium Apostolorum caput Petrus: vnde & Cephas appellatus est. *Et Isidorus lib. 7. etym. c. 9 sic de Petro loquitur:* Cephas dictus, eo quod in capite sit constitutus Apostolorum: Κεφαλὴ enim Græce caput dicitur. *Verum apud Burchardum & Iuonem sic habetur;* vt reliquis omnibus præesset Apostolis Cephas, ideſt vt Petrus principatum teneret Apostolatus.

[γ] ¶Et reliquis.] *In originali est*, & reliqui Apostoli episcopis.

Hac auctoritate Alexandrina ecclesia secundum à prima locum habere censetur. Sed postea in Constantinopolitanæ synodo ecclesia Constantinop. secundum à sede Apostolica locum accepit. Vnde in eadem synodo, ideſt, Constantinop. 1. c. 5 ita constitutum est.

¶Secundum à Romano Pontifice Constantinopolitanus obtinet locum. Cap. III.

CONstantinopolitanæ [b] ciuitatis episcopum habere oportet primatus honorem post Romanum episcopum; propterea quòd sit noua Roma.

Ex prisca versione, Poly. li. 2. tit. 22.

¶*Canon hic ex ijs est, quos Apostolica Romana sedes à principio, & longo post tempore non recepit; quod ex epistola 51 aliàs 53. Leonis Papæ primi ad Anatolium Constantinopolitanum, & alijs eiusdem epistolis facile est etiam cognoscere; itemq; ex duabus epistolis Leonis noui, vna aduersus præsumptiones Michaelis & Leonis. c. 28. altera ad eundem Michaelem. Sed multo clarius ex B. Gregorij epistola 31. lib 6. ad Eulogium Alexandrinum, & Anastasium Antiochenum: atque ex epistola Nicolai primi ad Michaelem Imperatorem; qua incipit,* Proposueramus. *Quamquam Constantinopolitani episcopi, Imperatorum potentia freti secundum locum Patriarchalium sedium sibi vsurparant: idque tandem pacis & tranquillitatis causa fuit ipsis concessum; sicut in antiqua. de primil. Innocentius Papa ijs declarauit.*

Item Gregorius Ioanni episcopo Syracusano, lib. 7 epist. 63.

Digitized by Google

¶Apostolicæ sedi Constantinopolitanam constat esse subiectam. Cap. IV.

Anſ.l 2.c.66.

DE constantinopolitana [a] ecclesia qđ dicunt, quis eã dubitet sedi Apostolicæ esse subiectam? quod & D. piissimus Imperator, & frater noster Eusebius eiusdẽ ciuitatis episcopus assidue profitentur? Tamen si quid boni, vel ipsa, vel altera ecclesia habet, ego & minores meos quod ab illicitis prohibeo, in bonis imitari paratus sum. Stultus [b] est enim, qui in eo se primum existimat, vt bona, quæ viderit, discere contemnat. *Idem eidem epistola 64.* Nã & Primas Bizanzenus [d] sedi Apostolicæ dicit se subijci, si qua culpa ut episcopis inuenitur, nescio [f] quis † ei subiectus non sit, cum vero culpa non exigit, omnes secundum rationem humilitatis [g] æquales iunius.

† al. ei episcopus subiectus.

¶Hoc caput sumptum est ex duabus epistolis eidem Ioanni episcopo Syracusano scriptis: sed in epi. 63. ex qua accepta est prior pars agitur de Constantinopolitana ecclesia: in sequenti vero 64 agitur de primate Byzaceno prouinciæ Africæ, non autem Constantinopolitano, quod videntur, & Gratianus, & Anselmus, apud quem eodem modo legitur, voluisse adducti fort asse summula illa, qua præposita est epistolæ Gregorij. Auctor quidem glossæ, quod Gratianum putauit sensisse, apertè exposuit.

Item Gelasius Papa I. ad Faustum magistrum legationis.

¶Constantinopolitanus episcopus auctoritate Romani Pontificis deponitur. Cap. V.

Iuo p.5.c.9.

QVa traditione maiorum, Apostolicam sedẽ in iudicium vocant? An secũdæ sedis Antistes, & tertiæ, cæteriq; bene sibi conscij sacerdotes depelli [i] debuerunt, & qui religionis extitit inimicus [k], depelli non debuit? Viderint ergo, si alios habent canones, quibus suas ineptias exequãtur. Cæterum illi qui sacri [l], qui ecclesiastici, qui legitimi celebrantur, sedem Apostolicam ad iudicium vocare non possunt, & Cõstantinopolitanæ ciuitatis episcopus, quæ vtiq; per canones inter sedes nullũ nomẽ [m]

a ¶De Constantinopolitana.] immo ipse Imperator eã fatetur subiectam Rom. eccles. vt in Auth. de eccl. ti in princ. coll. 9.

ADDITIO Et C. de sum. Trin. l. inter claras, l. au.

b ¶Stultus.] Stultus, ta, tum. dicitur quasi extultus, ab extollo, lis, quia se extollit, vel dicitur stultus, quasi statim virtus, ab vicisco, eris, quia stultus statim virtutem expetit nec deliberat. Vel dic, q̃ proprie stultus est qui per stuporem non mouetur iniuria: sæuitiam enim perfert, nec vltus est, nec vllo ignominiæ mouetur dolore, quia stultus est hebetior corde, vnde quidam ait. Ego me esse stultum existimo, fatuum esse non opinor, ideest, obtusis quidem sensibus, non tamen nullis secundum Pap. & Hug.

c ¶Dicere.] Arg. est hic contra seniores, qui erubescunt discere a iuuenibus. sic 38.d nullus, & 24.q.3.si habes. & 84.d peruenit. Item habes hic, q̃ maiores tenentur sequi exempla minorum si bona sunt. 1.q.1.si fuerit, &c. neque in homine. & 10 d. secundum.

Stultus vnde dicitur.

Senes nõ debent erubescere a iuuenib. discere.

d ¶Bizanzenus.] ideest, Constantinopolitanus primo. n. Constantinopolis dicta fuit Bizantium.

e ¶Subijci.] ita demum si qua culpa, &c.

f ¶Nescio.] q.d ex quo Constantinop. ẽps fatet se esse subiectã Rom. ecc. multo magis, & alij tenent fateri. Sic vt. q̃ confessio prælati nocet ecclesiæ, vt ext. de cano. mo. dilectus, & de ſent. & re iu. ſubborta. & de poſtul. prælat. hęc lo. 1. quod credo verum esse si de consentu tur capituli facta est in iudicio, vt extra de iu. caſuam & de proc c. 1. B.

Prælati confessio an noceat ecclesiæ

† De hoc teneas vt legit & not. extra lib. 6. de rest. præsentiũ. q̃ est Inno. 4. & no. ꝺ ele. du dũ. 2. Archi.

g ¶Humilitatis.] Hoc vult dicere, q̃ oẽs essent æquales, si oẽs vellẽt esse boni: sed quia aliqui peccare volunt, necesse est quod aliqui sint maiores qui puniant peccata eorũ: culpã eum cauſa ſubiectionis est nam non peccantes legi nõ ſubiiciuntur, vt in Auth. de inceſt. nup. §. ſive 20. coll. 2. 19. q. 2. duę sunt. Et aliter nõ posset consistere genus humanum nisi quidam essent maiores, & alii minores, sicut est in Angelis, vt 89. d. ad hoc.

Culpa est subiectionis cauſa.

QVa traditione.] CASVS. Acacius Cõstantinop. patriarcha cum esset in hæresi excõmunicauit Alexandrinũ, & Antiochenum patriarchas, & eos a suis sedibus fecit expelli, quia sibi non fauebant in suo errore, quare Gelasius Papa in illa synodo cõgregata excõmunicauit Acacium, & Cõstantinopolitanos ei fauẽtes, qui inciderant in hæresim iã dãnatã. Acacius vero Cõstantinopolitanus ẽt & cõplices conquerentes dicebãt, Papã non debuisse eos excõmunicasse nisi in synodo congregata, & sic volebant cogere Papam congregare concilium, vt de suo facto iterum cognosceretur in synodo, & hoc intendebant probare auctoritate quorundam canonum, quos callaciter inducebant. Sed Gelas. contra eos dicit, q̃ iustissime sunt damnati, cum illi iniuste condemnauerunt Alexandrinum, & Antiochenum patriarchas: nec auctoritates quas allegant, eos defendere possunt. 2.

h ¶Vocant.] Ad concilium faciendum 1.

i ¶Depelli.] Ab Acacio Constantinop. patriarcha.

k ¶Inimicus.] Acacius.

l ¶Qui sacri.] Ironice dicit.

m ¶Nullum nomen.] Quia tempore Gelasii Constantinopolitana ecclesia non habuit fm locum adhuc, vel nullum vocat propter hæresim ibi statutam.

2 De hac materia loquit 24.q.3. cum quibus.

3 Scilicet p̃pter damnationem alicuius, quasi Papa nõ possit sine concilio aliquẽ damnare. ep fasu est Hu.

Reno-

a ¶Enouantes.] ¶Similia.] Simile priuilegiū habet in quibuſdam, quia ad ipſum appellatur mediis prætermiſſis, vt 11.q.1.ſi clericus. Et quia deponit epiſcopum, vt videtur, 3.q.5. quia ſuſpecti. Et Imperator dicit, ꝙ idem iuris hēt in ſuis ſubditis, qđ Papa in ſuis vt in Auth.de eccleſ.tit.§.1.coll.9.Similiter Alexandrina eccleſia forte in prædictis ſimile habet priuilegiū Romanæ, vt 65.d. quoniam,&c. mos antiquus.

Appellatio pōt ad Papā omiſſo medio interponi.

Iure ſuo multis modis q̄ priuatur.

b ¶Priuſquam] Sic ergo aliqua eccleſia priuatur iure ſuo ſine culpa ſua, & hoc fit quandoque propter fauorē q̄ñq; ,ꝑpter odium. Propter fauorem multipliciter, vno modo vt hic alio modo fauore ſacerdotij, vt 54. diſti. frequens. Et alio modo propter vim conſecrationis, vt 14 q. 6 competimus. Quādoque propter fauorem religionis, vt extra de eccl.ædi.ad audientiā 2. Q̄ñque ꝑ ꝑ ſcandalum, vt extra de cler. ægro.tua Q̄ñque ꝑꝑ defectū ſacramenti, vt 34.d. ſi cuius. Itē ꝑꝑ odiū alterius, vt 70. diſt. neminem, 16.q 7.decernimus. Propter paupertatē 10.q.3.c. vnio. Item ꝑꝑ ordines, vt d 54 frequēs. Aliàs regulare eſſ, ꝙ nemo ſine culpa ſua priuādus ē iure ſuo, vt 16.q.7.inuentum & 56.d. ſatis peruerſum 1. Hic pot habere locum diſtinctio, ꝙ q̄ñque perdit priuilegiū ꝑꝑ fauorem, vt hic: q̄ñque ,ꝑpter enorme damnum, vt extra de deci. ſuggeſtum. q̄ñque ꝑꝑ abuſum 11.q.3.priuilegiū. q̄ñque ꝑꝑ delictum. 25.q 2 ita nos q̄ñque ꝑꝑ negligentiā, ff.de nūdinis l.1 q̄ñque ꝑꝑ cōtrariū factum. extra de priuil. ſi de terra. & c.accedentibus. Et no. ꝙ licet quis ſine culpa perdat priuilegium, nūquam tñ ſine cauſa. extra, vt lite non conteſt quoniam frequenter. §. porro. vnde verſus.

Paupertas, odium, vitium, fauor, & ſcelus, ordo,
Perſonas ſpolians, & loca iure ſuo.

1 De hoc ēt not. ext. de priuil. antiqua.

c Diſſinimus.] ¶Ac Hieroſolxmorum] Sunt & alij patriarchæ, vt Bituricen. Aquileien. vt 9.q.3.cōqueſtus. & c, nunc vero. inf. 32 d erubeſcant.

2 Scilicet q patriarchalibus ſedibus præſident, ut Piſanus, Bituricenſis, Gradēſis nā plures debēt eſſe qui in capite cuiuſque prouinciæ, c.1 99 d. &c. ſm Hu.

Breuiter.] Hæc diſtin. diuiditur in ſex partes, in quarum prima ponit quid iuris ſit de electione Romani Pontificis. Secunda ibi.] Epiſcopi vero.] Tertia ibi, [His igitur.] Quarta ibi, [Dalmaticis.] Quinta ibi, accepit: in communionem recidens perfidorum, non debuit ſubmoueri?

Item ex 6. ſynodo ſub Iuſtiniano congregata, c. 36.

¶Conſtantinopolitana eccleſia ſecundum a Romana obtinet locum. Cap. VI.

† *vρίζομεν, ideſt, ſtatuimus.*

Renouantes a ſancti Cōſtantinopolitani decreta cōcilij, petimus †, vt Conſtantinopolitana ſedes ſimi-lia priuilegia, q̄ ſuperior β Roma habet, accipiat, nec nō γ in eccleſiaſticis rebus magnificetur vt illa: ſed hæc ſecūda poſt illam exiſtens, prius quàm b Alexandrina ſedes numeret, deinde Antiochena, & poſt eam Hieroſolymitana.

a ¶Renouantes.] *Hic agitur de quinto illo canone prima ſynodi Conſtantinopolitanæ, de quo ſupra. eod. c. Conſtantinopolitanæ. dictum fuit. Et quod attinet ad omnes hos canones, qui ſexta ſynodo tribuuntur, videnda eſt notatio ad c. ſextum. ſup. 16.d.*

β ¶Superior.] *Ita habetur in aliquot vetuſtis exemplaribus: nā in vulgatis erat,* inferior, *Græcè eſt, τῆ πρεσβυτέρας ῥώμης, ideſt,* antiquioris, vel ſenioris Romæ, *vt inf. c. proxime. Omnino autem caput hoc longe breuius eſt in hac verſione, quàm in Græco exemplari, vno tantum loco copioſius, quod Antiochenam numerat ſedem, cuius in Græco vulgato nulla mentio.*

γ ¶Nec non.] *Sic emendatum eſt ex aliquot manuſcriptis, & Græco, antea enim legebatur,* non tamen,

Hinc datur intelligi, quod Alexandrina eccleſia de ſecunda facta ſit tertia, & Antiochena de tertia ſit quarta, niſi forte quis duas contendat eſſe ſecundas, vt Conſtantinopolitanam, & Alexandrinam parem ſuæ dignitatis velit locum obtinere.

Vnde in 8. ſynodo habita ſub Hadriano Papa ii. cā. 21.

¶Quæ in Patriarchalium ſedium, primum, vel deinceps teneant locum. Cap. VII.

Deus dedit p. 3. Anſ. l 2. 72.

Diſſinimus neminē prorſus mundi potentū, quemquā corū, qui Patriarchalibus præſunt ſedibus, inhonorare, aut mouere a proprio throno tentare: ſed oī reuerētia, & honore dignos iudicare, præcipue quidem ſanctiſſimum Papā ſenioris Romæ, deinceps aūt Conſtantinopoleos Patriarcham, deinde vero Alexādriæ, ac Antiochiæ, ac Hieroſolymorum.c

DISTINCTIO. XXIII.

Breuiter d quæ inter Eccleſiaſtica officia ſit differentia, monſtrauimus. Nunc a ſum-

CASVS. Supra oſtenſum eſt, quæ differentia ſit inter eccleſiaſtica officia, & miniſtros eccleſiæ in illo c. cleros. In hac vero 23 d. oſtenditur qualiter quique debet ordinari a ſummo vſque ad vltimum gradum.

d ¶Breuiter.] In hac diſt. 23. oſtenditur qualiter ſinguli ordines

dines sunt conferendi. Et primo ostendit qualiter debet Papa eligi, & ordinari 1. Secundo qualiter ordinandus in episcopum debeat examinari 2. Tertio qualiter episcopus, & alii inferiores sint ordinandi 3. Quarto annectit de habitu clericorum, & quod moniales non debeant

fix, ordinandi Rom. eccl. si intronizari non potest. In tertia parte, quæ incipit ibi. [Quod si quis contra hoc.] maledicitur ei qui contra hoc decretum fuerit ordinatus cum suis fautoribus, pœna depositionis adiuncta, & benedicitur omnibus obseruatoribus. Et no. quod ab illo verbo, [Nouit beatitudo,] vsque in finē. sunt verba Nicolai.

¶ Casus. §. seq. per se patet.

a ¶ In nomine.] Hæc sunt verba Notarii vsque ibi, [Nouit beatitudo.]

ADDITIO. Sic 8. q. 3. Artald'. 16. q. 1. hinc est etiam, & 1. q. 7. conuenientibus argum.

b ¶ Indictione.] Indictio dicitur spatiū trium lustrorum.

c ¶ Patriarchij.] In quo Papa residet.

d ¶ Trapezitas.] .i. campsores.

e ¶ Adeo.] Hic tangitur latenter quod legitur in chronicis, ꝙ Benedictus x. qui successit Stephano, electus de pontificatu, & factus est Papa Ioannes Sabinē. episcopus pro pecunia 4, cui impositū est nomē Syluester. & iste etiā deiectus est; & deinde reparatus, & restitutus est Benedictus, & iterū electus est Benedictus, & datus papat' Ioāni archiepresbytero ante portā Latinam, cui impositū est nomē Gregorius & hic ab Henrico Imperatore est depositus, & vltra mōtes translatus est. hoc totum uno anno factum est, & propter hoc datum fuit priuilegiū Henrico de quo hic fit mentio.

f ¶ Futuris casib.] No. ad cautelam tu

Multiplex Papæ mutatio.

4 Nunquid iste sic electus, posset accusari de simonia? arg. q. sic. 79. dist. si quis pecunia. vbi de hoc. infra eod. dist. c. 1.

t Inf. eo. c. 1. 3. inf. eo. c. 2. 3. inf. eo. c. 3. &c se. annectit. & quid iuris sit si aliqua ortta fuerit contradictio in cōsecratione episcopi. & de professione obedientiæ, quam debēt inferiores facere suis prælatis. inf. eo. c. illud. & c. seq. Ioan. de Fan.

mo incipientes, & vsque ad vltimum gradum descendentes, qualiter quisque eorum debeat ordinari, sanctorum auctoritatibus ostendamus.

Vnde Nicolaus Papa ij. in concil. Lateranensi.

¶ Decretum Nicolai Papæ de electione summi Pontificis. Cap. I.

Pann. l. 3. c. 1.

†*al. reuerentissimo*

IN nomine [a] Domini nostri & Saluatoris Iesu Christi. Anno ab Incarnatione eiusdem MLIX. mense Aprili, indictione [b] xij. propositis sacrosanctis Euangelijs præsidente quoque reuerendissimo †, ac beatissimo Nicolao Apostolico Papa in basilica Lateranensis Patriarchij [c], quæ cognominatur Constantiniana, considentib. etiam reuerendissimis episcopis, abbatibus, presbyteris, diaconis, idem venerabilis Pontifex auctoritate Apostolica decernens de electione summi Pontificis, inquit. ¶ Nouit beatitudo vestra dilectissimi fratres, & coepiscopi, inferiora quoque membra Christi non latuit, defuncto piæ memoriæ Domino Stephano prædecessore nostro, hęc Apostolica sedes, cui auctore Deo, deseruio, quot aduersa pertulerit, quot deinde per simoniacæ hæresis trapezitas [d] repetitis malleis, crebrisque tunsionibus subiacuerit, adeo [e], vt colūna Dei viuentis iam iā pene videretur concussa nutare, & sagena summi piscatoris procellis intumescentibus cogeretur in naufragio profundo submergi. Vnde, si placet fraternitati vestræ, debemus, auxiliante Deo, futuris casibus [f] prudenter occurrere, & ecclesiastico statui, ne recidiua † (quod absit) mala præualeant, præcauere. Quapropter instructi prædecessorum nostrorum, aliorumque sanctorum Patrum auctoritate,

†*al. recidiua.*

†*al. episcopi.*

decernimus, atque statuimus, vt obeunte huius Romanæ vniuersalis ecclesiæ Pontifice, in primis Cardinales episcopi diligentissime simul de electione tractantes [g], mox Christi † clericos Cardinales adhibeant: sicque reliquus clerus, & populus ad consensum nouæ electionis accedat, nimirum præcauentes, ne venalitatis morbus aliqua occasione subrepat. Et ideo religiosissimi [h] viri præduces [i] sint in promouenda Pontificis electione, reliqui autem sequaces. Certus vero, atque

5 Electionē tractatus p̄cedere dēt.

6 Et not. ꝙ hinc ēt colligit, ꝙ clerici prius deberent in aliquem cōsentire, & postea aliis religiosis viris, vel laicis renunciare Lau.

debent contingere sacra vasa.

IN nomine Domini. CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima parte ponūtur verba notarii. In secunda parte, quæ incipit ibi, [Nouit beatitudo.] dicit Nicolaus, ꝙ mortuo Stephano Papa, ecclesia multas passa fuit tribulationes & iniurias: & ideo volēs futuris casibus prouidere, statuit, vt quoties mortuo Papa electio de successore eius imminet facienda, conuenire debeant Cardinales, & vocare qui vocandi sunt, qui debent eligere vnum de seipsis, si ibi idoneus inueniatur: alioquin de alia ecclesia eligatur, & consecrabitur a Cardinalibus; sicut archiepiscopi cum episcopis suis consecrant, & confirmant episcopos & hæc electio fiat in ciuitate Romana, vel alibi in necessitate, & ex sola electione habeat potestatē disponendi de rebus eccle-

turorum aliquid statui, vt 63. dist. cum Hadrianus, & 1. q. 7. conuenientibus. ff loc. si quis domum. §. 2. arg. contra. quia non imputatur alicui si nō damnauit ecclesia, vt extra, vt eccles. bene, vt nostrum. ff. ad leg. Aquil. l. si putator.

g ¶ Tractantes.] 5 Videtur, ꝙ electionem semper debet præcedere tractatus: alioquin electio nulla esset, sicut alienationem debet præcedere tractatus, vt 12. q. 2. sine lo. quod hodie expressum est extra de electi. in Genesi. & c. quia propter B 6.

h ¶ Religiosissimi.] idest, episcopi Cardinales.

i ¶ præduces.] inf. distinct. 89 c. 1. contra. Sed hic dixit præduces, non respectu Cardinalium, sed aliorum clericorum. Vel religiosos appellat hic episcopos Cardinales,

Digitized by Google

a ¶ Legitimus.] Idest, canonicus.

b ¶ Nulla.] dist. 62. c. 1.

c ¶ Funguntur.] Non tamen ideo sunt maiores Papa, quia consecrant eum, quia suffraganei cõsecrant Metropolitanum, non tamen ideo sunt maiores, vt 66. dist. c. 1.

d ¶ Gremio.] Ergo aliqs in Romana eccles. pôt esse nõ idoneus ad papatum, & sic est contra. 21. dis. quamuis ĩ fi. vbi dr, qp ibi non est macula, nec ruga, sed bene potest esse, qp omnes sunt sancti, non tamẽ omnes sunt idonei ad papatum, vel quia sunt corpore uitiati, vel aliud habẽt impedimentum. Itẽ habes hic, qp semper de clericis ipsius ecclesiæ, eligendus est prælat[3], si ibi est idoneus, vt 61. dist. nullus &c. obstũ & 69. dist. Metropolitano. idem in abbate, vt 18 q. 2 quamuis sit 1, & tunc sufficit, quod sit bonus 2, sed si de altera ecclesia eligitur, requiritur quod sit optimus, vt dicũt quidã, & est argu ad hoc ff. de tutori. & curatori. diuus. De hac materia plene inuenies. 8. q. 1. licet Io. & tamen tali iuri potest renunciari. vnde si maior pars capituli eligit de alia ecclesia, valebit electio. ext. de elect. cum nobis olim. & cap. cum inter canonicos, & capit. in cauſis licet Ioan. dixerit contra: & sufficit etiam tũc, quod sit bonus, vt in prædi decreta. cum nobis 8.

e ¶ Personaliter hoc.] Ex his verbis apparet personale priuilegium hoc fuisse: & ideo ad alios non protenditur. ff. de censi. ratem. & 7. q. 1 petitti. & 16. q. 1. hinc etiam.

f ¶ Fieri in vrbe.] Sẽper cũ ibi facienda est ordinatio, & examinatio, clericorũ, vt 24. dist qũ. & si alibi fit electio, ijdm loco ad hoc determinato, electio est nulla, vt extra de elect. venerabilem nisi subsit causa, vt hic dicitur, & 69. dist. quanto. & extra de elect. bone memoriæ.

ADDITIO. Nã duæ partes Cardinalium semper debẽt adesse. ext. de elec licet nisi sint valde remoti. Io. de Fã.

g ¶ Laicis licet.] Hoc tantum ad laicos refertur.

h ¶ Et disponendi ff aliis prælatis secus est. nam illi ante confirmationem 3, non habent ius administrandi, quam est electus, nihilominus pro possessore est habendus, vt 92. dist. si quis episcopus. & extra de rest. spol. sape. sed illa. cap. loquũtur quando impeditur per aduersarium: secus posset dici quando impedimentum est in seipso: puta quia nondum est consecratus ext. de do. & comu contingit.

i ¶ Audientia.] Hic habes casum ubi alicui denegatur audientia, scilicet in casu intrusionis. & 3. q. 1. § pater. Item vt extra de elec. nosti. nisi sint archiepiscopi transmontani. extra de cle. qp sicut. Vel nisi sint exẽpti, q si transmontani sunt. statim possunt administrare, vt extra de elect. nihil sed certe videtur, qp in omnibus idem iuris est, vt si electus non posset intrare possessionem rei ad quam

3 Subaudiũt quidem, & installationem. Alij dicunt solã cõfirmationẽ sufficere: & hoc verius. De hoc not. Inno. ext de eau. pos cum sup. in gl. 1. ibi uideas.

Consecratus est inferior consecrato. Papa an possit esse quis nõ idoneus.

Eligẽdus an debeat esse de gremio ecclesiæ.

1 Et c. Abbatem. 72 Arc. 2 Ad hoc extra de ele cũ nobis olim. immo sufficit ne malus exaltat, ut 16 q. fin. mona sterium.

1 Electio quæ fit in loco nõ determinato nulla est.

Electus ante confirmationem non ad ministrat.

Audiẽtia est multipliciter deneganda.

legitimus[2] hic electionis ordo perpenditur: si perspectis diuersorum Patrũ regulis, siue gestis, etiã illa beati Leonis prædecessoris nostri sententia ı ecolatur: [Nulla [b], inquit, ratio finit, vt inter episcopos habeantur qui nec a clericis sunt electi, nec a plebibus expetiti, nec a comprouincialibus episcopis cum Metropolitani iudicio consecrati.] Quia vero sedes Apostolica cunctis in orbe terrarum præfertur ecclesiis; atque ideo super se Metropolitanum habere non potest: Cardinales episcopi proculdubio Metropolitani vice funguntur [c], qui videlicet electum episcopum ad Apostolici culminis apicem prouehant. Eligitur autem de ipsius ecclesiæ gremio[d], si reperitur idoneus, vel si de ipsa non inuenitur, ex alia assumatur: saluo debito honore, & reuerentia dilecti fili nostri Henrici, qui in præsentiarum Rex habetur, & futurus Imperator Deo concedente, speratur; sicut iam sibi concessimus, & successoribus illius, qui ab hac Apostolica sede pſonaliter **hoc**[e] ius impetrauerint. Quòd si prauorum, atque iniquorum hominum ita peruersitas inualuerit, vt pura, sincera, atque gratuita fieri in vrbe[f] non possit electio; Cardinales episcopi cum religiosis clericis, catholicisq; laicis, licet [g] paucis, ius potestatis obtineant, eligere Apostolicæ sedis Pontificem, vbi congrue viderint. Plane, postquã electio fuerit facta, si bellica tempestas, vel qualiscumq; hominum conatus malignitatis studio restiterit, vt is qui electus est, in Apostolica sede iuxta consuetudinem inthronizari non valeat: electus tamen, sicut verus Papa obtineat auctoritatem regendi Romanam ecclesiam, & disponendi [h] omnes facultates illius: quod beatum Gregorium ante suam consecrationẽ fecisse cognouimus. Quod, si quis contra hoc nostrum decretum synodali sententia promulgatum, per seditionẽ, vel præsumptionẽ, aut quolibet ingenio electus, aut etiam ordinatus, seu inthronizatus fuerit, auctoritate diuina, & sanctorum Apostolorũ Petri & Pauli, perpetuo anathemate cũ suis auctoribus, fautoribus, & sequacib. à liminib. sanctæ Dei ecclesiæ separatus abijcitur, sicut Antichristus inuasor, & destructor totius Christianitatis: nec aliqua † super hoc ei audientia [i] reseruetur: sed ab omni ecclesiastico gradu, in quocũq; fuerat prius, sine retractatione deponatur; cui qsquis adhæserit, uel qualmecũque tamquam Pontifici reuerentiã exhibuerit, aut in aliquo eum defendere præsumpserit, pari sententia † sit mãcipatus. Quisquis autẽ huius nostræ † decretalis sentẽtiæ

† al. aliquando.

† al. sentem.

† al. nostri.

Digitized by Google

Item & in casu schismatis, vt 23.q.5.non vos. Item cum quis recipit ecclesiam de manu laici, vt 16.q.7. si quis deinceps. Item cum quis excõjcat suum maiorem, vt 21.dist. intantum vnde vi & spoliatus pro aliquo istorum casuũ non possit petere restitutionẽ, ex quo ei denegatur audientia. Ar contra extra de rest.spol.in litteris. Ioã.Sol. quilibet spoliatus restitui dẽt, nisi poliatus fit à iudice iusta de cã, vt extra de rescrip. dilectus 1.& nisi in casib exceptis.vt extra de resti.spol litteras,&c. ex transmissa.3 q.1.in summa.nec excommunicatus di recte potest restitutionem petere 2, vt extra de except. cum infer 3.q.1 in summa.vbi de hoc. Bet.

maledictorum duo sunt genera.24.q.3.cum Sancti.

EPISCOPI VERO. Hæc est secunda pars distin. in qua ponit quę sunt quærenda in episcopo tempore consecrationis. Ioan de.Fan.

& Casus huius §. per se patet.

temerator extiterit, & Romanam ecclesiam sua præsumptione confundere,& conturbare contra hoc statutũ tẽtauerit,perpetuo anathemate;atque excommunicatione damnetur; & cum impijs, qui non resurgent in iudicio, reputetur; omnipotentis iram cõtra se sentiat,& sanctorum apostolorum Petri & Pauli quorum ecclesiam præsumit confundere e)in hac vita,& in futura furorem [a] sentiat:fiat habitatio eius deserta,& in tabernaculis eius nõ sit q inhabitet: fiãt filij eius orphani,& vxor eius vidua: commotus amoueatur ipse, & filij eius, & mendicent, & eijciant de habitationib.suis: scrutetur fœnerator omnem substantiam eius,& diripiant alieni labores eius:orbis terrarum pugnet cõtra eum, & cuncta elementa [b] sint ei cõtraria, & omnium sanctorum quiescẽtium merita illum confundãt [c]:& in hac vita super eum apertam vindictam ostendãt [d].Obseruatores autem huius nostri decreti omnipotentis Dei gratia protegat,& auctoritas beatorum apostolorum Petri & Pauli ab omnium peccatorum vinculis absoluat.

¶ Huius decreti integrum exemplum est in vetustissimo libro Abbatiæ monasterij Farfensis literis Longobardicis ante annos pene quingentos scripto,& alibi.

2 Episcopi vero,& cæteri ordines infra cõstituti qualiter ordinari debeant,ex auctoritate Carthaginensis concilij quarti,c.1.cui interfuit Augustinus tẽpore Honorij Augusti ostendamus ab eorum examinatione incipientes.

Psal.1. Psal.68. Psal.108. Sap.5.

¶ Quomodo sit examinandus,qui in episcopum eligitur. Cap. II.

Ordo Romanus pag.95. Burch. l.1 c 8. Iuo par.5.c.62. Polyc.l.2.tit.9.

QVi episcopus ordinandus [e] est, antea examinetur [f], si natura sit prudens, si docibilis [g], si moribus temperatus [h], si vita [i] castus, si sobrius,si sp suis negotijs cauens k, si humilis,si affabilis, si misericors,si literatus, si in lege Domini instructus, si in scripturarũ sensibus cautus, si in dogmatibus ecclesiasticis exercitatus; & ante omnia,si fidei documẽta [l] verbis simplicibus [m] asserat [n], id est,patrem,& filium,& spiritum sanctum vnũ Deũ esse confirmans totamque Trinitatis deitatem coessentialem, & consubstantialem,& coæternalem,& coomnipotẽtem prædicans; si singulas † quasque in Trinitate personas plenum Deum, & totas tres personas vnum Deum; si

† al. singulam quamque personam.

Qui episcopus.] CASVS. In hoc e ostendit quot & quæ ab electo in episcopum & cõmando sint q̃renda tpe consecrationis:i quibus si inueniatur instructus,ab omnibus episcopis consecretur præsente archiepiscopo, vel auctoritatẽ præstante.

Consecrandus an sit ante examinandus.

c ¶ Ordinandus.] id est cõsecrãdus: quia tunc est scrutinium faciendum.

f ¶ Examinet.] Ista examinatio non est facienda, nisi circa ignotos 47 dist. de Petro.& 94 dist.valde. & hoc verum est de scrutinio electionis: nisi forte sũmatum et am circa notum quæreret de modo eligendi,& de ijs quę habet extra de elect cum in cunctis Scrutinium autem quod fit in consecrando, illud nunquam est omittendum,etiam circa notum, vt hic, & 64 di. c.1.2.&3.& 7 dist. c.1. immo reppellit & si in vno deficiat. 38 dist.q.ipsis

3 Arg. ad hoc in1.dist. prox nullus vbi de hoc.

g ¶ si docibilis.] Melius diceretur, docilis qa homo est docilis & doctrinalis liber docibilis.quãdoque tamen ponitur vnũ proalio, vt hic: & Ioan In Euãg. Et erunt omnes docibiles Dei debet autem rationẽ reddere omni poscenti 36 dist c. qui eccles. §. ecce.

Docilis & docibilis differunt.

h ¶ Temperatus.] infra.ti.q.3.illa præpositorum.

i ¶ Vita.] infra dist. 53.legem.

k ¶ Cauens.] Nã propter similitudinẽ reppellitus quis vt 39.dist.Petrus.sed iam promotus non deponitur: sed ei coadiutor datur.7 q.1.quia frater noster.

l ¶ Fidei documenta.] id est, fidem.

m ¶ Simplicib.] id est, apertis non implicitis, extra de sum.trin firmiter.& sup.dist.4 erit autem. non inuisitis 4.infr.dist 36.illiteratos melius 37.dist.relatum.arg. ad testes repellendos.arg 4 q.3.si testes.§.item in testibus arg. contra instrumenta.

n ¶ Asserat.] Profiteri debet q̃ obseruabit patrum regulas in Authen.quomodo oportet episcopos: §. ad nos ergo,circa princ.coll.1.

1 Ad idem 7.q.1. præsentium.64. distin quotundã. Archidia.

2 Idem no. Inno. extra de concess. præben.cum nostris. in gl pen iuxta finem,& facit qđ not. 2.q.7 § verũ in gl. ecc. in fin Arch.

4 Vñ Apollonius ad Timo. profanas vocum nouitates deuita Io. de Fan.

incarnationē diuinam non in patre, neque in ſpiritu ſancto factam, ſed in filio tantum credat vt qui erat in diuinitate Dei patris filius ipſe fieret ī homine hominis matris ex matris viſceribus habens, & animam humanā rationalem, ſimulque in eo veritas vtriuſque naturæ. idem Deus & homo una ꝓſona, vnus filius vnus Chriſtus, vnus Dominus creator omnium, quę ſunt, & auctor, Dominus, & rector cum patre, & ſpiritu ſancto omnium creaturarum q̄ paſſus ſit vera carnis paſſione; mortuus vera corporis ſui morte, reſurrexerit vera carnis ſuę reſurrectione †, & vera animæ reſumptione; in qua venit iudicare viuos, & mortuos. Quærendum etiam ab eo, ſi nouī & veteris teſtamenti, id eſt legis, & Prophetarum, & Apoſtolorum vnū eundemque credat auctorem, & Deum: ſi diabolus nō ꝑ conditionē[a], ſed per arbitrium factus ſit malus. Quærendum etiam ab eo ſi credat huius, quam gītaemus, & non alterius carnis, reſurrectionem; ſi credat iudicem futurū, & recepturos ſingulos pro his, quę in carne geſſerūt, vel pœnas, vel prēmia†; ſi nuptias non prohibeat†; ſi ſecūda matrimonia non damnet, ſi carnū perceptionem nō culpet; pœnitentibus reconciliatis communicet, ſi in baptiſmate omnia peccata, id eſt tam illud originale cōtractū, quām illa, quæ voluntarie admiſſa ſunt, dimittātur: [b]ſi extra eccleſiam catholicam nullus ſaluetur. Cum in his omnibus examinatus, fuerit inuētus planè inſtructus, tūc cū conſenſu clericorum, & laicorum[d], & conuētu totius ꝓuinciæ epiſcoporū, maximeque metropolitani vel auctoritate, vel prēſentia, ordinetur epiſcopus. Suſcepto in nomine Chriſti epiſcopatu. nō ſuæ delectationi, nec ſuis motibus, ſed his Patrum diffinitionibus acquieſcat [a].

† al. receptione.

† al. gloriam. † al. improbet.

¶ *Caput hoc integrum extat in ordine Romano, additis ad initium his vocibus,* Statura eccleſiaſtica, *cui ſimilem titulum tota Chartaginenſi quarto concilio eſſe præpoſitum in aliquot veteribus codicibus teſtantur illi, qui tomos conciliorū ediderūt.*

a ¶ Acquieſcat.] *poſt hoc verbum tam in concilio, quām in ordine (ſequitur).* In cuius ordinatione etiam ætas requiratur quā ſancti Patres in præeligendis epiſcopis conſtituerunt.

Item Iſidorus de eccleſiaſticis officijs, lib. 2. c. 2.

¶ Qualis eſſe debeat clericorum conuerſatio. Cap. III.

3 HIs igitur lege Patrum cauetur, vt à vulgari vita ſecluſi à mundo voluptatibus ſeſe abſtineāt; nō ſpectaculis[c], nō pompis intereſſint; cōuiuia publica fugiāt priuata non tantūm pudica [f], ſed & ſobria colant; vluris nequaquam incumbant, neque turpium occupationes lucrorum, fraudiſque cuiuſquam ſtudium appetant; animos 3. & quotidie eſurire debent, & eſſe cum vacuo ventre, vt infra de conſecr. diſtinct. 3. dicit tibi.

Refertur in concilio Moguntino primo, c. 10.

3 Scilicet, vt non dicantur ibi veſtiant impudica, vel inhoneſta 44. di. cōuiuia, ſecundum. Hug.

a ¶ Pecuniæ.]

1 Sub. non neceſſitatē.

* *Nec diabolus fit peior, nec Angelus melior; neque eorum meritum vel demeritum augetur niſi quo ad pœnam, vel præmiū accidentale: Vide Beatū Tho. 4 diſt. 50. ar. 1 q. 6 & 1. pa. q. 62. ar. 9.*

* *Per ſacramentum ex attrito quis fit contritus, iō dimittuntur peccata nō tantū oſtendūtur dimiſſa. Vide* B. *Tho. 4 diſtin. 4. q. 2. art. 1. q 1. ad primum. & diſtin. 6. q. 1. a. 3. q. 1. ad quintū & 1. par. q 69. ar. 4. ad ſecundum.*

2 Sed remanet inigitas ipſa, i. fomes peccati de pœn dist 4 c. ille Rex & videas quod legitur, not. de conſ. dist. 4. c. 2. & cap. non ex quo. Arch.

Electioni poſſunt laici contradicere.

a ¶ Non per conditionem.] Ideſt, per creationem 1. vult. n. dicere q̄ non eſt creatus malus, vt quidam dīxt, ſed ex libero arbitrio factus eſt malus, immo adhuc habet liberum arbitriū, ſed illud eſt ad malum tātū: alioquin, ſi non haberet liberum arbitriū, non demereteſ 23. q 3. valis ita immo quotidie fit* peior. ſimiliter angelus habet liberum arbitriū, ſed illud eſt tm̄ ad bonū, & q̄d quotidie mereatur, & ſic melior. Homo habet liberū arbitrium æque ad bonū & ad malū, vt 23 q. 4. Nabuchodonoſor.

f ¶Duci.] Arg. hic q̃ laicus de mandato superioris potest suspendere clericos, & excõmunicatio est iurisdictionis potius quam ordinis. arg. extra de elec. trãsmissam. nam electioni possunt interesse laici 64. distin. Hadrianus. & c. in synodo & ar. 96. distin bene quidam. &c. nos ad fidẽ. & causis matrimonialibus. 33. quæst 5. ad sedem circa me. 2. q. 5. Mennam. Ioan Hoc tamen ui detur alienum a laico, cum de rebus spiritualib. se non intromittat, ut extra de iudi. decernimus, immo ut ibi dicitur prohibetur prælatis, ut talia laicis non committant, tamen dominus Papa, qui habet plenitudinem potestatis, eis posset committere, ut excommunicarent. 2. q. 5. Mennam Bar.

g ¶Officium.] Hug. istud intelligit de notorio simoniaco, sicut de notorio fornicatore. melius credo, q̃ etiam occultus simoniacus suspensus sit, si est simoniacus in ordine, vt 1. q. 1. reperiuntur. suspensus est enim quo ad se, & quo ad alios. Hoc ideo dicit: quia quilibet peccator suspensus est quo ad se, licet non quo ad alios 1. præter notorium fornicatorem, & occultum simoniacum, vnde ab occulto simoniaco in ordine, quem scis esse simonacum, nõ debes recipere sacramenta, vt dixi 1. q. 1. si quis a simoniacis. & probat extra de simo. g tuus, sed a quolibet alio, qui adhuc toleratur, potes recipere. q̃ licet quilibet peccator sit quo ad se suspẽsus, vt 1. q 1. sacerdotes nõ tñ quo ad alios, vt hic patet, & 55. q. vlt c. vlt sic q̃nque aliquis est suspẽsus quo ad alios, & non quo ad se, vt extra de cler. peregrinantes. h ¶Porro.] Hęc sunt verba Vrbani.

i ¶Si.] Exponitur, ideſt, quamuis.

k ¶ Præsumuntur.] ideſt, præsumptiue conficiuntur.

l ¶Sed agẽtibus.] Ab illo loco vsq; ad illũ locũ, cęterũ, agit de simoniaco, & de fornicatore. & ab illo loco vsq; ibi, scié dũ, loquitur de hæretico. & schismatico, & tres innuẽtur differẽtię inter hos duos, ſ. simoniacũ, & fornicatorẽ, & inter hos duos, ſ. hæreticũ & schismaticũ Primacii, q̃ simoniacus & fornicator tpe necessitatis conferrũ duo sacramenta ſ. baptismum & corpus Christi; sed illi 2, baptisma tantum. Secunda est, quod isti conferunt sacramentũ & effectum sacramenti, illi tantum sacramentum * 3. Tertia : quia ordinati ab istis recipiuntur sine manus impositione, sed ab illis non. 1. q. 1. manus. & ca. quod quidam

m ¶Contra præfatorum.] Nicolai & Gregorij Et sic patet, q̃ hic tñ loquitur de simoniacis, & fornicatoribus.

n ¶Instituta.] Scilicet ob sunt.

o ¶Vel communione. Sic ergo ab istis recipitur Eucharistia, sed non ab hæreticis tvt 24. q. 6 si quis dederit 4.

p ¶Talibus.] Sacerdotibus.

q ¶Et ordinationum.] ideſt, ordinum.

r ¶Et sacramentorum.] Aliorum.

ſ ¶Confectio.] improprie dicuntur ordines confici.

t ¶De malis.] Hæc litera bene innuit, q̃ ab illo loco, porro ad hæc, &c. usque huc, tantũ de malis catholicis intelligitur, non de præcisis. nec contradicit illud contra Donatistas, quia Vrbanus inducit auctoritatem Greg a minori. Nam hic dicit de sacramentis Donatistarum,

Simoniacus an sit suspensus,

† De hoc ẽt not 50. d. de his uero: in glo ulti. ibi uideas.

Simoniacus & fornicator triplicit er differũt.

2 Scilicet hæreticus & schismaticus.

* *Nisi in casu necessitatis; quia q̃ a præciso accipit sacramentum extra casum necessitatis, peccat: non item qui a malo. B. Th. p. 3. q. 64. ar. 9. ad 3. & art. 9. ad 2. & q. 57. art 5.*

3 Et nõ corpus Christi 24. q 1. c. ul. & quæ sit ratio not. supra. ea. q. §. sed illud. Arch. 4 Et hoc est propter ipsius Eucharistiæ reuerẽtiam. arg. de consecrat 4. pg regulam.

K ¶Neceſſarior] immo eſt ianua omnium ſacramento rum.1.q.1.ſi quis confugerit. de conſecr. d.4.his vero. extra de presby non baptiza. veniens.

PROHIBENTVR. Hęc eſt 4 pars diſt in qua probatur qualiter debeant puniri omnes qui in ſacris recipiunt

reticorum ſacramenta, quoniam extra eccleſiam ſunt, iuxta ſanctorum Patrum traditiones, ſcilicet Pelagij, Gregorij, Cypriani, Auguſtini, & Hieronymi, formā[a] *quidem ſacramentorum, non autem virtutis effectum habere profitemur, niſi cum ipſi, vel eorum ſacramentis initiati*[b] *per manus*[c] *impoſitionem ad catholicam redierint vnitatem. Sciendum verò, quòd canones Apoſtolorum*[d]*, (quorum*[e] *auctoritate orientalis, & ex parte*[f] *Romana vtitur eccleſia) & inſignis Cypriannus martyr, & lxxx. epiſcopi cum eodem baptiſma hereticorū, lauacrum diaboli*[g] *appellāt*[h]*. Stephanus verò, & Cornelius martyres, & pontifices Romani, & venerabilis Auguſtinus in libro de baptiſmo eundem Cypriannum & præfatos epiſcopos ob hanc cauſam vehementer redarguūt, affirmātes baptiſma ſiue ab hæretico, ſiue ſchiſmatico, eccleſiaſtico more celebratum ratum eſſe, & merito: quia alia in baptiſmo*[i]*, & alia in reliquis ſacramentis conſideratio eſt, quippe cum & ordine prior, & neceſſarior ſit. Subito enim morituro prius baptiſmate, quā Dominici corporis communione, vel alijs ſacramentis conſulitur, & dum forte catholicus non inuenitur, ſatis eſt ab hæretico baptiſmi ſacramentum ſumere, quam in æternum perire. Et hanc ſententiam præſcriptorum pontificum, Cornelij, Stephani, et Auguſtini, ſecuti ſunt Innocentius,† Syricius, Leo Anaſtaſius, & magnus Gregorius, & omnis catholica eccleſia. 4. ¶Prohibentur ergo de manibus talium ſacerdotum ſacramenta ſuſcipi, non quin ſint vera quantum ad formam, & effectum: ſed quia, dum huiuſmodi ſacerdotes ſe a populo contemptos viderint, rubore verecundiæ facilius ad pœnitentiam prouocentur.*

Can.45. 46. 47.

lib 1.epiſt.12. ad Ianuarium, & epiſt.ad Iubaianum, quæ ante illius concilium poſita eſt.
In cōc.Steph.Aug.l. 7. cōtra Donatiſtas.

Inn. Viſtricio epiſt. 1.c.15.Syricius Himerio.c.1.
Leo de conſ.d.4. hī de quib. Anaſtaſius diſt.19.c.ſecundum.

β ¶Ad hoc.] *Hinc vſque ad finem capitis omnia accepta ſunt ex epiſtola Vrbani ſecundi L. Præpoſito ſanctæ Luentij apud Ticinum, quæ habetur in vetuſto codice Bibliothecæ Vaticanæ, cuius epiſtolæ initium, & magna pars habetur infra c ſaluator. 1.q.3. atque in aliquot vetuſtis Gratiani codicibus eſt caput diſtinctū cum rubrica,* De eodem.

Item ex ſexta ſynodo, c.6.

¶Qui vxorem ducere voluerit, ante ordinem ſubdiaconatus hoc faciat. Cap. VII.

Extra de ætate qualita.c.2.multis. Pann.l.3.c.105.

SI quis eorum[l], qui ad clerum accedunt, voluerit nu-

piunt vxores, vel retinent concubinas, & dicit, ꝙ debēt a clero ſubmoueri, & vxores mancipari ſeruituti: hoc probat per viij. auctoritates ſanctorum patrum Ioan. de Fan.

CASVS. Concludit Gratianus ex ſupradictis, ꝙ ſacramenta de manibus hæreticorum ſimoniacorum, & in fornicatione iacentium nō ſunt recipienda, non quinſint vera ſacramenta; ideo fit, vt tales ſacerdotes propter verecundiam facilius ad pœnitentiam prouocentur ſi viderint ſe contemni. Caſus ſeq. cap. patet.

Græci in ſacris ordinibus nō poſſunt contrahere.

l SI quis eorum iſtud c. euidenter eſt contra illos qui dicunt, ꝙ Græci poſſunt, contrahere in ſacris ordinibus

---

a ¶Formam] ideſt, virtutem habentiquia vera & integra ſunt. 1.q.1.quod quidam. & de conſe.d. 4. oſtenditur, & cap. ſicut in ſacramentis.

b ¶Initiati.] ideſt conſecrati. ſi de conſecr.d.2.quia corpus. 12. q. 2. autun. 28.q.1 caue. Sed aliter accipitur. 26. q. 2.cum initiatur.

c ¶Per manus] 1.q. 1.hi qui. Sed quid dices de pœnitentia ī nunquid eſt ab illis præciſis accipienda? Reſpon. in caſu neceſſitatis eis poſſumus confiteri. nam & cuilibet de pœn. d.1.quem. pœnitet. ſed licet eis confitea mur, tamen non debemus recipere ab illis pœnitentiam: quia nec in eo caſu imponenda eſt pœnitentia, ſed innotescenda a.26.q.7.ab infirmis, vel dic, quod non debemus confiteri. 24. q. 1 §. ſed iſtud in fi. de pœni. d.6 c. qui vult. & iſtud ne inducant nos in deſperationem ſicut Iudęi Iudam, cūi pœnitēti dixerūt quid ad nos tu videris. de pœn. d.1. is poteſtatis.

Pœnitentia an poſſit ab hæreticis recipi.

d ¶Apoſtolorū.] ideſt, qui ſub nomine Apoſtolorum facti ſunt ſed ſunt apocryphi. 15.d. ſancta Romana. 16.d canones Hu.

e ¶Quorum] Simplex eſt hæc relatio.

f ¶Ex parte] 12 d. aliter.

g ¶Diaboli.] Si quo ad effectū dixiſſent in deteſtationē criminis hæreſis, bene dixiſſent: ſed hoc dixerunt, quia nō credebant eſſe ſacramentorū veritatem apud hæreticos, & ideo reprehenſi fuerunt ab Aug. H.

h ¶Appellāt.] inf. de cōſe. d 4. quomodo.

i ¶In baptiſmo.] Videtur, ꝙ nec baptiſmus in neceſſitate ab hæretico ſit accipiendus. nam cordis contritio ſufficit, vt de conſec. diſt.4. baptiſmi vicem. ſi nec corpus Chriſti. 24. q. 1. c penul. & vlt. quia qui credit manducat de conſecra. diſt 2 vt qd paratī Reſp. hęc eſt rō, quia baptiſmus neceſſarior eſt, nam in eo delentur oia peccata. adeo ꝙ ēt ignis purgatorii pœna non ſentietur. de conſe diſt. 4. ſiue quo autē ita eſt in cordis contritione, vel pœnitentia: nam per ea non poteſt purgatorium euitari ī, quod excedit omnem pœnam quam hic quis poſſit ſuſtinere, ſm quod hæc colliguntur. de pœn diſt. vlt. vlt. & 25. d. qui in aliud.

1. Vt continetur in pd. c. nullus. De hoc legit & not. 24 q. 1. §. ſed iſtud. ibi videas. Purgatorij pœna eſt acerbior omni mundana.

nibus t, cum hoc eâ sit sextæ synodi, & sexta synodus præfixit eis regulam viuendi, vt 31. dist. Nicæna, cap. quoniam. § hoc autem. patet etiam quod apud eos in sacris ordinibus non contrahitur matrimonium, nec etiam tempore Apostolorum licitum fuit contrahere in

t Argu. ad hoc 31. dist. aliter. vbi ēt de hoc sed H. dicit, q̄ hoc Nicolaus constituit, & ſm Lau. est pro eo ar. opti. ff commod. l. 1. & l. in cōmodato. §. sicut aūt. Archid.

ptiali iure mulieri copulari, hoc ante ordinem subdiaconatus faciat.

Item ex concilio Carthag. 3. c. 19.

¶ Lectores aut vxores ducant, aut continentiam profiteantur. Cap. VIII.

Pann. l. 1. c. 11.

LEctores, cum ad annos pubertatis[a] venerint, cogantur[b] aut vxores ducere, aut continentiam profiteri.

Item Gregorius Bonifacio episcopo Rhegino, lib. 3. epist. 5.

¶ Subdiaconos continentiam seruare oportet. Cap. IX.

Pann. l. 3. c. 99.

SVbdiaconis tuis hoc, quod de Siculis statuimus, decernimus obseruari, nec illam definitionem nostram cuiusquam finas contumacia[c] aut temeritate corrumpi.

Item Vrbanus ij. in synodo apud Melphiam, c. 13.

¶ Beneficio & officio careant, qui post diaconatum vxoribus vacant. Cap. X.

Pann. l. 3. c. 101.

EOs, qui[d] post subdiaconatū[a] vxoribus vacare volūt, ab omni sacro ordine remouemus, officioque, atque beneficio ecclesiæ carere decernimus. Quòd si ab episcopo commoniti non se correxerint, principibus indulgemus licentiam, vt eorum fœminas mancipiant seruituti: Si vero episcopi consenserint[e] eorum prauitatibus, ipsi officij interdictione mulctentur.

a ¶ Subdiaconatum.] *Antea legebatur*, diaconatum. *Sed emē datum est ex aliquot uetustis Gratiani exemplaribus, & ex ipso concilio, cuius unum exemplar est in bibliotheca Vaticana, & alterum missum est è Gallia. Diaconis enim nunquam in Latina ecclesia legitur permissum fuisse coniugium, aut usum ipsius, quos Syricius, & Innocentius semper eadem continentia lege cum episcopis, & presbyteris coniunxerunt. Subdiaconis quoque post. B. Gregorium, & prohibitionem illam, quæ continetur in cap. ante triennium supra dist. 31. eadem lex fuit constituta, quam Vrbanus secundas hic innouandam statuit.*

Item Dominico Patriarchæ Gradensi.

SVbdiaconis.] CASVS. Quæsiuit Bonifacius an subdiaconi sui episcopatus possint vxores ducere. & respondet Greg. q̄ non: sed hoc statuit de illis quod decreuit de aliis. nec quod decretum fuit, alicuius temeritate vult violari.

c ¶ Cōtumacia.] qa non est fauore alicuius personæ omittēdum quod statutis generalib. continet. 61. dist. miramur.

EOs qui.] CASVS. Quidā diaconi contrahebant de facto, vel vxores quas duxerāt ante sacros ordines cognoscebant. Quæritum fuit quid de eis deberet fieri & de vxoribus eorum? Et respondet Vrbanus, quod clerici ab officio & beneficio suspendantur, & si incorrigibiles fuerint, datur licentia principib. vt eorum fœminas mancipiāt seruituti, & si episcopi huic prauitati cōsenserint, suspendantur.

d ¶ Eos qui.] Quod hic dicitur, intelligo quando quasi matrimonialiter a ducunt vxores, & in eo casu filij redigūtur in ecclesiæ seruitutem, vt 15. q. vlt. cum multę. primo tamen ipse episcopus rediget in seruitutem eas si potest, vt 81. dist. quidā clerici: sed si ipse non sufficit, tūc itur ad brachium sæculare, vt hic dicitur. Sed obijcitur, nōne principes habent iurisdictionē sup iſtas, cum sint laicæ? quare ergo eis, indulgetur illud, cū ipsi eas per se possunt punire? Si legitima esset vxor ista, tunc planū esset, quia legitima vxor sortitur forum

a Hanc sententiā sequitur Vinc. & Inno. extra de cōhabi. cler. ca. 2. in fin. vbi ēt de hoc. Archid.

in subdiaconatu, vt 84. dist. cum in præterito.

LEctores.] CASVS. Clerici quidā in pubertate xviij. ann. positi volebant ad subdiaconatum non promissa continentia promoueri. Quæritum fuit in concilio Carthag. quid de hoc fieri deberet, & responsum fuit, q̄ isti aut ducant vxores, aut cogantur continentiam profiteri, si volunt subdiaconi fieri.

a ¶ Pubertatis.] plenæ, quę est xviij ann. in sæcularib. clericis, sed xv. in monachis. 20. q. 1. illud. 28. distinct. de his. hic enim dī plena pubertas, vt Institu. de adopt. §. minorem. Sed quantum ad matrimonium contrahendum, dicitur plena pubertas xiiij anni in viro, vel xij. anni in muliere, vt extra de spon. imp. puberes.

b ¶ Cogantur.] inf eod placuit contra. Sed illud quando ecclesia penuriam non patitur. argumen. 55. dist. cap. 1.

ex persona viri, vt ff. de iur. om. iud. cum quædam. Sed illa quæ non est legitima, non, vt ff. ad munici. de iure. §. vlt. Ad hoc potest dici, quod cum sit de familia sacerdotis, est de foro ecclesiæ, sicut & alii, qui sunt de familia eius, vt 89. dist. indicatum. & 12. q. 2. ecclesiarum seruos, vel ideo censetur de foro ecclesię, quia deliquit in persona ecclesiæ; quia ratione delicti dicitur in me princeps habere iurisdictionem: & ratione delicti fit quis de foro alterius, vt 6. q. 3 placuit.

Vxor clerici est de foro ecclesiæ.

e ¶ Consenserint.] hodie deponitur, vt extra de vita & honesta. cleric. & clericorum mores. & 83. distinct. si quis episcopus. & extra de simo. nemo. Sed illud 3. verum quando prece vel pretio consensit, vt ibi dicitur in illa constitutione, vt clericorum. Si autem episcopus negligēs esset, suspendatur per duos menses, vt 1. q. 1. quicquid.

3 Idest qđ dī in illis c. p̄dictis Gradēsi patriarchæ. ille sub nomine archiepiscopi continetur, vt patet 21. dist. in ca. 1. ver. si ordo.

E Rubeſcant.] CASVS Quæſiuit Patriarcha Gradenſis quid debeat fieri de his qui erant in ſacris ordinibus poſiti: nihilominus tñ mulierculas ſibi habebant. Et reſpon. Vrbanus: niſi eas abiecerint, & vixerint continenter: ſi eſt manifeſtum, ſunt ab omni dignitate eccleſiaſtica remouẽdi: ſi autem occultũ eſt, diuino iudicio reſeruentur. Sequentia duo cap. plana ſunt.

a ¶ Secretorum.] ex hoc patet q̃ eccleſia nõ iudicat de occultis, ſic 32 q. 5. Chriſtiano. 2. q 5. cõſului ſti. & 6. q. 1. ſi omnia. Et eſt ar. pro opinione illorũ, qui dicunt q̃ occultum delictũ non irrogat irregularitatem. 10. quod eſt expreſſum hodie extra de temp. ord cap. vlt. niſi in homicidio & ſimonia i ordine. 1. q. 1. reperiuntur. B.

Eccleſia nõ iudicat de occultis.

b NEmo] virgo.] quid ſi credit ſe contrahere cũ virgine, & eſt corrupta? Dico eum nõ promouendum, cũ ſit maritus corruptæ, vt 32. d. qui in aliquo. quia ibi nec error nec violentia excuſat, vt 32. quæſt. 5. ille autem. ſicut nec caſus excuſat, vt 15. q. 1. cap. vlt. Quid ſi primo corrupi virginem, & poſtea eam deſponſaui? Argu q̃ promoueri non poſſum, ſi volo eam ducere, vt 30. q. 5. qualis & infra d. proximaritum hoc notaui in quæſtio. B.

Bigamus eſt cũ corrupta etiam ignorãter contrahens.

ADDITIO. Quæſtio dominicalis eſt: & incipit, Aliquis cognouit virginem, &c.

c PLacuit] Abſtinere.] ideſt, nõ contrahere.

d Sed ſecundũ vniuſcuiuſque.] nota conſuetudinem ſeruandam i matrimonio, vt hic, & inf. eod. quoniam & extra de cog ſpi. cap. 2. Sed contra extra de ſpõ. duorum tua. & ex hoc videtur quod epiſcopus in ſua die ceſi poſſit ſtatuere ne acolythi contrahant. Sed credo hanc conſuetudinem referendam ad beneficia, vt ſi conſuetudo ſit vt acolythi vxorati habeant beneficia, ipſa ſeruetur. ſed hodie corrigitur per decreta. extra de cler. coniug. Ioannes. & cap. cum decorem.

Conſuetudo eſt obſeruãda in matrimonio.

SEriatim] CASVS. Abbas Nicera dicebat clericos in ſacris ordinibus poſſe cognoſcere vxores ſuas. Leo autem Papa reprehendens epiſtolam dicit, quòd clerici in minoribus ordinibus, ſi ſunt extra votum vel habitum monachalem, poſſunt vxores ſortiri virgines, nõ viduas vel repudiatas alioquin nec ipſi nec bigami poterunt promoueri poſtea. Si autem poſtea voluerint promoueri, debet hoc etiam fieri de conſenſu uxoris: quæ poſtea nec maritis nec aliis debet carnaliter copulari viuente marito, vel poſt mortem. Sequen. cap. plana ſunt vſque ad cap presbyter.

Vxor promoti an matrimonũ contrahere poſſit.

e ¶ Votum & habitum.] Bene dicit, habitum, & votum: quia ſolus habitus non ſolemnizat votum, vt extra de reg. peruectum.

¶ Excludendi ſunt à ſuorum graduum dignitate ſubdiaconi, & deinceps, ſi continentes eſſe nolunt. Cap. XI.

ERubeſcant impij, & aperte intelligant iudicio ſpiritus ſancti eos, qui in ſacris ordinibus, presbyteratu, diaconatu, ſubdiacouatu ſunt poſiti, niſi mulieres abiecerint, & caſte vixerint, excludendos ab omni eorundem graduum dignitate. De manifeſtis quidem loquimur: ſecretorum [a] autem & cognitor Deus, & iudex eſt.

In c. à multis. erubeſcant. extra de ætа. & qual. Pann. l. 3. c. 103.

Idem in Melphienſi ſynodo præſidens dixit, c. 12.

¶ Ad ſacros ordines non accedat, niſi virgo, aut probatæ caſtitatis. Cap. XII.

NEmo ad ſacrum ordinem permittatur accedere, niſi aut virgo [b], aut probatæ bit caſtitatis, & qui vſq; ad ſubdiaconatum vnicam, & virginem vxorem habuerit.

In c. a multis extra de ætа. & qual. Pann. l. 3. c. 104.

Item in concilio Carthaginienſi 5. c. 3.

¶ In tribus gradibus conſtituti etiam ab vxoribus abſtineant. Cap. XIII.

PLacuit epiſcopos, presbyteros, diaconos α ſecũdum priora ſtatuta β etiam ab vxoribus abſtinere [c]; quod niſi fecerint, ab eccleſiaſtico remoueãtur officio: cęteros vero clericos ad hoc non cogi, ſed ſecundum vnuſcuiuſque [d] eccleſię conſuetudinem obſeruari debere.

Pann. l. 3. c. 105.

α ¶ Diaconos.] *ſequebatur, ſubdiaconos. quæ vox ſublata eſt, quoniam abeſt ab originali, & ab Africano, cap. 37. & à Carthaginienſi Græco, c. 71. & infra d. ſt. 84. cum de quorundam: quamuis habeatur in Carthaginienſi codicis canonum, c. 5.*

β ¶ Secundum priora ſtatuta.] *Græcè eſt κατὰτοὺς ἰδ ἰους ὅρους, & Balſamon interpretatur, tempore vicis ſuæ: quod ab originalis ſententia alienum eſt.*

Item Leo IX. contra epiſtolam Nicetæ abbatis.

Humbertus Cænomanen. legatus Leonis ix. in reſponſione contra Nicetam.

¶ In minoribus ordinibus conſtituti vxorem ducant; niſi voto, aut religioſo habitu prohibeantur. Cap. XIV.

SEriatim, & aperte proſequemur, quid ſancta Romana eccleſia in gradibus clericorum agat. Clericos tãtum, oſtiarios, lectores, exorciſtas, acolythos, ſi extrà votũ, & habitum [e] monachi inueniantur, & continentiã profiteri noluerũt, vxorẽ ducere virginẽ cũ benedictione facer dotali permittit; nõ autem viduam, aut repudiatam: quia propter hoc deinceps nec ad ſubdiaconatũ prouehi poterunt: quia nec laicus non virginem ſortitus vxorẽ, aut bigamus ad clericatum poteſt aſcendere. Quòd ſi qs ex

Pann. l. 3. c. 107.

prefatis ordinibus desiderat ad subdiaconatum ascendere, nequibit hoc sine consensu uxoris suæ: ut fiat de carnali deinceps spirituale coniugium, nemine eos ad hoc cogente. Neq; permittitur postea uxor iungi eidem marito suo carnaliter, nec cuiquam nubere in uita, aut post mortem [a] illius.

Item ex concilio Chalcedonensi, c. 14.

¶Non liceat clericis alterius sectæ uxorem accipere. Cap. XV.

QVoniam in quibusdam prouincijs concessum est lectoribus & psalmistis uxores ducere [b], statuit sancta synodus, nō licere cuiquam ex his accipere sectæ [c] † alterius uxorem.

† ἑτεροδόξου.

Item ex concilio Niceno, c. 3.

¶Non habitent cum clericis mulieres, nisi quæ naturali fœdere omnem suspicionem excludunt. Cap. XVI.

† magna.

5 INterdixit per omnia sancta † synodus nō episcopo non presbytero, non diacono uel alicui omnino, q̄ in clero est, licere subintroductam habere mulierem, nisi forte, aut matrem, aut sororem [d], aut amitā, aut etiam [a] eas idoneas [e] personas, quæ fugiant suspiciones [f].

a ¶Aut etiam.] *Græce est. ἢ ὡμίνα πρόσωπα πᾶσαν ὑποψίαν διαπέφευγεν, id est*, uel eas tantum personas, quæ omnem fugerint suspicionem.

[*Item Hieronymus ad Nepotianum de uita clericorum, & alibi.*]

PALEA. Cap. XVII.

HOspitiolum [a] tuum aut raro, aut nunquam mulierū pedes terant. ¶Quia non potest [β] toto corde cum Deo habitare, qui fœminarum accessibus copulatur. ¶Fœmina [γ] conscientiam secum pariter habitantis exurit. ¶Nunquam de formis mulierum disputes. ¶Fœminę nomen tuum nouerint ♪; uultum nesciant. ¶Fœminam, quam bene videris conuersantem, mente dilige, non corporali frequentia [δ]. Si bonum est mulierem non tangere, malum est [ε] ergo tangere.

a Hospitiolum.] *Caput hoc habetur in multis manuscriptis, & sine* Palea *nomine. Est autem collectum ex uarijs* B. *Hieronymi locis, in quibus de uitanda mulierum consuetudine agitur.*

β ¶Non potest.] *In epistola ad Oceanum, quæ non putatur esse* B. *Hieronymi legitur*, Mihi crede, non toto corde cum Domino habitare, &c.

γ ¶Fœmina.] *Ibidem* Paulo superius: flammigero igne percutit fœmina conscientiam pariter habitantis, exuritque fundamenta mentium.

1 Arg. 27. q. 2. multorū. ubi de uxore promoti loquitur, q̄ quia uotū nō fecerat. post uiri mortem nubere nō prohibetur. sed illud fm Ioa. 31. dist. c. 1.

Dic ergo fm Ioan. de Fan. q̄ illud nō est uerū in uxore promoti. 38. di. qa & c. seq. Archid.

Pann. li. 3. c. 110.

Burch. li. 2. c. 209. Ans li. 7. c. 113. & 6. c. 201. Iuo p. 6. c. 186. Pann. li. 3. c. 112.

In epist. ad Ocea. ibidem. In epist ad Nepotianum prope fi. In epist. ad Rust. In epist. ad Ocea. li. 1. contra Iouin.

a ¶Post mortem.] De ista uxore promoti dic. q̄ eo ipso q̄ dat licentiam, intelligitur uouere: similiter etiam ea cuius maritus suscepit habitū religionis: unde neutra debet contrahere. si tamen contraxerit, tenet secundum quosdam: nam uotum non fuit solennizatum 1, Distin-

gę uotum, sed pp constitutionem ecclesiæ. s. ut non sit matrimoniū si contrahat. & ut expressum 3. 28 dist. qa sunt H dicit, q̄ in utraq; uxore promoti, & ingressi uotum de præsenti dirimit, licet non solennizet actum. Ioan. Faber dicit aliud esse in uxore ingressi, aliud in uxore promoti: qa illa post mortem cōtrahit, sed uxor promoti non. quia est ratio diuersitatis: quia dignior est clericatus quam monachatus: nam etiā bigamus pōt esse monachus. 16 q. 1. legi. sed mirum est, quod tantus uir hoc dixerit, cum manifestè obuiet 27. q 2. Agathosa, &c. si quis cō iugatus. & 33 q. 5. q uxorem. posset autē dici, q̄ uotū uxoris solennizatur ex uoto uiri promoti: & ita uir uxori communicat uotum, ut 28. dist. quia iunt. de hoc not. in d. ca. qui uxorem.

ADDITIO. Idē no. Host. extra de regu. ad apostolicam. Archidiac.

b QVoniam.] ¶Vxores ducere. i. retinere.

c ¶Sectæ.] inf. 28. q. 1. caue. &c. non oportet. 1.

e ¶Idoneas.] Vt uxores seruorū suorum, 31. dist. uolumus. & c. cum omnibus.

d ¶Aut sororē.] In quib. nil fœui criminis existimari fœdus naturale pmittit, ve ext. de coh cle. c. pe. e ¶idoneas.

f ¶Suspiciones.] Quia suspectas mulieres hēbat, vt ext. de co. 2. cle. c. 1. & 2.

1 Illud c. nō oportet potius cōtradicit: sed hic, q̄ loquitur in spōsalib. de futuro: q̄ inter tales pōt contrahi, vt ibi nota. Hug.

ε ¶Malum est.] Ar. a cōtrarijs, si unū est bonum reliquū est malū, fallit in prodigalitate & auaritia. Item duo contraria qñque inueniuntur bona, vt nubere, & non nubere: quotidie cōicare, & non cōicare. 18. q. 1. sic enim de consecr. dist. 2. quotidie. & arg. C. de procu. exigendi, ibi, sed multo iustius fuit.

Contraria duo qñque sunt bona.

Distingue tñ, utrum huius uxor sciat ius uel dicatur sibi, quia tunc uouere intelligit, nō tñ solennizatur uotum. Si uero ignorat, nec ei dicitur non intelligitur uouere, in uxore tamen promoti secus posset dici non

Pres-

PResbyter.] CASVS. Quidam de consensu uxoris suæ factus fuit presbyter: quem Gregorius valde commendat: quia & si eam post susceptionem diligeret, vt sororem, tñ quo ad carnis officium vitabat vt hostem: nec appropinquabat ad eam. Quæ autem postea sequuntur, plana sunt usque ad distinctionẽ: & per te videbis.

a ¶Presbyteram.] Cum qua in minoribus ordinibus contraxerat.

b MVlieres.] ¶Et matricuriæ.] idest, habentes cutã de reb. eccl.

HAcc.] Hæc diuidit in quatuor partes. In prima ponuntur x. impedimẽta quæ impediunt promouendos Secũda ibi, [Cõiter.] Tertia ibi, [Laici.] Quarta ibi. [Cæterum.] Io. de Fan.

CASVS. Concludit Gratianus ex supradictis q̃ in sacris ordinib̃ constituti vxores nõ possunt hãre: nec bigami possunt ad sacros ordines ꝓmoueri. In hac vero 33. dist. quæritur, an ille, qui præter uxorẽ concubinam habuit, possit promoueri? Et rñdet q̃ nõ. Et accipitur hic concubina quę habetur loco vxoris. Additur etiam in hac dist. de arreptitijs, dæmoniacis, & caducis maximẽ.

c ¶Sed quæritur.] Hic intitulatur 33. dist. in qua magister ostendit q̃ bigami, corpore vitiati, vsurarij, publicè pẽnitẽtes, lusores, in cœna ludẽtes, furiosi, arreptitij, accipiẽtes meretrices in vxores, habẽtes cõcubinas, nõ possunt promoueri: quandoq; tñ dispensat in cõcubinarijs, inf. ea. c. vlt. 1. Et nota, q̃ ĩ primis duob. cap. magister accipit concubinã pro vxore 2. quã quis duxit sine solennitate, vt inf. 34. di. §. concubinã. sed H. intelligit verã concubinã: q̃ si qs habuit post pa

Vsurarij & alij multi nõ possunt promoueri.

1 Ad idẽ 34. di fraternitatis. Archi. 2 Idẽ tenet Ostiẽ. prout no. inf. c. 1.

Sptismum promoueri non debet, vt 25. dist c. vlt. Io.

SI quis.] CASVS. Quidã post baptisma duas habuit vxores, vel vnam vxorem, & aliam concubinam: quæsitum fuit ab Apostolis, vtrũ talis possit promoueri & rñ. q̃ non potest talis promoueri ad ordinẽ clericalem.

d ¶Post acceptum.] Maxime. Idem. n est. si ante 3. baptisma habuit unã, & post aliam uxorem vel concubinam: 3 26. di. cautius.

ſ ¶Nouerint.] *Antea legebatur,* fœminam nomen tuum nesciant. *Emendatum est ex aliquot manuscriptis, & ex epistola Hieronymi ad Rusticum monachum.*

g ¶Frequentia.] *In epistola ad Oceanum est,* frequentes ornatu.

Item Gregorius in dialogo, lib. 4. c. 1.

¶Presbyter vxorem suam quasi sororem diligat, & quasi hostem fugiat. Cap. XVIII.

Pann. li. 3. c. 114.

PResbyter quidam sibi commissam regebat ecclesiam cum magno timore Domini; qui ex tempore accepti ordinis presbyteram [a] suam, vt sororẽ diligens, sed quasi hostem cauens ad se propius accedere non sinebat; eamque sibi appropinquare nulla occasione permittens, ab ea sibi communionem funditus familiaritatis abscidit.

Presbyteram vero quam debeamus accipere Laodicense concilium, c. 11. ostendit dicens.

¶Viduæ, vel seniores presbyteræ appellantur. Cap. XIX.

MVlieres [a], quæ apud Græcos presbyteræ appellantur, apud nos viduæ, seniores, vniuiræ, & matricuriæ [b] appellantur, in ecclesia tanquam ordinatas constitui non debere.

a ¶Mulieres.] *Sic habet prisca uersio Græcè:* περὶ τῦ μὴ δεῖν τὰς λεγομένας πρεσβίδας, ἢ τοι προκαθημένας ἐκκλησια καθίσατας, *idest,* quòd non oportet eas, quæ presbyteræ, vel præsidentes dicuntur, in ecclesia collocari. *quæ est Dionysij versio præterquam: in vltimis verbis. Ille enim habet,* ecclesijs ordinari. *Et videndus est Balsamon ad eum locum.*

DISTINCTIO XXXIII.

HAcc, *quòd in sacris ordinibus constituti vxores habere non possunt, vel si bigami aliqui fuerint inuenti ad sacros ordines ascendere non ualent. Sed quæritur* [c], *si quis præter uxorem concubinã habuerit, vtrum in sacerdotem promoueri ualeat. Talis a sacris ordinibus auctoritate canonum Apostolorum prohibetur, in quibus, can. 17. sic statutum legitur.*

¶Secundis nuptijs post baptisma copulatus, aut concubinam habens ad sacrum ordinem conscendere non valet. Cap. I.

SI quis post acceptum [d] baptisma secundis nuptijs fuerit copulatus, aut concubinam [c] habuerit, non potest fieri episcopus, non presbyter, aut diaconus, aut prorsus eorum, qui ministerio [a] sacro deseruiunt.

Ansel. li. 6. c. 143. Iuo p. 8. c. 137. al. 151. † *al. esse.*

a ¶Ministerio.] *Græcè:* τῦ καταλόγυ τῦ πρατικῦ *idest,* qui sunt in catalogo sacerdotali.

nam: vel determinat uerbum infra positum habuerit.

c ¶Aut concubinam.] Post primam vxorem: talis tamen

ex

ex dispensatione quandoque promouetur.inf.ea.habuisse,& 34.d fraternitatis.

DESERVIENTIS. Exponit modo Gratianus qui dicantur sacro ministerio deseruire, & dicit q subdiaconi,& acolythi,& qualiter deseruiant,dicit. Exponit etiam

Deseruientes sacro ministerio intelliguntur subdiaconi qui calicem diacono offerunt, & acolythi, qui cum cereis diaconos praecedunt vnde,& ceroferarij dicuntur:qui etiam vinum, & aquam praparando calici subministrant.Concubina intelligenda est praeter vxorem,vt iste sit sensus capituli:[Si quis post acceptum sacrum baptisma secundys nuptijs fuerit copulatus, aut concubinam duxerit:] distinguendum est, antequam vxorem duxerit,siue post mortem vxoris.

Vnde B.Gregorius a ait.

a ¶Gregorius.*Hoc caput sumptum est ex c.72.libelli de ecclesiasticis dogmatibus,qui inter opera B.Aug. diuus est;atque ex eo albi sapissime ab ipso Gratiano citatur. A Truthemio autem adscribitur Alcuino,ab alijs Isidoro.Sed plures,& maioris auctoritatis Gennadio tribuunt,vt Valfridius Strabo, lib.de re.eccles. c.20.Petrus Lombardus sent.2.d.8. S. Thomas quodlib.12.art. 20.Platina in Simmacho,& alij.*

¶Duarum matronarum maritus post baptismum, clericus nnn ordinetur. Cap. II.

Anſ.l.7.c.82.al. 26. Iuo p.8.c.295. Poly.l.2.tit.31.

MAritum duarum post baptismum matronarum clericum non ordinandum,neque eum qui vnam quidem sed concubinam [a],non matronam habuit nec illum, qui viduam, aut repudiatam, vel meretricem [b] in matrimonium assumpserit : nec eum,qui semetipsum quolibet corporis sui membro indignatione aliqua, vel iusto, vel iniusto [c] timore superatus truncauerit : nec illum [d], qui vsuras accepisse conuincitur,aut in scena lusisse dignoscitur: nec eum,qui publica pœnitentia [e] mortalia crimina defleuit †:neque illum qui in furiam [f] aliquando versus, insanuit,vel afflictione diaboli vexatus est : neque eum, qui per † ambitionem ad mutationem Simonis magi pecuniam obtulerit †.

† *deflet*] orig.
† *al. pro ordinatione.*
† *offert.*] orig.

Item Pius Papa.

¶Arreptitij, vel epileptici sacris altaribus non ministrent. Cap. III.

Burc.l.3.c.72. Iuo p.2.c.125. Poly.l.4 tit.31.

COmmuniter diffinimus,vt nullus de ijs [g],qui aut in terram arrepti a dæmonibus elidũtur,aut quolibet modo vexationis incursibus efferũtur,vel sacris audeant

Punitur quis & meretur ex eodem facto.

1 Dic melius: illud ñ contradicit : nam quantũ ad legem ,p motionis reus est,vt hic: sed quantum ad gratiam innocens, vt argu. 10. q. 1.c.fi. 32 q. 5.c. ille Arc.

punitur quis & meretur,vt ff qui indig.l.1.

b ¶Vel iniusto.] :deth,indignatione,vel ex nimia commotione:secus si propter necessitatem faceret,vt 55.d.si quis a medicis

d ¶Illum.] talis etiam deponitur.47.d de Petro.& cap. quoniam.

e ¶pœnitentia.] Vt 51. d. qui in aliquo, & 50.d. de his.

f ¶In furiam.] Tamen promotus non deponitur, vt 7.q 1. quamuis.

COmmuniter.] Hæc est secũda pars huius distin. in qua probatur p tres auctoritates sanctorum patrum, q dæmoniaci,& epileptici,& furiosi non debent promoueri. Io. de Fan.

CASVS. Sequitur in hoc capit q illi qui dæmonibus arrepti eliduntur, nõ dẽnt. sacris altaribus ministrare, nisi suspẽsi per annum inueniãtur ab incursu dæmonum liberati. Illi vero qui morbo epileptico,vel caduco laborant, non ministrent nisi prius inquiratur qualiter illi laborẽt. qui si in terram cadunt, non ministrarent. Alijs vero ægritudinibus laborantes non prohibẽtur. Et no.q hoc ca. loquitur de iam promotis. Sequens capitulum patet.

g ¶De ijs.] Qui ita vexantur, distinguẽdum est: nam si frequenter cadunt,non debent ministrare, vt inf. 7. quæst. 2.ca. 1 si vero raro,& emittunt voces confusas similiter non debent ministrare, vt inf. 7. q.1 c. 2. si autẽ raro nec emittũt voces confusas, possunt sed habere debẽt coadiutores,vt 7.q.1. illud:promoueri autẽ

Morbo caduco laborantes an ministrare possint Dæmoniacorũ promotorum,& promouendorũ distinctio.

2 Ad huius verbi declarationem dic, qd epilepsia Græcæ appẽhensio dr:eo q mentẽ appręhensam patiter, & corpus possideat fit aũt ex melãcholico humore quoties exsuperauerit,& ad cerebrum cõuersus fuerit Arch.

etiam, q concubina intelligitur illa quæ ante vxorem ducta fuit, vel post mortem vxoris.

MAritum.]CASVS.In hoc ca 2. enumerantur impedimenta pro quibus aliquis repellitur a promotione, vt si maritus fuit duarum matronarum : vel præter vxorem concubinam, vel meretricem in matrimonium assumpsit,&c

a ¶Concubinam.] Arg q si quis habuit virginem concubinam licet postea sumat eam in vxorem,q non potest promoueri, vt 34.d. curandum, & c.præcidimus, & 30.q.5.qualis.

b ¶Vel meretricem] 32.q.1.cap.non est culpandus.arg. contra.Sol. Illud in figura, & ita ex vno eodemq, facto

non possunt tales ex quo passi sunt semel, vt sup.ea.ca. maritum. Et hæc est opinio.H.nec in hoc habet contradictionem. In dæmoniacis similiter nulla est contradictio inter H.& alios quo ad promotionẽ:quia omnes dicunt, q nullus talis debet promoueri, vt cap.maritum. & ecclesici. In promotis autem distinguitur inter H.& alios.Nam dicunt alij.q sicut non debet promoueri qui semel est arreptus a dæmone, ita nec officium pt exercere etiam si iam promotus sit:& qui hoc dicunt,illam literam, (qui tamen) aliter intelligunt quam H. nam dicunt, q hoc relatiuum,qui,refertur ad proxime positum,s.epilepticos 2 & est sensus literæ. Epileptici non debent se ingerere diuinis sacramentis,exceptis illis qui

sine

ſine paſſionibus, ideſt, q̃ ſine vocis confuſæ emiſſione & ſpumę iactatione, qui tamẽ & ipſi, ideſt, iſti qui hoc non faciunt, ſed tantum cadunt, debent eſſe tandiu ſuſpenſi, donec appareat eos per annum liberatos, ideſt, non occupatos incurſu dæmonũ, ideſt, appareat, q̃ iſta paſſio non eſt dæmoniaca, ſed epileptica H. vero dicit in dæmoniacis, primotis, q̃ ſi p annũ ceſſerũt, & non fuerunt paſſi ſupradicta, poſſunt exercere diuina officia, vnde dicit, q̃ illud relatiuũ, qui, refert proprie pro dæmoniacis, & improprie ſecundum eum ponitur in ſi. liberati.

a ¶Vel indiſcuſsè.] ideſt, temere.

b ¶Exceptis illis.] epilepticis, qui raro cadunt.

c ¶Paſſionibus.] id eſt, ſine ſpuma, &c.

d ¶Qui tamen.] ſ. dæmoniaci. H.

e ¶Spatio.] 7. q. 2. c. vlt. contra. Sed ibi fuit dubiũ hic certũ.

f ¶Clerici.] Sacri regiminis.] Ex hoc, q̃ dicit, ſacri regiminis, videtur q̃ ad minores ordines bene poſſunt promoueri. Lau.

V Sq; adeo.] CASVS. Quidam epiſcopi permittebãt dæmoniacos præsbyteros, caducos, & furioſos, miniſtrare diuina: quos Gelaſius reprehendit, & probat quod hoc fieri non debet, ne per hoc generetur ſcandalum Chriſtianis, & probat hoc a minori, q̃ a lex Moſaica nõ permittebat ægros corpore tangere ſacra: multo ergo minus in nouo teſtamento dæmoniacis, caducis, & furioſis, debet hoc permitti.

g ¶Opere.] ideſt, diuino obſequio.

h ¶Neceſſitatis.] Id eſt, infirmitatis.

i ¶Ne quibuslibet.] Prima ratio.

k ¶Sauciatũ.] ideſt, debilitatum, vt 49 d. cap. 1.

l ¶Diuina.] ideſt, Moſaica.

m ¶Quantum magis.] q.d. ex quo vitiati corpore remouentur, multo magis vitiati mente: arg. 35. d. ſedulo 1.

1 Ar. ad hoc 44. d. c. nulli clerico. 16. q. 1. miramur. nam mens maior eſt q̃ corpus 39. d. ſedul. o. m. Lau.

altaribus miniſtrare, vel indiſcuſsè[1] ſe ingerant ſacramẽtis diuinis, exceptis illis[b], qui corporis incommoditatibus dediti ſine huiuſmodi paſſionibus[c] in terram proban tur eliſi, qui tamen[d] & ipſi tamdiu erunt ab officij ſui ordine, & loco ſuſpenſi, quouſque vnius anni ſpatio[e] per diſcretionem epiſcopi inueniantur ab incurſu dæmonũ liberati †.

† *alieni*] cæteri collectores.

Item Nicolaus Papa.

De eodem. Cap. IV.

Iuo p. 11. c. 104.

C Lerici, qui in adoleſcentia a dæmonibus cognoſcuntur obſeſſi, ad ſuperiorem ſacri regiminis[f] gradum aſcendere non poſſunt.

¶Simile quiddam habetur in concilio Araufico 1. c. 16. Iuo citat Nicolaum Aluuino Iouanſi archiepiſcopo, ad quem etiam fortaſſe ſcribitur c. quorundam. infra d. 34.

Item Gelaſius Papa epiſt. ad vniuerſos epiſcopos per Lucaniam conſtitutos, c. 21.

¶De eodem. Cap. V.

Bure. l. 2. c. 20. Poly. l. 3. tit. 9. c. vlt. Iuo p. 1. c. 18. & p. 6. c. 40.

V Sque adeo ſanè comperimus illicita quæq; prorum pere, vt dæmonibus, ſimilibuſq; paſſionibus irreti tis miniſteria ſacroſancta tractare tribuatur. Quibus ſi in hoc opere[g] poſitis, aliqd propriæ neceſſitatis[h] occurrat quis fidelium de ſua ſalute confidat, vbi miniſtros ipſos curationis humanæ, tanta perſpexerit calamitate vexari: Atque ideo neceſſario remouendi ſunt, ne quibuslibet[i], pro quibus Chriſtus eſt mortuus, ſcandalum generetur infirmis. Poſtremo, ſi corpore ſauciatum[k] fortaſſis, aut debilem nequaquam ſancta contingere lex diuina[l] permiſit; quanto magis[m] doni cæleſtis diſpenſatores eſſe non conuenit (quod eſt deterius) mente perculſos?

Lemit. 23.

Item Innocentius Papa 1. Fœlici epiſcopo Nucerino, epiſt. 4. c. 4.

Anſ. l. 7. c. 29. al. 34. Iuo p. 6. c. 95. Pann l. 3. c. 45.

¶Qui tempore baptiſmi vxores habent, ſi poſtea religioſe vixerint, clerici fieri non prohibentur. Cap. VI.

3 L Aici qui habentes vxores baptizati ſunt, ac ſic ſe inſtituerunt[n], vt opinio eorum in nullo vacillet, vt aut clericis iuncti ſint, aut monaſterijs, ex quo baptizati ſunt, adhæſerint, ſi non concubinam, non pellicem[o] noue rint, ſi in omnibus bonis operibus vigilauerint; non prohibentur huiuſmodi ad clericatus ſortem aſſumi.

4 *Cæterum ante ſuſceptum ſacrum ordinem quoſdã legimus concubinã habuiſſe, quos tamen ſacri canones non*

n ¶Inſtituerunt] ideſt, informauerunt.

o ¶Non pellicem.] Pellicem vocat q̃ uam quis ad tempus habet cauſa ſaturandæ libidinis.

CAETE-

CAETERVM CASVS. Supra dictum eſt, q̃ ille qui præter vxorem habuit concubinam, promoueri non poteſt. Nunc vero dicit, q̃ multi inueniuntur concubinas habuiſſe, quos canones non reijciunt, ſi poſt ſacrum ordinem ſe immaculatos cuſtodiunt.

Habuiſſe.]

Digitized by Google

Presbyter fornicans, plus punit, quã legitimè contrahens.

HAbuisse.] CASVS. Andreas Tarentinus episcopus habuit concubinam antequam esset epus. & hoc Greg bene nouerat. Sed quidam dicebant post episcopatum cum habuisse accessum ad eam Greg. autẽ hoc audiens, cum dubium esset, certã noluit ferre sententiã, sed

reijciunt si post sacrum ordinem ab eius commistione se se immaculatos custodiunt.

Vnde Gregorius Andreæ Tarentino episcopo, lib. 2. epist. 44. fine c. 83.

¶ De quodam episcopo, qui ante sui episcopatus apicem concubinam habuit. Cap. VII.

Purch. li. 2 c. 195. Iuo p. 5 c. 130. Polyc. li. 4. tit. 39.

HAbuisse te concubinam manifesta veritate comperimus [a], de qua etiã contraria est quibusdam nata suspicio. Sed quia in rebus ambiguis [a] absolutum non debet esse iudicium, hoc tuæ conscientiæ eligimus committendum [b]. Qua de re, si in sacro ordine constitutus eius te permistione esse recolis maculatũ, sacerdotij honore depositio [c] ad ministrandũ nullo modo præsumas [d] accedere, sciturus in animæ tuæ periculo † te ministrare, & Deo nostro te sine dubio reddere rationem, si huius sceleris conscius in eo, quo es ordine, celans veritatem permanere uolueris.

† *al. periculum.*

a ¶ Comperimus.] *Sequebatur*, & te illius criminis participationem habere: *qua verba sunt etiam in editione operum B. Gregorij Frobeniana. Verum sublata sunt, quoniam absunt & ab alijs editionibus, & a cæteris collectoribus, & a Ioanne diacono lib. 2. num. 43. uita eiusdem Gregorij, omninoque sententiam perturbant.*

DISTINCTIO XXXIIII.

1. pars

DOmesticarum [e] quoq; personarum immoderatam familiaritatem episcopum vitare oportet.

Vnde Nicolaus Papa ab Albinum † archiepiscopum.

† *al. Aluinum.*

¶ Etiam consanguinearum immoderatam familiaritatem episcopum vitare oportet. Cap. I.

QVorundam relatione fideliũ, nostris auribus intimatũ est, quod Lãfredus episcopus, qui & iuuenis esse dicitur, venationi sit deditus, quod vitium plurimos etiã de clericali catalogo, genere duntaxat Germanos [f],

b ¶ Committendum.] Sed quare non indicit ei hęc purgatio: quia exitus fuit infamia 1: & sic quandoque aliquis propriæ conscientiæ committit: vt sup dist. 4. c. denique. & 15. q. 8. c. 1. & 33. q 4. vir cum propria.

c ¶ Depositio.] .i. suspensio ad tempus quousq; satisfaciat. sic ponitur 21. q. 2. quoniam.

d ¶ Præsumas.] Arg. q occultũ delictum reddit hoiem irregulare. Arg. cõtra d. pax. erubescat. Dic ut ibi. hoc forte in eo casu qñ non pœnituit super crimine.

e ¶ Domesticarum.] Hæc d. diuidit in 2. partes. in quarũ prima reprehendit Gratianus quendã epm, q erat venator. & cum filia nimiã familiaritatem habebat. secundo ibi, [Concubina,] Tertia ibi, [Cæterũ.] Quarta, [Qd ergo.] Quinta ibi [Similiter.] sexta ibi, [Quæ sunt.] Septima ibi, [Sed postea.] Octaua ibi, [Quib autẽ.] Nona [Nouna.] Io de Fan. CASVS. In hac 34. dist ostendit Gratianus abstinendũ esse a nimia familiaritate domesticarũ mulierum. Addit etiam qualiter in superioribus c. accipiatur concubina, & de q̃busdam personis, quæ a promotione repelluntur.

f ¶ Germanos.] idest, Theutonicos qui sunt veri germani.

Germani vnde dicuntur.

1 Sed tunc habet locũ circa hocqd legitur & no. 2 q. 5. quanto. Arch.

2 Ad idẽ 35. qõ 6. si duo ext. de uot. postulastis. vbi de hoc.

Ambiguitas est triplex.

a ¶ Ambiguis.] sup. 14. d. sicut cõtra. Sed dic q triplex est ambiguitas: ambiguitas iuris, ambiguitas facti, ambiguitas personæ: vbi ambiguitas iuris est, ibi de similib. ad similia procedituꝛ, ut 20. distin. de libellis, & de tali ambiguitate loquitur illud cap. 14 dist. sicut; sed vbi factum ambiguum est, tunc nunquam ferenda est sententia in alicuius præiudicium, vt 11. q 3. graue. hoc ideo dico, quia si nulli fit præiudicium, vt in baptismo, consecratione, vel ordinatione: bene fertur in dubio certa sententia, scilicet ut baptizetur, uel ecclesia consecretur, vel denuo ordinetur, ut de consecra distinct 4. paruulos. & dist. 1. solennitates. & 61. dist. presbyteri. tamen quandoque dubitatur de facto, & fertur sententia in præiudicium alterius, ut extra de spõ. iuuenis. sed illud est propter periculum animæ. Vbi autem est ambiguitas personæ, sed factum est certum, bene fertur certa sententia, vt 5. q. 1. quidam.

b ¶ Committendum.] Sed quare non indicit ei hęc purgatio: quia exitus fuit infamia 1: & sic quandoque aliquis propriæ conscientiæ committit: vt sup dist. 4. c. denique. & 15. q. 8. c. 1. & 33. q 4. vir cum propria.

c ¶ Depositio.] .i. suspensio ad tempus quousq; satisfaciat. sic ponitur 21. q. 2. quoniam.

d ¶ Præsumas.] Arg. q occultũ delictum reddit hoiem irregulare. Arg. cõtra d. pax. erubescat. Dic ut ibi. hoc forte in eo casu qñ non pœnituit super crimine.

e ¶ Domesticarum.] Hæc d. diuidit in 2. partes. in quarũ prima reprehendit Gratianus quendã epm, q erat venator. & cum filia nimiã familiaritatem habebat. secundo ibi, [Concubina,] Tertia ibi, [Cæterũ.] Quarta, [Qd ergo.] Quinta ibi [Similiter.] sexta ibi, [Quæ sunt.] Septima ibi, [Sed postea.] Octaua ibi, [Quib autẽ.] Nona [Nouna.] Io de Fan. CASVS. In hac 34. dist ostendit Gratianus abstinendũ esse a nimia familiaritate domesticarũ mulierum. Addit etiam qualiter in superioribus c. accipiatur concubina, & de q̃busdam personis, quæ a promotione repelluntur.

f ¶ Germanos.] idest, Theutonicos qui sunt veri germani.

Germani vnde dicuntur.

1 Sed tunc habet locũ circa hocqd legitur & no. 2 q. 5. quanto. Arch.

2 Ad idẽ 35. qõ 6. si duo ext. de uot. postulastis. vbi de hoc.

men, vel verè nobiles. Arg ext. de elec. venerabilem. & de præben. venerabilis. a ¶ Venatorem.] Exi ſtentem venatorem: ne obiiciatur de Euſtachio. 86. dist. Esau. ADDITIO. Sub. qui prius fuit venator. poſtea fuit ſanctus: poteſt tñ aliquis ſimul eſſe venator & ſanctus. Archid.

b ¶ Fama.] Nō quod aliquid ibi ſaui criminis exiſtimaretur propter fœdus naturæ. i. ſ. quia corā omnibus eā nimis oſculabatur, & ponebat manus in gremium eius: & ideo fuit ei indicta purgatio. ſic extra. de purg. cano ca. enim in iuuentute.

c ¶ Epiſcopis.] Arg. quod ſolus metropolitanus nō poteſt audire cauſam 2. epiſcopi etiam ciuilem, vt 11. quæſtio. 1. ſi clericus. & 6 q 4. ſi inter. d ¶ Bestiarum.] Infra 86. dist. qui venatoribus.

e ¶ Excommunicatus abſcedat.] Vt nō interſit cum eis negotijs cōmunibus.

1 Idest propter ſanguinis ꝓpinquitatem extra de præſum. cu in iuuentute. C. de epiſc. & cler. cu qui. Arc.

Archiepūs ſolus cauſam epi audire non poteſt.

2 Scilicet mixtō vt hic erat. nam de vtro hic agitur. Archi.

& Gallos irreuerenter implicat. Verum iſte (ſi ita eſt, vt audiuimus) merito iuuenis dicitur; qui iuuenilibus deſiderijs occupatus nulla † grauitate coſtringitur. *& infr.* Nam (vt Beatus dicit Hieronymus) venatorem [a] nu..quā legimus ſanctum. *& infra.* Nihilo minus autem de hoc epiſcopo relatum eſt apoſtolatui noſtro; quod cum quadam filia ſua immoderatam teneat familiaritatem; & ob id mala fama [b] ei orta ſit: pro qua re à ſanctitate tua cæteriſq; coepiſcopis ſuis commonitus, atq; correptus eſt, ſed nullatenus emendatus: quæ res in hoc maximè diſplicet, & magis ac magis deteriorem de ſe reddit opinionē in quo beatitudinis tuæ, & cæterorum coepiſcoporum ſuorum rationibus non obedit; & per inobedientiam in culpam protoplaſti relabitur. Oportet ergo fraternitatē tuam ſynodale cum epiſcopis [c], & ſuffraganeis tuis conuocare concilū, & hunc ſalutaribus eloquijs epiſcopum conuenire, atq; illi paſtorali auctoritate præcipere, quatenus ab oibus beſtiarum [d] vel volucrum venatione penitus alienus exiſtat; atq; ab immoderata filiæ ſuæ familiaritate ſemet omnino coerceat, in quo ſi parere contēpſerit, & tam pro venationis declinatione, quàm pro immoderata filiæ ſuæ conuerſatione vitanda vobis admonentibus obedire diſtulerit; a veſtro collegio excommunicatus abſcedat [e]. Quòd ſi in hoc contumax adhuc apparuerit, à miniſterio ceſſare debebit.

† *nulla ſenum grauitate*] Ad c. 5. Michex 8 in pſal. 90.

[Ex concilio Aurelianenſi a 4.]

PALEA. Cap. II.

EPiſcopum, presbyterum, aut diaconum canes ad venandum, aut accipitres, aut huiuſmodi res habere nō licet. Quod ſi quis talium perſonarum in hac voluptate † ſæpius detentus fuerit: ſi epiſcopus eſt, tribus menſibus a communione β ſuſpendatur: diaconus vero ab omni officio & communione ſuſpendatur:

Extra de cler. vē. c. 1. Burch l. 2 c. 213. Iuo p. 5. ca. 366. & par. 13 c. 30. Pann. li 3. c 167.

† *al. uoluntate ſæpius detectus.*

a ¶ Aurelianenſi.] *Hæc palea etiam in decretalibus tit. de cleric. ven. c. 1. citatur ex concilio Aurelianenſi & in* Pannormia *ex c. 8. Sed in Aurelianenſibus, quæ extant nō eſt inuenta: Burchardus, & Iuo p. 6. c. 288. citant ex Meldenſi. Eadē uero ſententia eſt in Agathenſi, c. 55 (quod etiā citat Iuo p. 5. c. 366. & p. 13 c. 30.) et in Epaunenſi, c. 3.*

β ¶ A communione.] *In decretalibus legitur* a cōmunione ſi presbyter, duobus; ſi diaconus, ab omni officio ſuſpendatur. *Apud Burchardum eſt,* ſe a cōmunione ſuſpendat, presbyter duobus. diaconus vno omni officio & † cōmunione ſuſpendatur: *neq; multo aliter apud Iuonem par. 6. & in concilio Epaunenſi. In Agathenſi autem, & apud Iuonem par. 3.* Se a communione ſuſpendat, presbyter duobus menſibus ſe abſtineat: diaconus uero ab omni officio, & cōmunione ceſſabit. *Verum apud eundem Iuonem par. 13. ex concilio item Agathenſi hoc modo legitur* ſe a communione abſtineat †: presbyter duobus menſibus ſe abſtineat: diaconus vno ab omni officio, vel communione ceſſet.

al. uel.

† *al. ſuſpendat.*

PALEA. Cap. III.

OMnibus ſeruis Dei venationes, & ſiluaticas vacationes † cum canibus; & vt accipitres, aut falcones habeant, interdicimus.

Ext. de cler. ven. c. 2. Burch. li 2. c. 214. Iuo p. 6. c. 289.

† *al. fatigationes.*

¶ *Hæc etiam Palea habetur eo l tit. de cler. uen. c. 2. ubi ex eodem concilio Aurelianēſi citatur quemadmodum & apud Burchardum, & Iuonem. Sententia yſdem penè uerbis eſt in ſynodo Francica ſub Zacharia Papa qua & conciliorum tomis eſt inſerta, & habetur lib 5. capitular. c. 2. & manuſcripta etiam inter epiſtolas Zacharia in codice ſæpè memorato monaſterij Dominicanorum.*

Digitized by Google

Concubina[2] *autem hic intelligitur, quæ cessantibus legalibus instrumentis vnita est, & coniugali affectu asciscitur*[b], *hanc coniugem facit affectus, concubinam vero lex*[c] *nominat.*

De hac dicitur in concilio Toletano 1. c. 17.

Qui non habet vxorem, sed loco illius concubinam, a communione non repellitur. Cap. IV.

Iuo p 1. c. 64. Pann. l. 6. c. 49.

IS,[d] qui non α habet vxorem, & pro vxore concubinã habet, a communione non repellatur: tamen † vt vnius mulieris, aut vxoris, aut concubinæ sit coniunctione[e] cõtentus.

† al. tantum.

† al. fidelem.

† al. tantum.

Ecce quòd sacrarum literarum oportet episcopũ habere peritiam: vnde in veteri testamento inter cætera ornamenta Pontifex rationale ferebat in pectore, in quo scribebatur manifestatio & veritas: quia in pectore Põtificis manifesta debet esse cognitio veritatis. ¶ *Hinc etiã vestes, quibus arca portabatur, anguler annuli erant inserti, vt cum arca esset portanda, nulla fieret mora de intromittendis vectibus: quia prædicatores, per quos Ecclesia circumfertur sacris literis semper debent insistere; ne tunc quærant discere cũ ex officio alios debeant docere.* ¶ *Hinc etiam Dauid prius ex gratia Spiritus sancti donũ scientiæ percepit, & postea administrationem regni assumptus est.* ¶ *Salomon quoque non diuitias non longa tempora huius vitæ, sed sapientiam à Deo petijt, & impetrauit.* ¶ *Hinc etiam Dominus prius ponit verba sua in ore prophetæ, & postea constituit*[b] *eũ super gentes & regna, dicens ad Hieremiam:* [*Ecce dedi verba mea in ore tuo, ecce constitui te hodie super gentes, & super regna.*] ¶ *Hinc etiã Malachias ait:* [*Labia sacerdotis custodient scientiã, & legẽ requirẽt de ore eius; quia Angelus Domini exercituũ est.*] ¶ *Hinc ẽt Saluator noster prius in medio Doctorũ sedit audiens illos, & interrogãs, & postea prædicare cæpit: quia prius quisq; discere, & postea prædicandi officium vsurpare debet.* ¶ *Hinc etiam Salomon prius ait,* [*tempus tacendi*] *& postea* [*tempus loquendi;*] *quia veritas prius tacendo discitur, & postea loquendo prædicatur.* ¶ *Hinc idem Dominus ait* [*Qui audit*[d]*, dicat, veni*[e].] ¶ *Hinc etiã prius Apostolos docuit, deinde eos ad prædicandũ misit, dicens* [*Estote ergo prudentes, sicut serpentes*[f]*, & simplices*[g] *sicut columbæ*]. *Sic etiam post resurrectionem prius illis sensum aperuit, & scripturas explanauit; & postea dixit eis* [*Euntes in mundum universum, &c.*] *Vnde cùm de quinque panibus quinque millia hominũ vellet reficere, prius panes accipiens fregit, & postea discipulis dedit, & per eos demum turbis apposuit: quia sacramenta legis, & prophetarũ prius differendo exposuit, & postea eorum scientiã discipulis dedit, & per eos tandem illam fidelibus dispensauit.* ¶ *Hinc, & Petrus, cũ rectoribus ecclesiæ scriberet, ait:* [*Parati esse debetis reddere rationẽ omni poscenti nos satisfactionẽ*[h] *de ea fide*[i] *& spe*[k]*, quæ in nobis est.*] ¶ *Hinc etiam Paulus scribens ad Timotheum ait:* [*Attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ*] *Ex quibus omnibus liquidò colligitur, quòd non sufficit hoc §. probat Gratianus xiiij. rationibus uel auctoritatibus, quòd episcopus debet esse peritus in literis. Prima est in principio. Secunda incipit ibi,* [*Hinc etiam uetus.*] *Tertia,* [*Hinc etiam Dauid.*] *Quarta,* [*salomon quoque.*] *Quinta,* [*Hinc etiam Dominus.*] *Sexta.* [*Hinc etiam Malachias.*] *Septima,* [*Hinc etiam idem Saluator*] *Octaua,* [*Hinc etiam Salomon*] *Nona,* [*Hinc idẽ Dominus*] *Decima,* [*Hinc etiam prius.*] *Vndecima.* [*Hinc Petrus.*] *Duodecima.* [*Hinc etiã Paulus*] *Decimatertia.* [*Vnde sacerdotes.*] *Decimaquarta,* [*Hinc etiam in canticis.*]

Exo. 28.] ex interpr. lxx.
Exo. 25.
2. Reg 5.
3. Reg. 3.
2. Paral. 1.
Hier. 1.
Malac. 2.
Luc. 2.
Eccles. 3.
Apocal. 2.
Matth. 10.
Marc. 16.
Matth. 14.
1. Pet 3.
1. Tim. 4.

a ¶ Querant.] Nec enim episcopus debet egere doctrina aliorum, quoniam alios debet instituere, vt 1. quæst. 7. conuenientibus. 16. q. 1. sic uiue. Ioan. in Authen. de sanct. episcop. circa princ.

Eps aliorũ doctrina nõ debet egere.

ADDITIO Si tamẽ episcopus minus sit eruditus, ab alio doceri nõ contemnat, vt patet 18. distinct. non oportet. & 22. d. de Cõstantinopolitana. & 20. q. 3. si habes.

b ¶ Constituit.] Notat ex ordine loquendi probari ordinem factorum. sic 43. d. sit rector. & 20 dist. §. 1. 10. Ar. 1. q. 1. vt euidenter.

c ¶ Custodiẽt.] Quia videre debet quibus prædicet, & quibus non, vt 43. d. in mandatis & 32. q. vlt. ca. penult.

d ¶ Qui audit.] Discendo.

e ¶ Veni.] Docendo.

f ¶ Serpentes.] Ne eorum dolis supplãtemini.

g ¶ Et simplices.] Ne alijs dolos machinemini. 10. ut 16. q. 1. si cupis.

1 16. q. 1. si cupis.

h ¶ Satisfactionem.] Scilicet respondendo eis satisfaciatis. Et est arg. q prælati tenentur respondere ad omnes quæstiones: nam tantum debent differre prælati a subditis, quantũ grauium a palea, vt 25. dist. §. nomine aut criminis 1. q. 1. vltimus. & 8. q. 1 licèt. 10.

i ¶ De ea fide.] .i. de articulis: quod creditis & tenetis. Ioan.

k ¶ Spe.] idest, de his quæ speratis.

a ¶ Ocu-

tia ordinat quis indignum, tunc suspenditur: si ex certa scientia, tunc deponitur. Vel aliter, aut ordinat illum cum quo de facili dispensare potest, vel cum quo dispensare non põt, vt sin hoc magis uel minus puniat, hodie tñ mitius agitur cum talib. ut ext. de præb. graue.

ECCE. CASVS. Beneuc. sic ponit casum huius §. in

pralatis bona conuerſatio, & morum honeſtas, niſi addatur ſcientia doctrina. ¶ *Vnde ſacerdotes ingreſſuri tabernaculum, prius lauabantur in labro æneo, quod fecerat Moyſes ex ſpeculis mulierum.* ¶ *Hinc etiam in canticis canticorum oculi* [a], *per quos pralati eccleſiæ intelliguntur, aſſimilantur columbis, quæ reſident iuxta fluenta pleniſſima* [b].

Exo. 38.

Cant. 5.

Hinc etiam Hieronymus a *in Leuit.*

¶Sacerdotis eſt legis ſcientiam habere, non bellis, ſed orationibus vacare. Cap. III.

Leuit. 8.

SI quis vult pontifex non tam vocabulo eſſe, quàm merito, imitetur Moyſem, imitetur Aaron. Quid enim dicitur de eis? ꝙ non diſcedunt de tabernaculo Domini. Erat ergo Moyſes indeſinenter in tabernaculo Domini. Quod autem opus eius erat? vt, aut à Deo aliquid diſceret, aut ipſe populum doceret. Hæc duo ſunt Pontificis opera, vt, aut à Deo diſcat legendo ſcripturas diuinas, & ſæpius meditando: aut populum doceat. Sed illa doceat, quæ à Deo ipſe didicerit, non ex proprio corde, vel humano ſenſu, ſed quę Spiritus ſanctus docet. Eſt & aliud opus, quod facit Moyſes: ad bella non vadit [c], non pugnat contra inimicos. Sed quid facit? orat, & donec ille orat, vincit pupulus eius: ſi relaxauerit, & demiſerit † manus, populus eius vincitur, & fugatur. Oret ergo & ſacerdos eccleſiæ indeſinenter [d], vt vincat populus, qui ſub ipſo eſt, hoſtes inuiſibiles Amalechitas: qui ſunt dæmones impugnantes eos, qui volunt pie viuere in Chriſto.

Exo. 17.

† *al. admiſerit.*

a ¶Hieronymus.] *Citatur ex B. Hieronymo, & extat in homilia ſexta Origenis in Liuiticum: quas quidem homilias cũ alijs multis B Hieronymus latinas fecit, ſed ita, vt noxia quaque detruncarit, vtilia tranſtulerit, Quod ipſemet ad Theophilũ epiſt. 62. ad Vigilantium epiſt. 75. & in prologo ſecundi libri in Michæam profeſſus eſt. Ac frequenter Gratianus ea, quæ ſunt Origenis, Hieronymi nomine citat, vel quia pracipui eccleſiæ doctoris auctoritas maius pondus habet, vel quia Hieronymus eo, quo dictum eſt, modo illa vertendo, pene ſua fecerat.*

DISTINCTIO XXXVII.

Ed quæritur [e], *an ſæcularibus literis oporteat eos eſſe eruditos.*

De his ita ſcribitur in concilio Carthaginenſi, c. 4. 16.

¶Libros gentilium non legat epiſcopus. Cap. I.

Anſel. li. 7 c. 202. Burch li. 1. c. 95. Iuo p. 4. c. 160. & p. 5. c. 197. Panm. li. 2. c. 230. Polyc li. 4. tit. 7.

EPiſcopus gentilium [f] libros non legat: hæreticorum autem pro neceſſitate, aut tempore.

a ¶Oculi.] Scilicet ſponſæ.

b ¶Pleniſſima.] Sic ſemp prælati ſedebũt iuxta fluenta Euangeliorum & ſacræ ſcripturæ: & ſicut columba ſedet ex natura iuxta aquam, vt videat in ipſa aqua vmbrã ſuperuenientis accipitris, & ſic ſibi pcauere conſueuit; ſic prælatus ſibi per ſcripturam præcauebit contra hæreticos. 10. d. in fi. 11. diſt. nolite.

Prælatus columbã imitetur.

Si quis vult.] CASVS. Tria ſunt opera, quę Moyſes & Aaron, faciebant, ſcilicet legere, docere populũ, & orare. hęc tria opera debet epiſcopus facere, ſi vult imitari Moyſen & Aaron. & ſi orauerit epiſcopus, vincet populus eĩ' dęmones, ſicut populus Iſrael vicit Amalechitas orante Moyſe.

c ¶Non uadit.] Nũquid ergo eĩ non intererũt bellis? imo 1. quia etiã poſſũt alios hortari ad bellũ, vt 23. q. 7. igitur. & c. hortatu. 10. d ¶Indeſinenter.] Omnino, uel horis ſtatutis. ſic 21. q. 3 hi qui. de conſec. di. 5. nunquam. 11. diſt. ſi laicus. ff de cond. & demonſt. ſi quis ita. 22. diſt. ſacroſancta.

1 No. in cap. hic allega. 23. q. 8. igit. in fi. Arch.

Sed quęritur.] Hæc diſt. diuiditũ in quinque partes. Secunda ibi, [Cur ergo.] Tertia ibi, [Relatũ.] Quarta ibi, [Ideo.] Quinta ibi, [vt itaque] CASVS. Ponitur hic 37. diſt. in qua quæritur an oporteat clericos eſſe eruditos literis ſæcularibus, ſcilicet libris gentiliũ: Et primo probat eos non eſſe legendos, vſqs ad §. ſed ecõtra. deinde probat contrarium. poſtea dat ſolutionem. inf. eo. l. §. ſicut ergo. Prima duo cap plana ſunt.

c ¶Sed quæritur.] In hac 37. diſt quærit 2. G. an ordinãdus debeat habere peritiã ſæcularium ſcientiarum. Primo autem oſtẽdit, ꝙ clerici nõ debent reſpicere libros gentilium; Secundum ponit argu. in contrarium, & talem dat ſolutionem; ꝙ quidam legunt libros gentilium cauſa de-

2 Scilicet in cadenter H. Clerici an libros gẽtilium reſpicere poſſint.

3 Et hoc facit vſque ad §. inf. ea ſed contra.

d ¶Indeſinenter.] Ergo nec leges audire debent. nam opprobrium eſt eis, ſi ſe velint eſſe peritos

Epiſcopis an liceat leges audire.

Item Hieronymus ad Damasum Papam de filio prodigo, epist. 146.

¶Reprehenduntur sacerdotes, qui omissis Euangelijs comœdias legunt. Cap. II.

Iuo p.4.c.161. Pann.l.2.c.131.

SAcerdotes Dei omissis Euangelijs, & prophetis videmus comœdias legere, & amatoria bucolicorum versuum verba canere, Virgilium tenere †, & id, quod in pueris necessitatis [a] est, crimen in se facere voluptatis.

† *al tenere in manibus.*

Idem ad c.4. epist. ad Ephesios, lib.2. comment.

¶In vanitate, & obscuritate sensus ambulant qui sæcularibus disciplinis occupantur. Cap. III.

Eph.4.

NOnne vobis videtur in vanitate sensus, & obscuritate mētis ingredi, qui diebus ac noctibus in dialectica arte toquetur? qui physicus perscrutator oculos trans cœlum leuat, & vltra profundum terrarum, & abyssi †, in quoddam inane demergitur, qui iambum ferit [a]? qui tantam † metrorū siluam in suo studio sus corde distinguit, & congerit? & (vt ad alteram partem transeam) qui diuitias per fas, & nefas quærit (qui adulteratur regibus, hæreditates captat alienas, & opes congregat, quas in momento, cui sit relicturus, ignorat?

† *al. abyssi quoddā immane demergit al. tantum.*

[a] ¶Ferit.] *Antea legebatur*, iambum feruet. *In originali autē impresso est*, Iambum struit. *Emendatum vero est ex antiquo Gratiani exemplari. Nam Terentianus de Iambo sic scribit.*

Iambus ipse sex enim locis manet,
Et inde nomen inditum est senario;
Sed ter feritur, hinc trimetrus dicitur,
Scandendo binos quòd pedes coniungimus. *Ac de ijsdem senarijs Isidorus l.1. Etymol. c.38. ait*, hos Græci, quia geminos feriunt, trimetros dicunt.

Item lib.9. ad c.28. Esaiæ.

¶Qui scripturas sacras male intelligit, vel sæculari sapientia abutitur, vino inebriatur, & sicera. Cap. IIII.

VIno inebriantur, quando scripturas sanctas male intelligunt [b], atque peruertunt, sicera, quando sæculari abutuntur sapientia, & dialecticorum tendiculis, quæ non tam vincula † sint appellanda, quam phasmata, idest, vmbræ quædam, & imagines, quæ cito pereunt, atque soluuntur. *Idem.* ¶Secundum tropologiam [c] pseudo prophetas eos debemus accipere, qui aliter scripturarum verba accipiunt, quàm Spiritus sanctus sonat, & diuinos eos qui coniectura mentis suæ incerta futurorum quasi vera pronunciant absq; diuinorum auctoritate verborum. *Idem.* Quicunque scripturas non ita intelligit, vt rei veritas habet, vuam acerbam comedit.

† *al. tendicula.*

Hier.l.5.ad.c.29.Ier.

Hier.l.6. comment. ad c.31.Ier.

Item lib.3. ad c.6. ad Ephes.

¶Reprehenduntur episcopi, qui filios suos sæcularibus erudiunt literis. Cap. V.

Iuo p.4.c.166.

LEgant episcopi, atq; presbyteri, qui filios suos sęcularibus literis erudiunt, & faciunt illos comœdias

peritos disciplinarū forēsium, C. de test. consulta diualia. Sed contra leges sunt p ora principum diuinitus promulgatę, vt 16.q.3. nemo 1. Dic quod ad hoc l. cet audire leges, vt per eas melius intelligatur canones, arg int. ead. d. § sed sæculares Io.

1 Ad idē C. de long. tēp. præscrip. l. 2. 5. q 1. ideo. Arch.

[a] ¶Sacerdotes. ¶Necessitatis.] Vt sciant recte loq.

NOnne. CASVS. Quatuor genera hoīum in hoc ca. reprehenduntur .s. dialectici, qui quotidie in arte dialectica torquētur, & physici, & q oculos trās cęlum leuant, & verificatores, & cupidi, q diuitias per fas & nefas acquirunt, quas momento cui sit relicturi, ignorāt.

VIno. CASVS. In hoc ca. exponit quinque Hieron. Dicit em, quod illi inebriantur vino, q sacras scripturas male intelligunt, atqi peruertūt. Secundo inebriantur sicera, q sæculari scīa abutuntur. Tertio exponit, qui dicantur pseudo prophetæ. Quarto qui sint diuini. Quinto, quòd ille comedit vuam acerbam, qui aliter exponit scripturā, quam veritas habet, etsi non contra fidem.

[b] ¶Intelligunt.] Talibus qui male intelligūt dicta magistri, essent aures præscindendæ, vt 24.q.1.si Petrus.

Aures male intelligentibus sunt p̄ scindendæ.

[c] ¶Secundum tropologiā] idest, *sm* moralem intellectū a tropos, quod est conuersio 2 quando verba nostra conuertimus ad mores informandos, 43.d. sit rector.

2 Et longo sermo. inde tropologia, idest cōuersio sermonis Hug. de hoc not. 76 d. ieiunii. in fi.

ADDITIO. Isti contrarium faciebāt, & facit de pœ. d. super tribus. Arch.

LEgant.] CASVS. In hoc c. reprehenduntur sacerdotes ab Hieronymo q filios suos & nepotes faciebant legere comœdias.

legere, & mimorum turpia scripta cantare, de ecclesiasticis[a] forsitan sumptibus eruditos. Et quod in corbonā pro peccato virgo, vel vidua, vel totam substantiā suam effundēs quilibet pauper obtulerat, hoc in Kalendariam strenā[b], & saturnalitiam sportulam[c], & Mineruale munus grāmaticus, & orator, aut in sumptus domesticos, templi stipes, aut in sordida scorta conuertit. Heli sacerdos, ipse sanctus fuit: sed quia filios[d] suos non erudiuit in omni disciplina, & correptione, supinus cecidit, & mortuus est. 1. Reg. 2.

[Item ex responsione Hadriani α Papæ ad Carolum, capit. 49.]

PALEA. Cap. VI.

OMnem vim venenorū † suorum in dialectica disputatione constituunt hæretici, quæ, philosophorum sententia, definitur non adstruendi vim habere, sed studium destruendi. Sed non in dialectica complacuit Deo saluum facere populum suum. Regnum enim Dei in simplicitate fidei est, non in contentione sermonis. Iuo p. 4 c. 219. † al. inuentorum.

α ¶Hadriani.] *Hoc caput antea tribuebatur Vrbano. Sed est in scripto Hadriani de imaginibus ad Carolum magnum, c. 49. & inde emendatum est. Eadem vero habentur apud B. Ambrosium lib. 1. de fide ad Gratianum Imper c. 3.*

Item Rabanus de præssuris ecclesiasticis.

¶Beatus Hieronymus ab Angelo verberatur, quia Ciceronis libros legebat. Cap. VII.

LEgimus de beato Hieronymo, quod cum libros[e] legerit Ciceronis, ab Angelo est correptus, eo quòd vir Christianus paganorum figmentis intenderet. Ex Hieronymo ad Eustochium de custodia vir. Iuo p. 4 c. 164. Pann. l. 2. c. 132.

Hinc etiam filius ille prodigus in Euangelio reprehenditur, qui de siliquis, quas porci manducabant, vētrem suum replere cupiebat. ¶ Hinc etiam Origines α ciniphes, & ranas, quibus Aegyptij sunt percussi, vanā dialecticorum garrulitatem, & sophistica argumenta intelligit. Ex quib. omnib. colligitur, q̄ non est ab ecclesiasticis sæculariū literarū quærenda peritia. Sed cōtra legitur, q̄ Moyses, & Daniel omni scientia Aegyptiorum, & Chaldæorum eruditi fuerunt. Legitur etiam, q̄ p̄cipit Dominus filijs Israel, vt expoliarent Aegyptios auro, & argento, moraliter instruēs, vt siue aurū sapiētiæ, siue argentū eloquentiæ apud poetas inuenerimus, in vsum salutiferæ eruditionis vertamus. ¶ In Leuitico ēt primitias β mellis. i. dulcedinē humanæ eloquentiæ, Domino iubemur offerre. ¶ Magi quoque tria munera obtulerunt Domino, in quib. nonnulli tres partes philosophię volunt intelligi. Deniq. (vt in expositione psalterij γ Cassiadorus testatur) oīs splendor rhetoricę eloquētiæ, oīs modus poeticę locutionis, q̄libet varietas decorę pronunciationis a diuinis scripturis sūpsit exordiū. ¶ Hinc & Ambrosius ait super est. polā Colossensium. (Oīs ratio scientię supernę, vel terrenę creaturę in eo est, qui est caput earū, & auctor: vt q̄ hūc nouit, nihil vltra q̄rat, quia hic est perfecta virtus, et sapiētia, quidquid alibi q̄ritur,

Act. 7. Dan. 1. Exo. 3. & 11. Leu. 2. Mat. 2. Raba ad hunc locū Matth. c. 2.

mœdias, & poetica carmina, & quia ad hoc peccuniam ecclesiasticam, & ad alios turpes vsus conuertebant: vnde dicit eos presbyteros puniendos ad instar Heli, quia cecidit de sella supinus, & mortuus est, quia suos filios non correxit. Quæ sequuntur plana sunt vsque ad §. sed contra.

a ¶Ecclesiasticis.] Arg. contra. sup. 31. d. omnino.

b ¶Strenam.] Strena est primū donū, quod datur in principio Kalendarum, & datur p̄ augurio. 26. q. vlt. non obseruetis, & dicit strena quasi sine tihena. i. sine lamentatione.

c ¶Sportulā.] Quæ datur pro fabulis Saturni celebrandis, vel pro ludis Saturni bonæ fortunæ.

d ¶Sed quia filios.] talis repellitur a testimonio, vt 6. q. 1. q. crimen. Item nec potest esse episcopus, vt 48. d. necesse immo potius diciturcanis, quam eps, vt 2. q. 7 qui nec. Io.

e Egimus.] ¶Libros.] Quia legit eos cā delectationis, nō causa eruditionis, vt de cōse. d. 5. non mediocriter.

f ¶De siliquis.] id est sæcularib. scientijs, quæ inflant, nō satiant. 1.

SED CONTRA CASVS. Amodo p̄bat Gratianus, q̄ clerici sæcularib. scientijs debēt esse eruditi. Et hoc probat sex rationib. Prima est in principio Secūda ibi, [Legitur etiā] Tertia ibi, [In Leuitico..] Quarta ibi, [Magi] Quinta ibi, [Deniq.] Sexta ibi, [Hinc ēt Ambros.]

g ¶Vt expoliarent.] 14 q. 1. dixit.

h ¶Tres partes] s. moralem, naturalē, rationalem.

Scientiæ sæculares non satiant.

1 Sicut em̄ siliquæ onerant ventrē & inflāt, sed non satiant, sic, & illæ a spirituali fame non liberāt nec cæcitatem expellunt, sed onere peccatorū, & gehennę reatu grauant, quicūque ergo ad remouēdam cęcitatem ignorantiæ illas artes, & scientias discere appetit, quasi siliquis ventrē suum replere cupit. Em Hug.

a ¶De-

a ¶Despecta.] Respectu aliarum scientiarum. Ioan.

TVrbat.] CASVS. Quidam prohibebant Christianos ne legerent libros gentilium, quos Beda reprehendit, dicens, quod bene possunt legi sine peccato, vt vtilia inde sumantur, ad instar Moysi & Danielis, & etiam Pauli,

b ¶Si qua.] Argum. quòd utile non uitiatur per inutile, vt 17.q.4.quæst.sup.distinct.9 si ad scripturas contra. Ioan.

c ¶Magister] Nam legitur ꝙ cũ Paulus uenisset Athenas, vidit aram ignoti Dei, in qua erat scriptum, Hæc est ara ignoti Dei 1. in quo viuimus, mouemur, & sumus a qua scriptura Apostolus incępit prædicationem suã, & aperuit illis Athenienſibus sẽsum illius scripturæ, prosequens de Deo nostro, & dicẽs: Quem vos dicitis ignotũ, ego ꝑdico, & colo tunc Dionysius Areopagita videns quendam cęcũ trãseuntẽ dixit illi; Si illuminaueris istũ cæcum, credã tibi, qui statim inuocato nomine Christi illuminatus est, & ille credidit.

1 Alias, ignoto Deo dati ui casus.

Dionysius ꝑ prædicationẽ Pauli fuit conuersus.

hic perfectè inuenitur. In Daniele, & Salomone ostendit infidelibus se totius auctorem sapientiæ. Quod infideles non putant, quia non legunt in Euangelijs, & Prophetis astrologiam, geometriã, et alia huiusmodi: quæ ideo despecta sunt à nostris, quia nihil valent ad salutem, sed mittunt in errorem; & dum his student, curam animæ non habent. Qui uero Christum nouit, thesaurum sapiẽtiæ, & scientiæ inuenit; quia id nouit, quod utile est.]

α ¶Origenes.] *Is homilia 4. ad cap. 7. Exodi, ranas quidem comparat, poetis ciniphes autem dialecticis.*

β ¶Primitias.] *Leuitici c. 2 prohibetur fermentum, ac mel adoleri in sacrificio Domini: primitiæ tamen eorum iubentur offerri, sed non super altare imponi. Vbi in glossa ordinaria mel exponitur gentilis eloquentia, ab Isychio autem paganorum doctrina, cuius primitiæ ad imitationem Beati Apostoli Pauli possunt Deo offerri.*

γ ¶Cassiodorus.] *In prologo psalterij, c. 15. & sequenti multis verbis Cassiodorus diuinæ scripturæ eloquentiam explicat, & cõmendat. Sed quæ affert in principio explanationis Psalmi 6. valde videntur his, quæ nunc referuntur, conuenire.*

δ ¶Ambrosius.] *Ex Beati Ambrosij principio expositionis capitis secũdi epistolæ ad Colossenses, hæc summatim collecta sunt, referunturque in glossa ordinaria, & ab Anselmo ad idem caput secundum, cuius Anselmi uerbis Gratiani verba magnopere sunt similia.*

Hinc etiam Beda libro 2. Regum, c. 9. in Samuelis allegoricis expositionibus.

d ¶Indidisset.] In epistola Pauli ad Titum illud Epimenidis poetæ, Cretenses semꝑ mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri. 1. q. 1. Dñs declarauit. Interseruit ẽt in 1. epist. ad Corin. illud Menandri, Sæpe bonos mores corrũpũt colloquia prauа. q. 1. sępe. Itẽ vsus est illo versu. *Odero si potero, si non, inuitus amabo.* sed Hieron. de consec. d. 5. nonnunquã vsus est versibus Virgilij, & Augustino Lucani, mẽs hausti nulla, & c. 26. q. 5. nec mirũ. & iurisperitus auctoritate Virgilij ff. de rerũ diuisione. intantũ. §. cenotaphiu. & Homeri, Inst. de cõtrah. empt. § pretiũ.

Apostolus vsus est sententijs poeticis.

¶Non prohibeantur clerici sacras literas legere. Cap. VIII.

Iuo p. 4. c. 85. Pann. li 2. c. 13 ¶

† *al. quibus ubi licet inuenta utilia.*

TVrbat acumen legentium, & deficere cogit, qui eos à legendis sæcularibus literis omnimodo æstimat prohibendos; in quibus † si qua [b] inuenta sunt utilia, quasi sua sumere licèt. Alioquin nec Moyses, & Daniel sapientia, vel literis Aegyptiorum paterentur erudiri; quorum tamen superstitiones simul & delitias horrebãt. Nec ipse magister [c] gentium aliquot versus poetarũ suis vel scriptis indidisset [d], vel dictis.

2 *Cur ergo legi prohibentur, quæ tam rationabiliter legenda probantur: Sed sæculares [e] literas quidam legũt ad voluptatem, poetarum figmentis, & verborum ornatu delectati: quidam uero ad eruditionem eas addiscũt, vt errores gentiliũ legẽdo detestentur, & utilia, quæ in eis inuenerint, ad usum sacræ eruditionis deuote conuertant. Tales laudabiliter sæculares literas addiscunt. Vnde B. Gregorius quendam episcopũ non reprehendit, quia eas didicerat; sed quia contra episcopale officium pro lectione Euangelica, grammaticam populo exponebat.*

l. 6. reg. epist. 48 infra 86. dist. 1. c. cum multa.

CVR ERGO. CASVS. Soluit Gratianus contrarietatem hanc, dicens ꝙ sęculares scias debet qs addiscere nõ ad voluptatem, sed ad eruditionem, vt quæ in eis vtilia inueniuntur, ad vsũ sacrę eruditionis conuertantur, vnde Gregorius quendã epm reprehendit, no qa sæculares scias didicerit: sed qa ad voluptatẽ grammaticã loco Euãgelij exponebat. Gregorius infra 89.

Pauli, qui suis epistolis inseruit versus poetarum, scilicet, Cretenses, &c.

e ¶Sed sæculares.] Vnde beatus distin. cum multa.

Legi-

LEgimus aliqua.] CASVS. Totum hoc cap. legi pōt, de sæcularibus scientijs, Im H. & ostenditur ratio triplex quare legantur, scilicet ne negligantur, ne ignorentur, & ut repudientur. Vel sic: legimus aliqua ut nouum & uetust. testa ne negligamus. Legimus aliqua, ut artes, ne ignoremus. Legimus aliqua, ut scripturas hæreticorū, ut repudiemus.

a ¶Ne negligātur.] Vt uetus testm.

b ¶Ne ignoremus.] Nam quāuis nullus sit usus, tamē scientia necessaria est, vt sup. d. 7. c. ult.

c ¶Repudiemus] Vt libros hæreticorum, vt 24. q. 3. c ult.

SI quis.] CASVS. Cap. istud diuidit in duas partes. In 1. parte dr, ꝙ non est reprobandum, si qs addiscit grammaticam vel dialecticā, vt intet uerum & falsum discernat In secunda parte, quæ incipit ibi: [Geometria,] dicitur ꝙ quadriuiales sciētiæ ueritatem in se habēt: sed non sunt sciētiæ pietatis, & assumendę. Sed vetus & no. test. sunt scientię pietatis, & assumendę, & grammatica in bonos usus assumpta proficere potest.

d ¶Geometria] De astronomia nō facit mentionē: quia hæc abijt in desuetudinem, vt 26. q. 2. §. his ita.

QVi de Mensa.] CASVS. Duæ quæstiones factæ fuerūt Hieronymo. Prima fuit, an sit peccatum discere doctrinam & sciētiam paganorum? Et respondet Hieronymus, ꝙ non: & hoc probat exēplo quatuor puerorum. s. Danielis, Ananiæ, Azariæ, Misalis, & exēplo Moysi: qui si sciuissent esse peccatum, nunquā didicissent. Discebant enim, vt cōuincerent incredulos, aliter risui paterēt, si de dogmatib. eorum cum eis disputarent, cum inde nihil scirent Secunda quæstio fuit, an sit peccatum recordari sæcularium legum in prædicatione vel disputatione? Et respondet, ꝙ non: quia hoc fit ex necessitate, ut probemus ea, quæ sancti dixerunt in libris gentilium contineri.

e ¶Qui de mensa] Daniel, Ananias, Misael, Azarias 1. nam turpe est alicui decretāti ius in quo versatur ignorare, ut ff. de origine iuris, l. 2. § Seruius.

f ¶Scirent esse peccatum.] Ex eo ꝙ Hieronymus hic inducit exemplum Danielis, colligitur arg ꝙ in dubijs recurrendū est ad exempla maiorum & aliorum. 16. q. 1. sunt nonnulli. 22. q. 1. vt noueritis. 1. q. 7. conuenientib. 12. q. 2.

Hinc etiam Ambrosius scribit super Lucam in explanatione proœmij.

¶Sæculares literæ legendæ sunt, ne ignorentur. Cap. IX.

LEgimus aliqua, ne negligantur [a] α; legimus, ne ignoremus [b]; legimus, non ut teneamus, sed vt repudiemus [c]. Pann. l. 2. c. 34.

α ¶Negligantur.] *Sic etiam in Pannormia, sed in originali et in uno Gratiani manuscrip.* ne legantur. *Ibi enim agitur de pseudeuangelijs. Sed non est mutatum ob glossam.*

Item Hieronymus ad c. 1. epist. ad Titum.

¶Grammatica legenda est, vt per eam sacræ scripturæ intelligantur. Cap. X.

SI quis artem grammaticam nouerit, vel dialecticam, vt rationem rectè loquendi habeat, & inter falsa & uera di judicet, non improbamus α. ¶Geometria [d] quoque, & arithemetica, & musica habent in sua scientia veritatem: sed non est scientia illa, scientia pietatis. Scientia pietatis est nosse legem, intelligere prophetas, Euangelio credere, Apostolos non ignorare. ¶Grammaticorum β autem doctrina etiam potest proficere ad vitam, dum fuerit in meliores vsus assumpta. Pann. li. 2. c. 135. Iuo p 4. c. 167. Pann. li. 2. c. 136.

α ¶Non improbamus.] *Absunt istæ duæ voces ab originali. Exponens enim B. Hieronymus uerba illa ex principio epistolæ ad Titum,* & cognitionem ueritatis, quæ est iuxta pietatē, *ita scripsit*: Est plane ueritas, quæ non habet pietatem, si quis grammaticam, &c.

β ¶Grammaticorum.] *Hæc non sunt B. Hieronymi, sed Isideri lib. 3. de summo bono, c. 13. ex quo citat Iuo.*

Item Hieronymus in primum caput Danielis.

¶Exemplo Danielis probatur non esse peccatum sæcularibus literis erudiri. Cap. XI.

QVi de mensa [e] regis, & de vino potus eius nolunt † comedere, ne polluantur, vtique si ipsam sapientiā, atque doctrinam Babyloniorum scirent esse peccatum f, nunquam acquiescerent discere, quod non licebat. Discunt autem, non vt sequantur, sed ut iudicent, atque conuincant, quomodo si quispiam aduersus mathematicos uelit scribere imperitus mathematis, risui pateat: & aduersus philosophos disputans, si ignorat dogmata philosophorum. Discunt ergo ea mente doctrinam Chaldæorum, qua & Moyses omnem sapientiam Ægyptiorū didicerat. *Idem.* ¶Si quando cogimur literarum sæcularium recordari, & aliqua ex his dicere, quæ olim omi- Poly. li. 4. tit. 7. † *non vult.*] orig. & Poly. & sic deinceps. *Act. 7.* Hier. in prologo in in Danielem.

Daniel & socij sui.

1 Isti alio noīe dicti sunt Balthasar, Sidrac, Misac, & Abdenago, Im Hug & Lau

12. q. 2. quæst. 16. q. 3. præsulum 14. q. 1 c. ult. 26 q. 2. nō statutū. & c. non exemplo. C. de sen & interlo. nemo 2. contra Sol. ubi iura deficiunt, recurrendum est de similibus ad similia. alias non 20 dist de quib dic, vt ibi. Itē arg præsumi eo ipso bonum, ꝙ ab aliquo bono sit factū, vt 7 q. 1. oīs q & 34. q. 1 cū beatissimus 9. q 2. Lugdunensis. 12. q. 1. expedit 28. q. 1. sic eñ. 31. dist oīno Io.

2 Vt no. 13 d. c fi. Recuritur qñqu de similibus ad similia.

a ¶Præ-

simus nō nostræ est voluntatis, sed, vt ita dicam, grauissimæ necessitatis, vt probemus ea, quæ a sanctis prophetis ante sæcula multa prædicta [c] sunt, tam Græcorum, quam Latinorum, & aliarum gentium literis contineri [b].

Item ex synodo Eugenij a Papa secundi.

¶Magistros, & Doctores episcopi congruis locis constituant. Cap. XII.

De quibusdam locis ad nos refertur neq; magistros, [c] neq; curam inueniri posse studio literarum. Idcirco in vniuersis episcopijs, subiectisque [d] plebibus, & alijs locis, in quib. necessitas occurrerit, omnino cura, & diligentia adhibeatur, vt magistri [c] & Doctores constituantur; qui studia literarum, liberaliumq; artium dogmata assidue [f] doceant, quia in his maxime diuina manifestantur, atque declarantur mandata.

a ¶Eugenij.] *Apud Anselmum citatur ex synodo habita Rom. in consist. Lateranen. a Beato . . . . In Polycarpo eodem modo, & additur nomen Eugenij Papa II. & in synodo Leonis IV. quarum synodorum, vt alibi dictum est, exemplaria sunt in Vaticana bibliotheca. In indice etiam synodi a Gregorio VII. Roma habita, talis cuiusdam capitis hæc ponitur summa.* Vt omnes episcopi artes literarum in suis ecclesijs doceri faciant.

† sed ibi fusius. *Item Augustinus contra Faustum Manichæum, libro 13. c. 15.* †

¶Auctoritatibus gentilium, eorum vanitas retunditur; atque conuincitur. Cap. XIII.

Si quid veri [g] de Deo Sybilla, vel Orpheus, alijve gentiū vates, aut philosophi prædixisse perhibētur, valet

De quibusdam.] CASVS. Relatum fuit Eugenio in synodo sua, ꝙ in quibusdam locis non erant magistri, qui erudirent alios in liberalibus artibus, & ideo præcipit omnibus episcopis, vt in congruis locis magistros constituant, qui quotidie in doctrinis liberalibus alios doceant.

c ¶Neque magistros.] Arg. ꝙ scholares 1. in scholis de eccles. suis debent hre præbendas sup. d. 32. si qui. ff ex quib. cau. maio. in integ. nec non. ff. de neg. gest. l. 1. extra de cler. non resident. inter quatuor 1 q. 2. sacerdos. Sed cōtra 1. q. 2. placuit. inf. de confec. d. 1. nemo. inf. 12. q. 2. cō cessa. 16. q. 1. generaliter.

d ¶Subiectisque.] id est, baptismalibus ecclesijs.

e ¶Vt magister.] Quid iuris sit de magistris, haaes extra de magist. quia nonnulli, & extra de magist. capit. 1. quia a clericis ipsius ecclesiæ, & a pauperibus nihil petent, vt ibi dicitur. Sed nunquid magister iure licito potest facere collectam? Videtur quòd non: quia scient ia donum Dei est: vnde vendi non potest, vt 1. quæst 3 non solum. quia professores iuris, & si honeste accipiunt, tamen inhoneste petunt, vt ff. de var. & extraor. cong. gl. 1. §. est q dem. Item quia potius debent proijcere pecuniā exemplo Cratis. 12. q. 2 gloria. §. Crates. Itē quia propter honorem adipiscendum legunt: non propter vilitatem aliorum, quare tanquam suorum negotiorum gestores nihil ab auditoribus petere debent, vt ff. de nego. gest. si pupilli, §. 2. Sed contra: qui pro tempore præstat obsequium, debet consequi beneficium, vt 12. q 2 charitatē. Item quare non posset magister vendere doctrinam suam, si cut iurisperitus consilium, vt 14. q. 5. nō sane? Item nonne testis gratis testatur, & tamen recipit ꝓcurationem, id est pecuniam procurationis nomine, vt 4. q. 3. cap. venturis, & episcopus gratis consecrat ecclesiam: tamen recipere potest procurationem: vt extra de simo. cum sit, & officium magistri remunerandum est, vt ff. de donatio. Aquilius? Solu. tunc petat magister collectam cum ei sua plenissime nō sufficiūt, vt 10 q. 3. priscis, & 12. q. 1. episcopus ecclesiarum rerum 10. Ego credo quidquid dicat 10. ꝙ magister potest facere collectam de qua viuat, & procuretur, etiam si abūdet, 2 quia episcopus cum consecrat ecclesiam, & cū visitat, recipit procurationem ēt si abundet, vt in decr. de si. cum sit Romana. & extra de cens. cum Apostolus, & co. tit. sopire, nec vēnit magister scientiam, qa æstimari nō potest: sed pro labore suo ꝓmittitur ei præmium. nam prædicator nō dicitur vendere prædicationem, & tamen petere potest sustentationem, vt extra de præscript. cum ex officij, & de cens. cum venerabilis, & 13. q. 1. §. quia ergo, & §. his ita Bar. 3

f ¶Assidue.] id est, horis competentibus. sic supra 31 distinct. sacerdotibus. ff. de cond. & demon. si quis ita legauerit.

Si quid veri.] CASVS. Manichæi dicebant, quòd si Orpheus, & Sybilla, & alij vates, & philosophi gētiliū de Deo aliquid dixerunt, tantæ est auctoritatis quantæ sunt verba prophetarum. Et respondet Augu. dicens, quod si quid veri ibi reperitur, valet ad conuincendum eos: sed non vt habeatur in auctoritate sicut verba prophetarum. Et hoc probat similitudine Dæmonum, & Angelorum, qui Dæmones, licet vera dixerunt de Christo non tamen sunt tantæ auctoritatis quantæ verba Angelorum.

g ¶Si quid veri.] Argum. quod testes, vel instrumenta possunt pro parte rata haberi, pro parte non, vt dixi supra distin 9. si ad sacras, sed illud verum est, quando reprobantur ratione personæ: secus si reprobentur propter dicta. Item argum. ꝙ si aliquid induxero pro me, ꝙ non teneor recipere contra me. su. d. 19. si Romanorum.

1 Intelligo aliquem esse in scholis, licet aliquando diuertat cā eundi ad curiā Romanā, vel alibi, statim reuersurus: nā tūc nec diuertisse vī de pœ. d. 1. diuortiū Arch.

Magister ꝓducendo an possit collectam facere.

2 Arg. cōtra. 10. q 5. cauē dum iux. h. vbi de hoc. & ibi dicam.

3 De hoc ēt no t q. 3 vē dentes, & plene extra de magistris qa Arch.

Instrumēta possunt pro parte approbari, & pro parte reprobari.

contra

contra Io.Sol.si vtor aliquo contra me,& pro me vti debeo:nisi in casibus specialibus.2.q.7.si hæreticus.Dic vt ibi.Bart.

a ¶Valet quidem.] Arg.esse argumentādum ab exemplis paganorum, & in dubiis ad ea recurrendum inf.13. q.2.questa sup.d.21. submittitur.

b ¶Dæmoniorum.] cum dixerunt filio Dei, ad quid venisti ante tēpus torquere nos? Apostolus tñ in epistola ad Corint. vr̄ contrarium dicere,cum dicit. Si cognouissent eum nunquam Dñm gloriæ Crucifixissent. Dic ꝙ sic perfecte eum non nouerunt:tamē credebant eum filiū Dei, cum viderunt eum ambulātem super aquas:cum viderunt eum esurire,nō credebant.

Diaboli vtrū cognouerūt Chim esse filium Dēi.

Relatum.] Hæc est 3.pars huius d.in qua dicit.ꝙ a sapientibus debemus audire,quę leguntur in sacra scriptura. Io.de Fan.

CASVS. Quidam erant, qui cum veritatis doctorem non haberent diuinam scripturam exponebant pro suæ voluntatis arbitrio: & non secundum traditionē sanctorum patrum: ex suo ingenio quasdam similitudines capientes:quos Clemens reprehendit, ostendens quod diuina scriptura non debet intelligi secundum arbitrium alicuius,nec extraneus sensus debet quæri, vel a litera alienus: licet multa sint in diuinis scripturis,quæ possunt trahi ad varios,&diuersos intellectus.Et ideo docet scientiam esse discēdā ab eo, q veritatē a suis maiorib.percepit: vt possit postea veritatem prædicare,& alios recte docere,& ad assertionem veri dogmatis artibus liberalibus poterit vti,vt falsa,& simulata declinet.seq.c.patet.

c ¶Traditionem.] Tales dicuntur transferre terminos patrum,vt 23.q.3.transferunt.

d ¶Verisimilitudines.]idest,statim volunt per similitudines procedere in alijs,& licet per similia licitum sit argumentari 1 vt 20.d de libellis.non tamen semper, vt 17 q.1 nuptiarum,& 18.q.1.sic enim.

e ¶Alienum]Nisi illud reperiatur in auctoritate, vt cū inuenimus annum poni pro die,vel econtra, vt 31.d.tenere.33.q.1.hoc ipsum.

f ¶Discere.] Prius enim debet discere quam docere,vt 16.q.1.si clericatus,&c.vide.& 36.d.§.ecce.

g ¶In pueritia.] Arg.ꝙ aliquis pōt testificari de eo,qđ vidit in puerili ætate,vt hic,& de conse. d.4. cum itaq; & c. placuit.& 26 dist.deinde. nā & liber factus pōt testificari de eo qđ vidit, cum esset seruus, vt ff.de ver.signif.

Testificare pōt quis de eo qđ vidit in ætate puerili.

quidem [a] aliquid ad paganorum vanitatem reuincendā: non tamen ad istorum auctoritatem amplectendam.Quātum enim distat de Christi aduentu inter prædicationem Angelorum,& confessionem dæmoniorum [b], tantum inter auctoritatem prophetarum, & curiositatem sacrilegorum.

Ibidem infra.

Item Clemens Papa I.epist.5.ad suos discipulos.

¶Ad intelligentiam sacrarum scripturarum, sæcularium peritia necessaria ostenditur. Cap. XIV.

3 Relatum est nobis,quod quidam in vestris partib. commorantes aduersantur sacris † doctrinis:& prout eis videtur,non secundum traditionem [c] patrū,sed iuxta sensum suum,docere videntur.Multas.n.quidam vt audiuimus, vestrarum ingeniosi homines ex ijs,quæ legunt,verisimilitudines [d] capiunt.Et ideo diligenter obseruandum est; vt lex Dei cum legitur non secundum propriam ingenij intelligentiam legatur,vel doceatur. Sunt .n.multa verba in scripturis diuinis,quæ possunt trahi ad eum sensum,quem sibi vnusquisq; spōte præsumpsit,sed fieri non oportet.Non enim sensum † quem extrinsecus adulteretis,alienum [e],& extraneum debetis quærere,aut quoquo modo ipsum scripturarum auctoritate confirmare,sed ex ipsis scripturis sensum capere veritatis.Et ideo oportet ab eo intelligentiam discere [f] scripturarum, qui eam a maioribus secundum veritatem sibi traditam seruauit,vt ipse possit ea,quæ recte suscepit,competenter asserere.Cum.n.ex diuinis scripturis integram quis,& firmā regulam veritatis susceperit; absurdum non erit, si aliquid etiam ex eruditione communi, ac liberalib.studijs, quæ forte in pueritia [g] attigit,ad assertionem veri dogmatis conferat:ita tamen,vt vbi vera didicerit,falsa,& simulata declinet.

† al.sanis.

† secundum ingenium hominum] orig.

† al.sensum extrinsecus alienum.

Item Isidorus in lib.3.sententiarum de summo bono,c.13

¶Quare prohibetur Christianus poetica figmenta legere. Cap. XV.

4 Ideo prohibetur Christianus figmenta legere poetarum,quia per oblectamenta inanium fabularū mentem excitant ad incentiua libidinum. Non .n. solum thura [h] offerendo, dæmonibus immolatur, sed etiam eorum dicta libentius capiendo.

Iuo p.4.c.167. Pann l.2.c.137.

1 Ad hoc extra de const. translato.& de rescr.iter. & de transl. inter.ext de app. vna. ff. ad l. Aq. illud.Arch.

2 Ad idem facit expresse,vt vr̄.ff.ad Sylla.l excipiuntur Arc.

gnif nationem.§.vlt.2.Arg.contra,quia hæc ætas nescit quid agat,vt C.de falsa moneta, l.1.& impubes nihil intelligitur scire,vt ff.de iur.& fac.igno.l.vlt.Dic quod si fuerit capax doli,bene potest de eo quod tunc vidit testari de puro facto: sed de circunstantiis,s qualiter quid factum sit nō. quia in hoc facile potuit falli memoria. Io.quod satis credo.argu.Instit de inut.stipu.§.pupillus ff.de reg.iur.l.in negotiis. Bar.

Ideo prohibetur.]Hæc est 4 pars huius dis.in qua dicit causam quare fuerit prohibitum studere in libris gentilium.Io.de Fan.

h ¶Thura.]q d non refert,an quod fiat, an eius simile, vt 11.q.3.existimant.& 86.distinct pasce.ff.man.l.vlt.

Digitized by Google

VT ITAQVE CASVS. Concludit Gratia. ex ſupradictis, ꝙ ſacerdotes debent ignorantiam omnino vitare: quia ſi ſacerdotes cæci & ignorantes velint ducere ſubiectos, ambo in foueam cadunt; quod probatur auctoritate pſal. Et licet quis, velit ſe excuſare auctoritate Euangelii dicentis, Seruus neſciens voluntatem domini, &c. non tamen prodeſt, & hoc probatur auctoritate Apoſtoli. Qui ignorat, &c. quod debet intelligi de eo, qui inuenit a quo potuit diſcere: alias punitur. quod probatur auctoritate Auguſtini. Non omnis, &c. Sequens capitulum patet.

Excuſantur ne hi ad quos Apoſtolorū ꝓdicatio non peruenit?

Ex Greg. in l. 1. paſtor. c.

Vt itaque ex præmiſſis apparet, imperitia ſacerdotib. ſemper eſſe debet aduerſa: quia cum per ignorantiam cæcati alijs ducatum præſtare cœperint, ambo in foueam cadunt inde dicitur in pſalmo: Obſcurentur oculi eorū [a], *ne videant, & dorſum* [b] *eorum ſemper incurua.] Cum enim obſcurantur illi, qui præeunt, ad ferenda onera peccatorum, facile ſequentes inclinantur. Elaborandum eſt itaq; ſacerdotibus, vt ignorantiam a ſe quaſi quandam peſtem abiciant. Licet enim ſeruus neſciens voluntatem domini ſui & non faciens, dicatur vapulare paucis, non tamen hoc de omnib. generaliter intelligitur. Ait enim Apoſtolus* [*Qui ignorat* [c], *ignorabitur.*] *Quod de eo intelligendum eſt, qui noluit* [d] *intelligere, vt bene ageret.*

Vnde Auguſtinus ait in lib. quæſt. veteris, ac noui teſtamenti, queſt. 67.

Matth. 17.
Pſal. 68.
Luc. 12.
1. Cor. 14.
Pſal. 35.

Cap. XVI.

NOn omnis ignorans immunis eſt a pœna. Ille enim ignorans poteſt excuſari a pœna [e], qui a quo diſceret, non inuenit. iſtis autem hoc ignoſci petit, qui habentes a quo diſcerent, operam non dederunt. Huiuſmodi non licet ignorare, accipiant ergo veniam, ſi conuertantur.

¶ *Caput hoc in pleriſque vetuſtis Gratiani exemplaribus coniunctum eſt ſuperiori. Eſt autem reſponſio ad quæſtionem, quam præmiſit B. Auguſtinus hic verbis.* Quid eſt quod in carne poſitus Saluator ait: [Pater ignoſce illis; non enim ſciunt quid faciunt? Si enim neſciunt: quid eſt, quod ignoſcitur? maxime cum dicat rex Abimelech ad Deum: [Nunquid gentem ignorantem perdes? Non omnis ignorans immunis eſt, &c. [*In extremo autem addita ſunt nonnulla ex ipſo B. Auguſtino, quo ſententia ſit integrior.*

Luc. 23.
Gen. 20.

DISTINCTIO. XXXVIII.

1 pt. CVm itaque [f] *voluntaria ignorantia omnib. noxia ſit, ſacerdotibus eſt periculoſa.*
Vnde in concilio Tolet. 4. c. 24. legitur.

a Alias oculi eorum. ſ. prælatorū, qui, &c.

b ¶ Dorſum.] ideſt, ſubditos qui ſuſtentari debent a prælatis quaſi in dorſo: vel quia ſequuntur dorſum ipſorum. vndecima q. 3. præcipue.

c ¶ Qui ignorat.] .i. qui negligit ſcire, vel contẽnit ſcire ADDITIO. Nam ignorantia quæ eſt ex culpa. nocet. 28. q. 1. §. ex his.

d ¶ Qui noluit.] Vt ergo, ꝙ illi ſint excuſati ad quos ꝓdicatio Apoſtolorū non peruenit, vt 82. d. Apoſtolicæ Decret. Grat pars I.

e ¶ Non omnis.] ideſt, a peccato pro quo debet pœna, vel a pœna æterna: aliter non congrue diceret, nec verum, ẽt cum in quolibet ignorante ſit pœna eo ipſo, ꝙ ignorat, ſecũdum Hugo.

CVm itaq;] Hæc diſt. diuiditur in tres partes. In prima intẽdit probare, quod omnes ſacerdotes, & alij maiores & minores debent eſſe inſtructi in lege diuina, & præcipue in canonica, & probat hoc per 10. auctoritates. Secunda ibi, [Quamuis.] Tertia ibi, [Sed licet] loa. de Fan. CASVS. Facti mentione fu. de ignorantia in §. vt itaque & in cap. non omnis. ſupponit Grat. 38. diſt. in qua oſtendit, quod ignorantia periculoſa eſt, maxime ſacerdotibus.

f ¶ Cum itaque] Superiori d. facta fuit mentio de ignorantia: ideo magiſter an neẽſſit illam 38 diſt. in qua oſtendit, qđ ignorantia periculoſa eſt, maxime ſacerdotibus. Notandum eſt ergo, quod ignorantia iuris alia eſt iuris naturalis, alia ciuilis, vel canonici. Ignorantia iuris naturalis neminẽ excuſat. ſi eſt adultus, vel diſcretus: quia in his parum intereſt decipere, vel decipi poſſe, vt 16. q. 1. ſi cupis de hac dicitur, Ignorans ignorabitur. Ignorantia iuris ciuilis, vel canonici neminem excuſat, vt infra ea. ſi in laicis. &c. quæ ipſis aliquos tamen excuſat, vt milites, mulieres 1, ruſticos, minores. Ioan. damno tamen vitando nulli nocet, vt ff. de iuris & facti igno. error, in fi. niſi in ijs quæ introducta ſunt ad rigorem iuris conſeruandum, vt in conſtitutione, quis quis in tantam. C. vn de vi. & præſcriptionibus. Barto. Ignorantia facti alia probabilis. & hæc excuſat: quia etiam peritiſſimos fallit, vt infra 1. quæſt. 1. ſi quis a ſimoniacis & 9. quæſt. 1. ordinationes alia eſt craſſa & ſupina, vt cum quis ignorat id quod publice factum eſt in ciuitate. hæc neminem excuſat. vt 16. diſt. quod dicitis. 12, quæſt. 2. qui & humanis. Hoc plenius inuenies 1. q 4. §. vlt. in fin.

Ignorãtia iuris eſt multiplex.

1 De hoc legi. & no. 22. q. 4. illicitũ. fœminas tũ nõ in oĩbus excuſat ignorantia: ſed in quibuſdã, vt no ff. de iuris & fa. ig. l. regula. in princ & C eo. tit. l. fi. ignorantia facti eſt multiplex.

Digitized by Google

IGnorantia] CASVS. Docet hic concilium Tolet. q̃ ignorantiam ſacerdotes Dei debent vitare, q̃ mater eſt cũctorũ errorũ: & iõ maxime in ſacerdotib. eſt vitanda. Vnde ſacras ſcripturas legere debent, quibus populos ſibi commiſſos valeant eruditre tam in ſcientia fidei quam in moribus: & hoc probatur auctoritate Apoſtoli dicentis: Attende lectioni, &c.

a ¶Ad Timotheũ.] Arg. quod vni dr̃ ad omnes extenditur, vt 24.q 1.quodcunque & 16.q.1.prædicator. 61 d.miramur de pœnit d.1.§.his auctoritatibus 1. C. de diuer. refer l 1.ff. de pac.iuriſgẽtium. § pactorum. argum. contra 25.diſtinctio. qualis.

1 Verſi. nunc aũt. alias eſt 6. ad idẽ de conſecr. diſt. 4 proprie.

QVãdo. CASVS. Docet. concilium Toletan. quod quando epiſcopi ordinant presbyteros in capellis, debent eos docere qualiter officia debeant celebrare, ne per ignorantiam in diuinis ſacramentis offendãt. & cũ ad litanias venerint, vel ad concilium, debent epiſcopo ſuo reddere rationem qualiter baptizauerint, vel officia celebrauerint. ſequens cap. patet

b ¶Officialem.] In quo continetur officium eccleſiaſticũ.

c ¶A ſacerdote] id eſt, epiſcopo.

Proceſſiones rogationum.

d ¶Ad litanias.] id eſt in rogationibus. Et ſic patet, q̃ omnes ſacerdotes veniẽt ad cathedralẽ eccleſiã in feſto rogationu ſic infra de conſe. d. 3 c 3. de cõſe. d. 1. quod hoc.

e ¶Vel ad cõciliũ.] Sic patet, quod conuentus quem habet epiſcopus cum cleri cis ſuis, dicitur cõcilium. vt 18. q. 2. abbates 2 q. 2. placuit 18. d. propter, &c. placuit.

Laici iuris peritiam debent habere 2 Vel dic, q̃ hoc poteſt intelligi de illis laicis, q̃ in dignitate ſunt conſtituti, de quibus habetur extrã 59. diſtin. ſi officia. Arch.

f SI in laicis.] Videi ergo quod laici habebunt peritiam iuris maxime ſi ſint iudices, cum teneantur ferre ſententiam in ſcriptis, vt dixi 20. d. §. 1. Sed poteſt intelligi de iure cõſuetudinario, vel de iure naturali, in quo periculoſa eſt ignorantia, vt 16 q 1 ſi cupis 1.

NVlli ſacerdotum.] CASVS. Multi populi normam canonum & decretorum non ſeruabant, & epiſcopi cum canones ignorarent, eos non corrigebant, præcepit ergo Cœleſtinus, vt nulli epiſcoporum liceat canones ignorare quatenus cum fuerit neceſſe, corrigant delinquentes.

g ¶Canones.] Pœnitentiales. ſi intelligis de ſacerdotibus, vt 26. q. 7. tempora. ſi intelligis de epiſcopo, planũ eſt, vt 23. d. qui epiſcopus.

QVę ipſis. CASVS. Octo exponit in hoc capitulo Auguſtinus, quæ ſunt ſacerdotibus neceſſaria, ad hoc, vt ignorantiam vitent: ſcilicet librum ſacramentorum, &c. de quibus octo ſi vnum defuerit, vix ſacerdotis nomen habebit.

h ¶Ad diſcendum.] ſupple hæc ſunt.

a ¶Sa-

¶Sacerdotibus maxime ignorantia vitanda eſt. Cap. I.

IGnorantia mater cunctorum errorum maxime in ſacerdotib. Dei vitanda eſt, qui docendi officium in populis ſuſceperũt. Sacerdotes enim legere ſanctas ſcripturas frequenter admonet Paulus Apoſtolus dicens ad Timotheum [a] [Attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ;] & [ſemper permane in his.] Sciant igitur ſacerdotes ſcripturas ſanctas, & canones, vt omne opus eorum in prædicatione, & doctrina conſiſtat: atque ædificent cunctos tam fidei ſcientia, quam operum diſciplina.

Burc. l. 1. c. 110. Iuo p. 9. c. 202. Anſ. l. 7. c. 134. 1. Tim. 4. Ibidem inferius. Conc. Arc. l. 4. c. 3. Burc. l. 2. c. 157. Anſ. l. 7. c. 113.

Item ex eodem Tolet. 4. c. 25.

¶Officialem libellum, ab epiſcopo accipiant presbyteri. cum ordinantur. Cap. II.

QVando presbyteri in parochijs ordinantur, libellũ officialem [b] a ſuo ſacerdote [c] accipiant, vt ad eccleſias ſibi deputatas inſtructi ſuccedant; ne per ignorantiam etiam in ipſis diuinis ſacramentis offendãt. Cum verò ad Litanias [d], vel ad concilium [e] venerint, rationem epiſcopo ſuo reddant, qualiter ſuſceptum officiũ celebrent, vel baptizent.

Iuo p. 3. c. 129. Anſ. l. 7. c. 113. Iuo p. 3. c. 129. Pann. l. 3. c. 23.

Item Leo epiſcopus ad clerum, & plebem Conſtantinopolitanæ vrbis epiſt. 22.

¶Inſcitia ſacerdotum nec excuſatione digna eſt, nec venia. Cap. III.

SI in laicis [f] vix tolerabilis videtur inſcitia; quanto magis in ijs, qui præſunt, nec excuſatione digna eſt, nec venia?

Anſ. l. 7. c. 119. Poly. l. 4. tit. 4.

Item Cæleſtinus vniuerſis epiſcopis per Appuliam, & Calabriam conſtitutis, epiſt. 3.

¶Canones non licet ſacerdotibus ignorare. Cap. IIII.

NVlli ſacerdotum liceat canones [g] † ignorare, nec quicquam facere quod patrũ poſſit regulis obuiare. Quæ enim a nobis res digne† ſeruabitur; ſi decretalis norma conſtitutorum pro aliquorum libitu, licentia populis permiſſa, frangatur?

Burc. l. 2. c. 160. Iuo p. 6. c. 251. Anſ. l. 7. c. 108. Poly. l. 4. tit. 4.

† al. ſuo canones. † al. digna.

Item ex dictis Auguſtini.

Burc. l. 2. c. 2. & l. 19. cap. 8. Anſ. l. 7. c. 109. Poly. l. 4. tit. 31. Iuo p. 6. c. 22. Pann. l. 3. c. 24.

¶Quæ ſint ſacerdotibus neceſſaria ad diſcendum. Cap. V.

QVæ ipſis ſacerdotib. neceſſaria ſunt ad diſcendũ [h];

3 Ad idem 61. diſt. ſtatuimus. & extra de cõſan. & affi. c. 1. in fin. & inf. eo. oẽs.

ideſt liber ſacramentorum[a], lectionarius, antiphonarius, baptiſterium, computus[b], canon pœnitentialis, pſalterium, homiliæ per circulum anni Dominici diebus, & ſingulis feſtiuitatibus aptæ. Ex quibus omnibus ſi vnũ[c] defuerit; ſacerdotis nomen vix[d] in eo conſtabit: quia valde periculoſæ ſunt euangelicæ minæ; quibus dicitur. [Si cæcus cæco ducatum præſtet: ambo in ſoueam cadunt.]

Matth. 15.

¶ *Cæteri etiam collectores Auguſtinum citant. Fere autem omnia hæc habentur in pœnitentiali Bedæ, & in libro de officijs eccleſiaſticis, & alibi.*

Item ex 7. ſynodo, c. 2.

¶ Quæ oportet ſcire eum, qui epiſcopus eſt ordinandus. Cap. VI.

Pſal. 118.

Mutatus eſt periodi ductus. Iuo p. 5. c. 372.

Exo.28. prędicationis voces hēat; ne superni inspectoris iudiciū ex silentio offendat: scriptum quippe est:[vt audiat̄ sonitus,quando ingreditur,vel egreditur sanctuarium in cōspectu Domini;non moriatur[f].] Sacerdos namque ingrediens, vel egrediens moritur , si de eo sonitus non auditur;quia iram contra se occulti iudicis exigit,si sine prædicationis sonitu incedit . Apte autem tintinabula vestimentis illis describuntur inserta. Vestimenta enim sacerdotis quid aliud , quam recta opera debemus accipere?propheta testante,qui ait : [Sacerdotes tui induantur
Psal 131. † sial. iustitia.] Vestimentis itaque illius tintinabula inhærēt; vt † vitæ viam cum linguæ sonitu ipsa quoque bona opera[g] sacerdotis clament.Sed cum rector se ad loquendum præparat,sub quanto cautelæ studio loquatur,attendat; ne si inordinatè ad loquendum rapitur , erroris vulnere corda audientium feriātur:& cum fortasse sapiens videri desiderat, vnitatis compagem insipienter abscindat: Hinc namque veritas dicit [Habete sal in vobis , & pacem habete inter vos.]Per sal quippe,verbi sapientia designatur . Qui ergo loqui sapienter nititur, magnopere
Mar.9. metuat, ne eius eloquio audientium vnitas confundatur.Hinc Paulus ait. [Non plus sapere quàm oportet sapere,sed sapere[h] ad sobrietatem[i]]. Hinc in sacerdotis veste iuxta diuinam vocem tintinabulis mala punica coniunguntur . Quid enim per mala punica,nisi fidei vnitas designatur?Nam sicut in malo punico,uno exterius cortice multa interius grana muniuntur;sic innumeros sanctæ ecclesiæ populos vnitas fidei contegit , quos intus
Mar.9. diuersitas meritorum tenet.Ne igitur rector incautus ad loquendum proruat;hoc,quod iam præmisimus , per semetipsam veritas discipulis clamat.[Habete sal in vobis, & pacem habete inter vos.] ac si figurate per habitum sacerdotis dicat ; mala punica tintinabulis iungite , vt per omne,quod dicitis, vnitatem fidei cauta obseruatione teneatis. Prouidendum quoque est solicita intentione rectoribus , vt ab eis non solum praua nullo modo, sed ne recta quidem nimiè[k] & inordinatè proferantur : quia sæpè dictorum virtus perditur,cum apud corda audiētium loquacitatis incauta importunitate leuigatur[l] : & auctorem suum hæc eadem loquacitas inquinat, quæ

Semiauerbus quis dicatur.

seruire auditoribus ad vſum profectus ignorat. Vnde be ne per Moyſem dicitur:[Vir,qui fluxum ſeminis patitur, immundus eſt [a]]. In mente quippe audientium, ſemen ſecuturæ cogitationis eſt qualitas auditæ locutionis; quia dum per aurem ſermo concipitur,cogitatio in mente generatur.Vnde & ab huius mundi ſapientibus prædicator egregius ſeminiuerbius [b] eſt vocatus. Qui ergo fluxum ſeminis patitur, immundus aſſeritur; quia multiloquio ſubditus, ex eo ſe inquinat, quod ſi ordinatè promeret, prolem rectæ cogitationis edere in audientium corda † potuiſſet: dumque incautus per loquacitatem deſluit, non ad vſum generis, ſed ad immundiciam ſemen effundit. Vnde Paulus quoque, cum diſcipulum de inſtantia prædicationis admoneret,dixit: [Teſtificor coram Deo, & Chriſto Ieſu,qui indicaturus eſt viuos & mortuos, per aduentum ipſius, & regnum eius prædica verbum,inſta opportunè,importunè:]dicturus[importunè,]pręmiſit [c] [opportunè;] quia ſcilicet apud auditoris mentem ipſa ſua vtilitate ſe deſtruit, ſi habere importunitas [d] opportunitatem neſcit.

Leuit. 15.

Act. 17.

† *al.corde*

2. *Tim.4.*

Item Clemens epiſt.3. in extremo.

¶ Porcis, & canibus ſacra non ſunt committenda.
Cap. II.

2 IN mandatis [e] habemus, vt venientes ad ciuitatem diſcamus prius,quis in ea dignus ſit, vt apud eum cibum ſumamus; quanto magis noſſe conuenit, quis, qualiſue ſit is,cui immortalitatis verba credēda ſunt?Soliciti enim,& valde ſoliciti eſſe debemus, ne margaritas noſtras mittamus ante porcos.Sed & ob alias cauſas vtile eſt viri huius habere me notitiam.Si enim ſciam, quia in his,de quibus non poteſt [f] dubitari,ꝙ [g] bona ſint,emēdatus eſt,& inculpabilis,hoc eſt, ſi ſobrius,ſi miſericors, ſi iuſtus,ſi mitis,& humanus (quæ vtique bona eſſe nullus ambigit)tunc conſequens videbitur, vt ei qui obtinet bona virtutum [h], etiam quod deeſt fidei, & ſcientiæ, conferatur: & in quibus maculari eius vita videtur, quæ eſt in reliquis probabilis, emendetur. Si ve-

Matth. 10. Mar. 7.

Matth. 7.

a ¶ Eſt.] Scilicet vſque ad veſperam,vt ſupra diſt.6. teſtamentum.

b ¶ Seminiuerbius.] A presbyteris. Athenienſium dictum eſt de Apoſtolo, quid ſibi vult iſte ſeminator verborum? & ſecundum hoc erit hic ſeminiuerbius, ſed ſi habes ſemiuerbius, tunc dic ꝙ obſcurus erat,vel quia (vt dicitur) vitium linguæ habebat.

ADDITIO Seminiuerbius, ideſt ſeminās verba, vel ideſt, abbreuians verba, ſecundum Laur. Itē Paulus in quadam ſequentia dicit ſpermologus (perma eſt Græce, Latinè dicit ſemen, & logos ſermo,ſecundum Hug.

Argm̄ ab ordine verborū ſumitur.

c ¶ Præmiſit] Argu. ꝙ ab ordine verborum eſt argumentandum 20. diſt. §. 1. & 23.q.4.diſplicet & 1. q.1. vt euidenter. & 3. q. 7 in grauibus. extra de reſcript. cū dilecta. Et ſi præcedens verbum eſt dubium,& ſequēs manifeſtū,ſequens clauſula eſt ſequenda.ff. de petit. hæred. vtrū autem: quandoque etiam ſecūdum præcedentem exponitur ſequens. ff. de leg.1. ſi ſeruus plurium.in fin.

1 Alias dſ ꝙ de ordine ſcripturę nō eſt curandū. ff de ſol.nec enim.Arūhi.

d ¶ Importunitas] Nota quod propter tria conſueuit induci cap. ſcilicet quod tacens & timens videntur fatere. item quod æquè aliquid probatur factis vt dictis. Item ordinem verborum attendendum, vt pernotata ſup. poſita patet.

e ¶ In mandatis.]Hæc eſt ſecunda pars huius diſt.in qua dicitur, quod hæreticis & paganis non ſunt ſecreta noſtræ fidei manifeſtanda. & hoc cap. ad hoc probandum inducitur Si tu quæras quæ dicta Origenis recipiantur? Reſp. recipit eccleſia tanquam ſua ea, quæ de dictis eius Hieron recipit. alias ſunt cum ſuo auctore damnata per Papam Gelaſium. 15. diſtin.Sancta Romana. verſic. item Origenis.Io. de Fan.

CASVS. Quæſitum fuit ab Origene,vtrum indifferenter ſecreta fidei ſint cuilibet referanda? & Reſpondit quod non duabus rationibus. prima eſt, quia Chriſtus ꝓcepit vt intrantes ciuitatē examinemus, quis ſit in ea dignus,vt apud eum cibum ſumamus;multo fortius eſt hoc faciendum in cibo ſpirituali, cum non debeamus proijcere margaritas noſtras ante porcos. Secunda eſt: quia ſi fidelis eſt, & bonus paratus corrigi,referate ſibi eum prudenter eludere; ne ſi nil reſpondeamus, putent auditores inopia reſponſionis nos declinare certamen.

f ¶ Non poteſt.] Nam timor in dubijs deteriora canit. & Lucanus. Peſſimus in dubijs augu.timor.

g ¶ Quod] Ideſt,quia bona ſint.

h ¶ Virtutum.] Ergo videtur, quod qui non habet fidem poſſit habere virtutem, quod non eſt verum, vt 24 q.1.

e ¶ In mandatis.]Scilicet Euangelicis, Matth. 10. c. & Matt. 7.vbi Dominus præcepit diſcipulis ſuis: In quam cumque ciuitatem intraueritis, interrogate quis in ea dignus ſit,& ſic ibi manete. Ex verbis illis arguitur hic a minori Lau.

ro in ijs,quæ palã [a] ſunt peccatis inuolutus permanet [b], & inquinatus, non me oportet ei aliquid de ſecretioribus [c], & remotis diuinæ ſcientiæ proloqui,ſed magis proſtrari,& conuenire eum,vt peccare deſinat, & actus ſuos a vitijs emendet. Quòd ſi ingeſſerit ſe, & prouocauerit nos dicere, quæ eum minus rectè agentem non oportet audire,prudenter [d] eum debemus eludere [e]. Nam nihil omnino reſpondere,auditorum cauſa,vtile non videtur, ne forte exiſtiment nos reſponſionis penuria [f] declinare certamen,& fides eorum lædatur nõ intelligentium propoſitum noſtrum.

Item Anacletus,epiſt. 1.omnibus epiſcopis.

¶Verba prædicationis perſecutoribus ſuis prælati non ſubtrahant. Cap. III.

Iuo p.5.c.237. circa medium.

3 SCimus autem multos ob id infeſtare Doctores, vt eos perdant [g],& placita propriæ voluntatis adimpleant.Non propterea tamen Doctores(iniquitatum vires ſuppetunt) a recta æmulatione [h], & bona intentione † recedere [i] debent, ſcientes, quia beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam.

† *al.inſtitut.*

Matth.5.

Item Gregorius Venantio.lib.1.epiſt.33.

¶Non eſt mundus a ſanguine ſubiectorum,qui Dei conſilium illis non annunciat. Cap. IIII.

Act.20.

EPheſijs Paulus [k] dicit: [Mundæ ſunt manus meæ a ſanguine [l] omnium veſtrum, non enim ſubterfugi, Quominus nunciarem [m] omne conſilium Dei vobis.] Mundus [n] ergò a ſanguine eorum non eſſet,ſi eis Dei cõſilium annunciare noluiſſet; quia cum increpare delinquentes noluerit, eos proculdubio tacendo [o] paſtor occidit.

Item Nicolaus ad Michaelem Imperatorem in epiſ. cuius initium eſt,[Propoſueramus.]

¶Aeternę damnationis pœnam incurrit prædicator, qui ſemen diuini verbi non ſpargit. Cap. V.

† *Diſpenſatione nobis*] orig.

DIſpenſatio † eſt nobis cœleſtis ſeminis iniuncta:

a ¶Quæ palam.] ideſt,indubitanter ſunt mala.

b ¶Permanet.] Sæpius admonitus.

c ¶De ſecretioribus.] Sed ea quæ ſpectant ad admonitionem,non autem ſecreta fidei:quia ſi illa ſciret: facilius non inde impugnaret,vt 11.q.3.nolite.

d ¶Prudenter.] Transferendo nos callide ad alienam materiam: cum nec ipſi debeant alieni regni ſcrutari arcana.C.de cõmer.mercatores. & extra de elect.ſicut. immo ſubtili ingenio debemus a barbaris extorquere aurum,vt de commercijs,l.a. & 14.q.4.b illo. & q.5 c.dixit.

e ¶Eludere.] Nota dolum eſſe bonum contra hoſtem. ſic 22.q.2.vtilem.& ff.de do.l.1.

f ¶Penuria] Arg.contra infra 24.q.2.cum quibus 1.

g ¶Perdant] ideſt,confundant.

h ¶Aemulatione.] Ideſt,dilectione. Vnde no.Verſum, qui valet ad multas expoſitiones.

i ¶Recede] Not. q̃ pp ſubſannationem,vel perſecutionẽ non ceſſabit Doctor a docendo, vel prælatus a prædicando, vt hic,& 11.q.3. nolite. quia & ſi illi non proficiant, tñ ipſe faciat quod ſuã eſt,vt 47. diſt. quod apud nos.& 23.q.4. ſicut noneſt. nec obſtat ſup.ca.prox ubi dicit, q̃ prudenter debemus eludere tales nec etiam illud ob.24. qõ. 3. dixit Apoſtol⁹. ubi dicit, hæreticum hoiem poſt primã & ſecundam correctionẽ deuita quia vtrumque illorũ obtinet in ſecretioribus fidei, quæ non debemus pẽdere illis:ſed ab illis q̃ faciunt ad correctionẽ nunquam ceſſandum eſt,vt 1.q.7.cõuenientib. Io. Hodie aũt ſi hæretici non corrigant,ſtatim tradendi ſunt curiæ ſæculari ad puniendũ: ſi aũt corrigãtur, & iurent ſtare mãdato eccleſiæ, in ꝑpetuo carcere debẽt detrudi ad agendam pœnitentiam, vt extra de hæret.c penul.

Aemulor inflatur, amat, inuidet, ac imitatur Bar.

Aemulor varia ſignificata habet.

Prælatus ꝓp perſecutionem non deſerat prædicationem.

EPheſijs] CASVS Venantius epũs ſuos ſubditos corrigere nolebat, uel negligebat. de quo eũ Grat. reprehẽdit:qa peccata ſubditorum niſi eos corrigat, ſibi imputantur. & pro hoc probat auctoritate Pauli; & quia paſtor vẽ occidere delinquentes, niſi eos corrigat.

k Paulus] In Actibus Apoſtolorum 20.cap.

l ¶A ſanguine.] ideſt,a peccato.

m ¶Annunciarem.] Arg q̃ ſi pet te non ſtat aliq̃d quominus fiat,nõ eſt tibi imputandũ, vt 24.q.2.admonere. & 47.diſt.c.vl & §.neceſſe.& C.de inſt.& ſubſtl.l.1.Ar. contra eat.de eo qui mit.in poſ cauſa rei ſer.ca 1.Ioan. Sed certe ibi ſtetit non per petentem poſſeſſionem. ff. de reg iur.l culpa. Bar.

Imputãdum non eſt ei q̃ quem non ſtat.

n ¶Mundus] Arg.a deſtructione antecedentis,vt 24.q.2.ſanè

o ¶Tacendo.] Infra 83.d.error.

Dolus quando bonus.

1 Dic,q̃ ibi loquitur de hæreticis dãnatis: hic de occultis: vel dic q̃ cũ eis poſſumus loqui quãtum ad ea q̃ poſſunt eos reducere ad fidem,vt not. inf.ca prox. Archid.

DIſpẽſatio] CASVS. In hoc cap Nicolaus papa reprehendit prælatos,qui nolũt corrigere ſubditos, & prædicare: quia væ erit eis, ſi verba cęleſtis ſeminis non prædicauerint, & nõ ſparſerint in ſubiectos:& hoc

probat auctoritate Pauli. Præterea ſicut magnũ eſt periculũ platis ſilere. ſic periculoſũ eſt ſubditis nõ obedire.

a ¶Væ.] Alias veh. ſ æterna mors. 11.q.3.væ.qui.

b ¶Et clamet.] Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius ſup.d.6.ſed penſandum.

ADDITIO. Vel dic clamat prædicando: vel ſe timere æternã damnationẽ, ſecundum Hug.

c ¶Quanto magis.] Arg.a maiori. vt 32.q.5.ſi Paulus. 8.q.1.ſi ergo tantu, .

d ¶His.] ideſt, ſubditis.

e ¶Parere.] ideſt, obedire.

PARITER. Hęc eſt quarta pars huius d. Dictũ eſt ſup.in cap. in mãdatis, q̃ ſecreta fidei nõ ſunt hãtibus reuelanda. Nunc verò dicit Gratianꝰ q̃idem eſt de catholicis indignis, & nõ intelligentib. ſi autem ſecus fiat, non fit ad eorum vtilitatem, ſed potius ad oſtentationem, vel ſcientiæ iactationẽ, vel adulationem, vel propter loquacitatem incautam. Et hoc probat per expoſitionẽ Beati immaculati. Ex quibus omnibus patet, q̃ ſi prælatus in prædicãdo diſcretionem nõ ſeruat, tanquam torto naſo, ideſt, diſcretione carens, ſacerdotis officio videtur indignus

f ¶ .ireuocabile.] Horatius. [Nam ſemel emiſſum manet irreuocabile verbũ] extra de verb. ſignif. ſorus, & Ouidius.

Neſcit vox miſſa reuerti]iuxta illud: Vox emiſſa ſemel, irreditura volat.1.

g ¶Torto.] Infra d.40.c.1. Hinc etenim naſum cõparat diſcretioni: quia per eum perpenditur odor & fętor.

CVm autem]Hæc di. diuiditur in tres partes: in quarum prima probat de temperantia gulæ, & hoc probat per quatuor auctoritates ſanctorum patrum. Secunda ibi, [Multis.] Tertia ibi, Non oportet ſlo. de Fan.

CASVS. Sup in 35.diſt. dictum eſt, q̃ ſacerdos non debet eſſe vinolentus, ſed ſobrius: quia comeſſatio & voracitas ebrietatis ſunt cohærẽtia, ideo prohibita ebrietate, prohibetur in hac 44.diſt. voracitas, & gulæ intemperantia. Et probatur tribus rationibus. Prima eſt, quia comeſſatio & ebrietas ab Apoſtolo enumerantur inter opera tenebrarum dicens: non in comeſſationibus, &c. Secunda eſt: quia ventris ingluuies facile prouocat ad luxuriã & omne opus bonum diſſoluit. Tertia probat exemplo Nabuzardam, qui deſtruxit muros Hieruſalem, quia ei multitudo coquorum deſeruit. Sunt autem

1 Ad idem. 5.q.5. quidam bulat. ff. de ca. & poſt Ir. reuer in bello. § factæ. in authe. de æquando §. hinc igitur. in fi. Arch.

comeſſationes noxiæ non ſolum ſacerdotibus, ſed etiã laicis qui dies, feſtiuos celebrare non putant, niſi comeſſationibus deſeruiant.

CVM AVTEM Hæc diſtinct. ſpectat ad tertium cap. apoſtolicæ regulæ, quæ tractata eſt 35.diſtinct. oportet or-

væ[a] ſi non ſparſerimus: væ ſi tacuerimus. Quod cum ele ctionis vas formidet, & clamet[b], quanto magis[c] cuilibet exiguo metuendum eſt: Proinde, ſicut non leue diſcrimẽ incumbit Pontificibus ſiluiſſe pro diuinitatis cultu & ecclęſiæ correctione quod congruit, ita his[d] (quod abſit) non mediocre periculum eſt, qui cum debeant parere[e], deſpiciunt. 1.Cor.9.

4 *Pariter quoq; obſeruare debet ſacerdos, ne indignis, & non intelligentibus ſecreta miſteria, ſua prædicatione reſerare incipiat. Qui enim ea docet, quæ ab auditoribus non valent intelligi, non ad eorum vtilitatem, ſed ad ſui oſtentationem facit. Vnde in expoſitione, [Beati immaculati] dicitur. [Vitium eſt ſecreta myſteria vulgare indignis: quod fit, uel loquacitate incauta, dum ſine iudicio uolat irreuocabile*[f] *uerbum, uel adulatione, ut ei placeat* †*, cui ſecreta reuelat, uel iactatione ſcientiæ, ut plura ſcire uideatur.] In quibus omnibus profecto datur intelligi, quanta debeat eſſe diſcretio in prædicatione ſacerdotis: qua ſi fortè caruerit, tanquam torto*[g] *naſo, ſacerdotalis officij indicatur indignus.*

Gloſſa ord. ex Amb. ſer 2 in pſal. 118. in ver. [Abſcondi eloquia tua.]

† Tex. eſt in ſ. in l. 1. C. de hæt. & imag. vbi vide quid ſit adulatio.

DISTINCTIO XLIIII.

CVm autem vinolentus eſſe prohibetur, gulę intemperantiam nequaquam habere permittitur. Neq; enim ebrietas prohibetur, & voracitas permittitur. Virumq;[h] *enim inter opera tenebrarum Apoſtolus connumerat ſcribens Romanis: [Non in comeſſationibus, & ebrietatibus.] Ventris namque ingluuies ad luxuriam pronocat facile, & omne opus bonum diſſoluit. Vnde ſuenter, & genitalia ſibimetipſis uicina ſunt: ut ex uicinitate membrorum cõfœderatio intelligatur uitiorum.] Hinc etiam Nabuzardam princeps coquorum muros Hieruſalem deſtruxiſſe legitur, quia uenter, cui multitudo coquorum deſeruit, ædificia uirtutum ad ſolum redigit. Sacerdos itaq; de altari ſumere*[i]*, nõ luxuriam quę*

Rom.13.

Hierony. in epiſt. ad Amandum, & Aug. de Temp. ſerm. 65. Grego. in paſtor par. 3.cap. 20. 4. Reg. vlt. ſecundum lxx.

Conuiuia reprobata.

2 Sup. ea. c. 1. cõuiuia & ca. multi.

3 Vt inf. ea. non oportet cum duob. c. ſequẽti. Et concor. gl in c. nõnulli. in gl. ſu 42. d. Ordo purgat infamiam.

4 Arg. C. de his qui not. in fam. le. 3. Idem ſentit Hug. Victus & veſtitus ſufficiũt clerico.

ordinandum eſſe non vinolentum, ſed ſobrium. ſed nõ tractauit ibi niſi de ſobrietate potus: ideo reſumit eam hic, & tractat de temperantia & ſobrietate cibi. Annectit, q̃ laici & clerici qui faciunt magna conuiuia cauſa laſciuiæ delinquunt 2. Item addit, q̃ clerici non debent comedere, vel bibere in tabernis, niſi neceſſitas cogat 4. Deinde dicit, q̃ cibum clericorum ſemper præcedit, & ſequitur oratio. Itẽ quòd in ſacerdotali conuiuio ſemper debet legi lectio ſacræ ſcripturæ.

h ¶Virumque.] Argument. quod uno prohibito, vel permiſſo, idem erit in connexo ſibi, vt ſup.diſt.4.denique. & 1.q.1.ſicut Chriſtus. Et eſt hic argum. quod ſi Papa, vel epiſcopus ſcienter aliquem ordinet, videtur reſtituere ipſum famæ 4. cum fama & ſacerdotium ſibi ſunt annexa. Ioan. Quod falſum eſt, vt extra de ſchiſma, ca. 2. vbi dicitur quod probare debet ſecum fuiſſe diſpenſatum. Bar.

i ¶Viuere.] Sufficere debet ergo clerico, q̃ viuat, id-

eſt,

est, sola necessaria habeat: & arctatur illa necessitas tm ad victum & vestitu in 12.q 1.episcopus. Qualiter tamen hoc intelligendum est, dixi 21.quæst. 1.cap. 1.

a Quod le. & no. 24.q. 2 resecãdæ. & 32. q. 2. sic nõ sunt. in gl. vlt.

COmessationes.] CASVS. Quæsiuit Aurelius ab Augustino, vtrum laici, qui in diebus festiuis deseruiunt

In Michæam c.2.in extremo.

rat, vt ait Hieronymus. [Tibi o sacerdos de altario viue re, non luxuriari permittitur.] Sunt autem comessationes non solum sacerdotibus, sed etiam laicis noxiæ: qui festinos, & solennes dies non aliter se digne celebrare putant; nisi comessationibus deseruiant.

Vnde Aug. scribit ad Aurelium episcopum epist. 64.

¶ Non est vacandum commessationibus, & ebrietatibus. Cap. I.

Iuo p.13.c. 68.

COmessationes, & ebrietates ita concessæ, & licitæ putantur[a], vt in honorem etiã beatissimorũ martyrum non solum per solennes dies, (quod ipsum quis non lugendum[b] videat, qui hęc non carneis[c] oculis inspicit?) sed etiam quotidie celebrentur. *& post pauca:* Non ergo aspere, quantum existimo, non duriter, non modo imperioso ista tolluntur; magis docendo, quã iubendo; magis monendo, quàm minando. Sic enim agendum est cũ multitudine[d] [peccatum †. Seueritas autem exercenda est in peccata paucorum. Etsi quid minamur, cum dolore fiat, de scripturis comminando vindictã futuram; ne nos ipsi in nostra potestate, sed Deus ĩ nostro sermone timeatur. Ita prius mouebuntur spirituales, aut spiritualibus proximi; quorũ auctoritate, & lenissimis quidem, sed instantissimis admonitionibus cętera multitudo frãgatur.

† abest ab orig. Iuo. & aliquot manuscriptis Gratiani.

Item ex concilio Laodicensi, c.24.

¶ Nulli clericorum, aut continentium licet tabernas intrare. Cap. II.

Conc. Aquisgran. c.60. Burc.l 2.c 131. Iuo p.6.c.205.

NOn oportet clericos seruientes α à presbyteris vsque[e] ad diaconos, & deinceps ordinis ecclesiastici omnes vsq; ad ministros aut lectores, aut exorcistas, aut ostiarios, aut psalmistas, aut etiam eos, qui in proposito[f] continentiæ sunt, tabernas β intrare.

α ¶ Clericos seruientes.] *Græcè est, ὑπηρετικοὺς. quod Dionysius vertit,* sacro ministerio deditos: *quam versionem concilium Aquisgranense, Burchardus, & Iuo attulerunt.*

β ¶ Tabernas.] *sequebatur in impressis,* nisi causa necessitatis. *quæ sunt expuncta, quia neque in plerisque manuscriptis, neque in Burchardo, & Iuone, neque in ipso concilio Laodicensi, aut Aquisgranensi (vbi c.60 hoc idem repetitur) leguntur: videntur tamen accepta ex can. Apost. 54.*

Item ex sexta synodo, c.9.

¶ Deponatur clericus, qui tabernam, aut ergasterium habere voluerit. Cap. III.

NVlli clerico licet tabernã α, aut ergasteriũ[g] habere.

diſciplinæ non est exercenda: sed monendi sunt non imperiose, sed benigne, vt Deus ĩ nostro sermone timeatur, & non nos: & vt cetera multitudo frangatur, incipiẽdum est à spiritualibus, vel spiritualibus proximis.

a ¶ Putantur.] à stultis videlicet.

b ¶ Lugendum.] Id est nonne vnusquisque hoc lugendum videat.

c ¶ Carneis.] Scilicet spiritualibus.

d ¶ Cum multitudine.] Multi sunt xl. vt extra de cle. excom. latores. Aliquando 23. millia sunt pauci: vt 45. d. disciplina. Et habes hic q̃ pp multitudinem detrahit seueritati, vt 50. d. vt constitueretur. & 1.q.7. quoties. 32. q. 4. ipsa pietas. &c. non pot. Quandoq; & cum paucitate mitius agendum est, cũ timetur scandalum 21.q. 4. cũ quisq;. 5. Vbi ergo aliqd male fit: & quasi ex auctoritate defenditur, tunc non debet dormire seueritas. quãdo vero non defenditur, tunc dissimulari potest propter scandalum, vt de pœnit distinct. 6. cap 1. in fi & 32. distinct. plurimos & 50 dist. domino sancto. sed propter scandalum nunquam debet deseri veritas ipsa, vt extra de reg iu. qui scãdalizauerit 6. sed seueritas pœnarum potest deseri, vt hic. 50 Item vbi non habet locum dispensationis remedium., vt in matrimonio: propter multitudinem non est recedendũ à seueritate canonica. vt extra de transact. ex parte. Bar. 7.

Seueritati an pp multitudinẽ vel paucitatem detrahatur.

5 Concor. textus in l. decurionũ & ibi gl. & Doct. C. de pœn.

6 Vbi de hoc. & extra de temp. ord. sane. ibi videas.

NOn oportet.] CASVS. Clerici omnes generaliter, & qui votum continentiæ fecerũt, prohibentur ingredi tabernas, nisi causa necessitatis, vt infra. cap sequenti. Sequẽtia duo capitula plana sunt.

7 Scilicet, & tacet quandoque prælatus non propter scãdalum, sed propter maius malum quod posset ecclesiæ peruenire, vt cum Rex aliquid facit in rebus ecclesiæ, secũdum. Lau.

e ¶ Vsque.] Improprie ponitur hic, vsque, cum nulli sint in medio.

f ¶ Qui in proposito.] Vt Deo deuoti conuerſi. 12.q.1.

g NVlli clerico licet.] ¶ Ergasteriũ] idest stationem.

miunt comessationib. & ebrietatibus, propter hoc debent suspendi vel excommunicari. Et respondet quod non: quia multitudo est in causa, in quam seueritas

Si enim huiuſmodi, tabernam ingredi prohibetur; quanto magis [a] alij, miniſtrare in ea? ſi quis vero tale quid fecerit, aut ceſſet [b], aut deponatur.

a ¶ Tabernam, aut ergaſterium.] *Græcè eſt, καπηλικὸν ἐργαστήριον, ideſt,* cauponariam tabernam.

Item ex concilio Carthagin. 3. c. 27.

¶ Niſi neceſſitate compulſi clerici tabernas non ingrediantur. Cap. IV.

CLerici, edendi vel bibendi cauſa tabernas non ingrediantur, niſi peregrinationis [c] neceſſitate compulſi.

Aquiſgr. conc. c. 90. Burc. l. 2. c. 130. Iuo p. 6. c. 204.

Item Gregorius Natali epiſcopo, lib. 1. reg. indict. 10. epiſt. 14.

¶ Corripiendus eſt epiſcopus, qui conuiuijs occupatur. Cap. V.

[2] MVltis ab vrbe tua venientibus, frater chariſſime, didici, paſtoralis cura derelicta, ſolis te conuiuijs occupatum, quæ audita nō crederem, niſi hęc actionū† tuarum experimentis approbarem. Nā quia nequaquam lectioni ſtudeas, nequaquam exhortationi inuigiles [e], ſed ipſum quoque vſum eccleſiaſtici ordinis ignores, hoc eſt in teſtimonium [f], quod eis, ſub quibus es poſitus, ſeruare reuerentiam neſcis.

† Adde q̄ actio hic accipitur pro actu. ſimile l. magiſtratuum. C. de ado. & in l. 3. ff. de offi. proconſ. & infra 100. d. ſationis.

Item ad eundem, lib. 2. epiſt. 37.

¶ De eodem. Cap. VI.

COnuiuia, quæ ex intentione impendendę charitatis fiūt, rectè veſtra fraternitas † in ſuis epiſtolis laudat. Sed tamen ſciendum eſt; quòd tūc ex charitate veraciter prodeūt, cum in eis nulla abſentium vita mordetur; [g] nullus ex irriſione reprehenditur; nec in eis inanes fæculariū negotiorum fabulæ; ſed verba ſacræ lectionis audiūtur, cum non plus, quàm neceſſe eſt, ſeruitur corpori; ſed ſola eius infirmitas reficitur, vt ad vſum exercendę virtutis habeatur. Hęc itaque ſi vos in veſtris conuiuijs agitis abſtinentium [h], fateor, magiſtri eſtis.

† *al. ſanctitas.*

† *al. abſtinentiæ.*

[*Item ex concilio Nannetenſi*]

PALEA Cap. VII.

NVllus presbyterorum, quādo ad anniuerſariū diem trigeſimum aut ſeptimum, vel tertiū alicuius defuncti, aut quacumq; vocatione ad collectam presbyteri cōuenerit, ſe inebriare vllatenus præſumat, nec precatus amore † ſanctorū, vel ipſius animę bibere, aut alios ad bibēdum cogere, vel ſe aliena precatione ingurgitare; nec

De conſec. diſt. 5. c. nullus. Burc. l. 2. c. 161. Iuo p. 6. c. 252.

† *al. in amore.*

1 Ad idem 30. q. 3. pyctacium. ff. de inter. & rele. l. relegatorū. §. vlt. Archi.

b ¶ Aut ceſſet] Sic 35. diſt. c. 5.

c ¶ Niſi peregrinationis.] No. q̄ permittitur viatori quod alij nō permittitur, Arg. ſimile infra 11. q. 3. quoniam multos.

MVltis.] Hæc eſt 2. pars huius d. in qua reprehēditur quidam Natalis epiſcopus, qui ſemper erat in comeſſationibus: ita q̄ officiū ſuum neſciebat, & ita alijs derrahēbat. & hoc probatur per hoc cap & per c. ieq. 10. de Pœnit.

CASVS. In hoc cap. reprehendit Grego. Naralem epiſcopū, qui tantum cōuiuijs deſeruiebat, in quibus vita abſentium reprehendebatur, & inanes fabulæ cantabantur: quod ex eo apparebat, quia neque lectioni, neque exhortationi inſiſtebat: neque ſuis maioribus reuerentiam exhibebat,

d ¶ Actionum] Arg. præſumi contra aliquem quandoq; propter crimen præteritum 18 d. i. peruenit 2, 14 q. 1. cū per belli eam. Quandoq; ex præſenti circa præſens, vt hic quandoque circa futurum. 50. d. ſi quis diaconus. Quandoque ex præterito circa præteritum. 22 q. 1. non eſt quādoq; ex præterito circa futurum 23. q. 5. ſi apud & 12 diſt. plurimos

2 Vbi de hoc & extra de præſu. ſcribā & C. de adul. ſi qui. 31. quę. 1. ſi quis viuente extra de elect. officij Archid.

e ¶ Inuigiles.] Quæ duo, ſcilicet lectioni ſtudere, & exhortationi inuigilare, sūt opera pontificis. 36. diſt. c. vlt.

f ¶ In teſtimoniū.] Hic vnum factum probat aliud, vt 1. q. 3. conſtat, &c.

CONuiuia.] CASVS. dē Natalis ep̄s excuſabat ſe, q̄a reprehenſus fuit p̄p cōuiuia, q̄ faciebat; dicēs q̄ bona intentione & cauſa impendendę charitatis hoc faciebat. Sed Gregorius dicit, q̄ tunc fūt ex charitate, cum vita abſentium non reprehenditur, nec inanes fabulæ recitantur. ſed verba ſacræ lectionis, & cum infirmitas ſola reficitur: & qui hæc in ſuis conuiuijs facit magiſter eſt abſtinentiæ, quæ autem ſequuntur vſq; ad diſtinctionem, plana ſunt, & per ſe patent.

g Mordetur.] Vnde verſus.

Quiſquis amat dictis abſentium rodere vitam.
Hanc mentam vetitam nouerit eſſe ſibi.

h ¶ Abſtinentium.] Nota quod abſtinens dicitur qui bene

Digitized by Google

plausus,& risus inconditos,& fabulas inanes ibi referre: aut cantare præsumat, aut turpia ioca, vel vrso vel tornatricibus ante se fieri † patiatur: nec larvas dæmonũ [a] ante se ferri consentiat: quia hoc diabolicum est, & à sacris canonibus prohibitum.

† *al. facere permittat.*

[a] ¶Dęmonum.] *Burchardus addit,* quas vulgo Talamascas dicunt.

[*Item ex eodem.*]

¶De eodem. PALEA. Cap. VIII.

Burch. li.2.c.162. Iuo p.6. c.253. † *decanus, aut aliquis.*] Burchar.

QVando autem conuenerint presbyteri ad aliquod conuiuium, aliquis † prior illorum, versum ante mensam incipiat,& cibum benedicat: & tunc secundum ordinem sedeant, alter alteri honorem præbentes, & per vices cibum & potum benedicant, & aliquis de illorum clericis aliquid de sancta scriptura legat. Est post refectionem similiter sanctum hymnum dicant ad exemplum Domini; sicut in cœna fecisse legitur: & sic se contineant omnes presbyteri, maximè in talibus locis, vt non vituperetur ministerium illorum.

*Matth.*26.

[*Item ex eodem.*]

¶De eodem. PALEA Cap. IX.

Burch.lib.2. c.164. Iuo p.6. c.255. † *al. ministeriũ.*

QVando presbyteri per Kalendas simul conveniunt post peractum diuinum mysterium †, ad necessariã collationem, non quasi ad plenam refectionem, sed quasi ad præsidium, ibi ad tabulas resideant: ne per talia inhonesta conuiuia se inuicem grauent: quia indecens est, & onerosum; sæpè etiã tardè ad ecclesiam redeuntes maius damnum de reprehensione consequuntur, quod † de grauedine mutua contrahunt, quàm lucrũ ibi † faciant. Nam de huiusmodi conuentu Paulus Corinthios reprehendit: qui inconuenienter cœnam Dominicam manducare conueniebant. Sic & qui ad cęnam Dominicam, idest ad collationem uerbi sub occasione conueniunt, & ex veritate † uentris causa coniunguntur; reprehensibiles coram Deo & hominibus habentur. Et ideo peractis omnibus, qui voluerint, panem cum charitate in domo fratris sui simul cum fratribus frangant, & singuli singulos bibere faciant; & maximè ultra tertiam uicem poculum non contingant, & sic ad ecclesias redeant.

† & † *al. cibi*

1.*Cor.*11.

† *al. ingluuietate.*

*Item ex concilio Laodicensi, c.*55.

¶Christiani ex symbolis conuiuia non celebrent. Cap. X.

Conc. Aquisg. c.83. Rab. in pœ. c.27. † ista sunt addita loco cuiusdã glossæ.

NOn oportet [a] ministros altaris, vel quoslibet clericos, aut etiam laicos Christianos ex symbolis [b], [quæ † vulgus comessalia appellat] conuiuia celebrare [c].

Item ex concilio Toletano 3.c.7.

¶Sacrarum scripturarum lectio sacerdotalibus semper conuiuijs misceatur. Cap. XI.

Burc. li.2. c.169. Iuo p.6.c.260. Rab.in pœn. c. 28.

PRo reuerentia [d] Dei, & sacerdotum id vniuersa sancta constituit synodus, vt (quia solent crebro mensis otiosis fabulæ interponi) in omni sacerdotali conuiuio lectio diuinarum scripturarum misceatur. Per hoc enim & animæ ædificantur ad bonum; & fabulæ non necessariæ prohibentur.

Apud Martin. Brac.

Item ex concilio Martini Papæ, c.61.& 66.

benè cõmedit & cõtinens dicitur qui tamẽ cognoscit vxorem suam, vt 31.dist. Nicæna.

[a] ¶Nõ oportet.] Hæc est tertia pars dist. in qua dicitur, q̃ nullus debet facere cõuiuium de confertis .i. de symbolis: quod in vulgari dicitur, eschot. & ad hoc probandũ ista tria c. inducuntur, can. de Fant.

[a] ¶Nõ oportet.] Hic habent quidam cap. nullus. quod est inf. de consec. dist. 5. nullus.

[b] ¶Ex symbolis.] Symbolum est quando plures conferunt ad conuiuia facienda. idem est confertum.

[c] ¶Celebrare.] Nam vt ait Iuuenalis. Miserum est aliena viuere quadra.

[d] PRo reuerẽtia.] infra de consecra distinct. 5. in omnibus.

Non

[a] Non liceat.] ¶Hymno.] infra de consecr. dist. 2. panis. & calix. & c didicimus.

Sequitur.] Hæc dist. diuiditur in quatuor partes. In quarum prima probatur per septem auctoritates, quòd prælati non debent esse accensi ad iram vel per turbationem. Secunda ibi, [Salomon.] Tertia ibi, [Ex his.] Quarta ibi, [Percussor.] Io. de Fan.

CASVS. In hac 45. d. prosequitur 9. ca. apostolicæ regulæ, oportet ep̃m nõ esse percussorem: qui nõ dẽt esse irascibilis & perturbati sensus, sed patiens exẽplo Christi, qui dorsum posuit ad flagella. Et primo probat q̃ prælati non dẽnt aliquẽ ꝓcutere vsq; ad §. Salomõ postea allegat in contrariũ vsq. ad § [Ex his.] Not. ergo q̃ est percussio spiritualis: & est ꝓcussio corporalis. Spiritualis est cũ qs indiscreto sermone corrigit aliquos, ista ꝓhibet ut inf. c. vl. Corporalis ẽ illa, quæ manu fit. & ista vbi fit ex ira uel odio, uel ad hoc vt magis timeat, pẽtũ est, vt inf. e. c. 1. sed si fit cã correctionis, licita ẽ ei q̃ hẽt ptãtem in eũ, ut inf. ea. cum beatus. & 35 d. añ oĩa hoc tñ scias, q̃ eps̃ suis manibus neminẽ verberabit, vt 86. d. non liceat. sed p alĩ põt, vt 5. q. 5. illi. non tñ p laĩcũ, sed p clericum, si clericus fuerit verberãdus, ut extra de sent. excõ. uniuersitatis. nisi penitus sit incorrigibilis. tũc ẽt p laicũ põt, vt extra de sent. excom. c. ut fan. ꝙ Itẽ distinguendũ est circa qualitatem ipsarum personarum, quæ corrigẽdæ sum, & etiam circa quantitatem criminum. nam qui sunt in minoribus ordinibus constituti, licitè uel cranter etiam pro minoribus criminibus, ut inf. ea. § Salomon & 35. d. ante. maiores non sunt uerberandi nisi pro maioribus, uel enormibus criminibus, ut inf. ea. cum beatus. & 35. distin ante. Sunt tamen alĩ casus in quibus licitè percutitur clericus, vt [illegible] q. 4. si quis suadente.

Percussio est duplex.

1 De hoc membro dic vt leg. & no. ext. de sent. excom cum voluntate. ver q̃ etiam de his.

Corrigens debet multa attendere.

Clericus an possit verberari.

Quidam autem.] CASVS Quidam prælati erant, qui vt magis timerentur, suos clericos verberabant. Et præterea homines ad fidem uerberibus, & non prædicatione cogebant: sed dicit Gregor in hoc capit. quòd hoc facere non debent. & hoc probat auctoritate Pauli dicentis: Argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. Et auctoritate concilij, in quo statuitur, ut nullus clericus percutiatur: qui contrafecerit, triduo suspendatur.

¶Cau-

¶De confertis nec conuiuia facere, nec ante horam diei tertiam clericis comedere licèt. Cap. XII.

NOn liceat sacerdotes, vel clericos, sed nec religiosos laicos conuiuia facere de confertis. ¶Nec oportet clericos, vel laicos religiosos ante sacram horam diei tertiam inire conuiuia, nec aliquando clericos, nisi hymno [a] dicto, comedere panem; & post cibos gratias auctori Deo referre.

Bure. l. 2. c. 165. Iuo p. 6. c. 256. c. 66.

Si ergo laicis comessationes damnabiles sunt, multo magis sacerdotibus imputantur ad gehennam. Venter enim pinguis (vt Hieronymus ait) crassum sensum generat: cum sacerdotalis sensus contra uigil esse debeat, & tenuis: atq; ideo edacitatis uitio obnoxij in sacerdotes ungi non debent. Hi enim (ut ait Gregorius in moralibus) qui adhuc uitiorum bello subiacent, nequaquam per prædicationis usum præesse magisterio caterorum debent.

Epist. ad Nepotianum.

Lib. 23. c. 12.

DISTINCTIO XLV.

Sequitur, [non percussorem.] Non enim oportet episcopum ita esse irascibilem, & perturbati sensus, ut percutiat; qui debet esse patiens: sed sequatur eũ, qui dorsum posuit ad flagella.

1. Tim. 3. & ibi glo. ordin. & Anfel. ex Hier. ad Oceanum.

Vnde Gregorius scribit Ioanni episcopo Constantinopol. lib. 2. epist. 52. al. c. 91.

¶Verborum correptione, non verberibus timeri debet episcopus. Cap. I.

QVid autem de episcopis, qui verberibus timeri uolunt, canones [b] dicant †, benè fraternitas vestra nouit. Pastores etenim facti sumus non percussores: & egregius prædicator dicit: [Argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina.] Noua vero, atq; inaudita est ista prædicatio, quæ uerberibus exigit fidem [c].

Io. Diac. li. 3. c. 9. Polyc. li. 4. tit. 9.

† Ar q̃ sufficit allegatio generalis nõ expõ li. de quo p̃ gl. in verbo, continebatur in c continetur. de desp impub.

2. Tim. 4.

Item in concilio Romano sub Siluestro. c. 17.

¶De eodem. Cap. II.

NEminem † [d] quisquam peccantem clericum cædat attingat, non presbyter, non diaconus non episcopus clericum, uel seruitorem ecclesiæ ad cædem perducat. Sed si ita causa exigit clerici triduo [e] priuetur honore, vt pœnitens redeat ad matrem ecclesiam.

† *Nemo*] orig.

Fidem fusci pere nemo cogitur.

b ¶Canones.] 86. dist. non liceat.

c ¶Fidem.] Ad fidem enim nemo cogendus est, ut 23. q. 5 ad fidem. & inf c de Iudæis. sed fidem receptam cogitur quis retinere, & sic non obstat 23. q. 4. quis nos. & q. 6. iam vero.

d ¶Eminem.] ¶Peccantem.] Dum tñ non nimis 2. enormiter excedat, vel intellige q̃ clericus in sacris ordinibus constitutus non est grauiter & immoderate uerberandus. & sic non obstat extra de sent excom. vniuersitatis Ioan.

2 Et sic non ob. extra de sent. excom. vt famæ. Io. de Fan.

e ¶Triduo.] Similis suspensio est 5. q. 3. in loco &c.

Qui

Digitized by Google

QVi sincera.] CASVS. Neapolitani verberabãt iudęos vt ad fidem conuerterentur: nec permittebant eos suas festiuitates celebrare. De hoc conquesti fuerunt Iudæi Papæ. Præcipit ergo Papa Neapolitano archiepiscopo, ne hoc fieri permittat: quoniam non aspe-

Item Gregorius Paschasio episcopo Neapolita. lib. II. epist. 15.

¶Non asperis, sed blandis verbis ad fidem sunt aliqui prouocandi. Cap. III.

QVi sincera intentione extraneos a Christiana religione ad fidem cupiunt rectam perducere, blandimentis [a] non aspiritatibus debent studere, ne quorum mentẽ reddita ad † planum ratio poterat reuocare, pellat procul aduersitas. Nam quicunq; aliter agunt, & eos sub hoc velamine a consueta ritus sui volunt cultura suspendere, suas illi magis, quàm Dei causas probantur attendere. ¶Iudæi siquidem Neapoli consistentes questi nobis sunt, asserentes, quòd quidam eos a quibusdam feriarum suarum solemnitatibus irrationabiliter nitãtur arcere, ne illis sit licitum festiuitatũ suarum solemnia colere, sicut eis nunc vsque, & patentibus eorum longis retro temporibus licuit obseruare. Quò si ita se veritas habet, superuacuæ rei videntur operam dare. † Nam quid vtilitatis est, quando, & si contra longum vsum fuerint vetiti, ad fidem illis, & conuersionem nihil proficit? Aut cur Iudęis qualiter cæremonias [b] suas colere debeant, regulas ponimus, si per hoc eos lucrari non possumus? Agendum ergo est, vt ratione potius, & mansuetudine prouocati sequi nos velint, non fugere, vt eos, ex eorum codicib. offendentes, quæ dicimus, ad sinum matris Ecclesiæ Deo possimus adiuuãte conuertere. Itaq; fraternitas tua eos monitis quidem, prout potuerit, Deo adiuuante, ad conuertendum accendat, & de suis illos solemnitatibus inquietari denuo non permittat. Sed omnes festiuitates, feriasque suas, sicut hactenus tam ipsi, quàm parentes eorum per longa colentes retro tempora tenuerunt, liberam habeant obseruandi, celebrandique licentiam [c].

Item Gregorius iiij in epistola episcopis per Galliam, & Germaniam constitutis.

¶Non seueritate, sed beneuolentia subditos prælati corripiant. Cap. IV.

LIcet plerumq; accidant in sacerdotibus, quæ sunt reprehendenda, plus tamen erga corrigendos agat beneuolentia [d], quam seueritas, plus cohortatio, quam comminatio † plus charitas, quam potestas, cum nemo nostrum sine reprehensione, aut sine peccato [e] viuat. Nam si Dominus statim post trinam negationem beatum Petrũ apostolum præceptorem nostrum iudicasset, non tantum ex eo fructum, sicut fecit, recepisset. Expectandi [f] ergo,

Inf. ea. c. licet. Iuo p. 4. c. 368.

† al. commotio.

Matth. 26.

Iuo p. 13. c. 105.

† al. adhibere.

ipsi, & parentes eorum hactenus coluerunt, inquietari, non permittat, sed liberam habeant licentiã celebrandi.

a ¶Blandimentis.] Vel ẽt munerib. vt 23. q. 4. c. vlt. licet arg. sit contra. 3. q. 2. quam pio. 12. q. 2. primum.

b ¶Cæremonias.] Cæremoniæ dicuntur sacrificia Iudæorum, quia cereis exercebantur supra d. 6 §. his ita.

c ¶Licentiam.] Sed nonne Iudæi mortaliter peccant ista faciendo? quomodo ergo dat eis licentia peccãdi mortaliter? Item si peccant mortaliter, quare nõ puniuntur, cum ipsi in alijs delictis puniantur, vt 17. q. 4. constituit, ext. de vsu. post miserabilẽ? Sed dic q̃ non dat eis hic licentiam peccandi: sed liberationem a pęna, & est simile 4. dist. deniq; & 21. q. 2. placuit. 23. q. 1. paratus. Ad aliud rñdeo. q̃ si Iudæi ab hoc q̃ liberẽtur, ergo iam cogerentur ad fidem & hæc vera sunt dũtamen ipsi in contẽptũ nostræ fidei non exerceãt talia, vt C. de Iudæ. Iudæos, & extra de Iudęis, & si Iudæos.

Ecclesia quare permittit Iudæos mortaliter peccare.

1 Nam celebrãt, & exercere illa cæremonialia ẽ peccatũ mortale, vnde Hier. Cultus legis ab aduentu Chri non differt ab idololatria. Arch.

Licet plerumque accidant.] CASVS. Episcopi, in Gallia, Germania, Europa statim cum perpendebant clericos suos delinquere, eos iudicabant, & eijciebant de ecclesia sua: de quo Papa eos reprehendit, & docet, quod si aliqñ clerici delinquant, non statim fulminẽt illos: sed supportent cum nec ipsi sint sine reprehensione, & peccato, & hoc probat exemplo Christi: qui si Petrũ post trinam negationem statim iudicasset, nõ tantum fructum ex eo recepisset. Et auctoritate Euangelij dicentis. Quod vbi non vis fieri, &c.

d ¶Beneuolentia.] nam sententia, quæ misericordiã vetat, fugienda est 50. dist. ponderet.

Sententia sit coniũcta misericordiæ.

e ¶Sine peccato.] Vt 84. d. Apostolus, & 25. §. nunc autem.

f ¶Expectandi.] Argu. q̃ semper iudex potius sequeretur misericordiam quam iudicium, vel æquitatem quã rigorem, vt 86. distinctio. non satis. 50. distinct. ponderet.

Iudex sit amator equitatis, & misericordiæ.

asperitatibus, sed rationibus, & auctoritatibus vetetesti. sunt commouendi, & admonitionibus ad fidẽ sunt conuertendi. alias eorum conuersio erit inutilis. si autẽ conuerti noluerint, in feriis, & festiuitatibus suis, quas

ret.26.q.7.allegant,& 35.q.9. veniam. Ad idem.9 diſti. ſana.

a ¶Iudicandi.]ideſt,damnandi.

b ¶Scandalorum.] nam ſcandalum eſt, clericũ ſtatim puniri poſt delictum. ſic 11.q.3.rurſus.

c ¶Non vult.]Sic 2. q.6. qui ſe ſcit.

De Iudęis] CASVS.Quidã cogebant Iudæos ad fidem, & ideo ſtatutũ fuit in concilio Toletano,ne de cætero ad fidẽ,per vim adducantur: quia cui vult, Deus miſeret: & quem vult indurat. Admonẽdi ergo ſunt,& non cogẽdi. Veruntamen ſi iam coacti ſunt ad fidẽ, ſicut factum fuit tẽporibus principis. Si ſebuti: quia iam ſacramenta diuiſim receperunt, cogendi ſunt ea ſeruare: ne nomen Domini blaſphemetur in eis: & fides quam ſuſceperunt, cõtemptibilis habeatur.Sequens c. ſatis planum eſt.

d ¶Saluandi ſunt.] quia nullus inuitus fit bonus, vt 23.q.6. vides.

Coactio eſt duplex.

e ¶Coacti ſunt.] Coactio conditionalis de qua hic loquit nõ impedit ſacramẽtũ baptiſmi nec etiã ſacramentũ ordinis, vt 74.diſt.vbi,impedit tñ ſacramentum matrimonii 1 vt extra de ſponſ.cũ locũ, ſed ſi fuerit abſoluta coactio,nullus character imprimit, vt extra de bapt. maiores, ſed in dormiẽtibus & amentibus diſtinguitur:q̃ ſi prius habeant propoſitum baptizandi, recipiũt characterem: aliter non,vt ibidem dicitur in fine.eo,q̃ dormiens poſſeſſionem nõ acquirit, vt ff.de acqui.poſſeſſ.l.1.§.1

1 Arg.cõtra 22.q.4 inter vbi de hoc. ibi videas.

f ¶Vilis.]No.q̃ vilitatem vitãdam aliquid fieri.100.d. priſca,& c.ſeq.

g Licet.]Et quod prouiſum eſt] ſimile eſt quod dicit decre.qđ alicui proprietate cõcedit, nõ debet redundare in alterius iniuriam,vt extra de eccleſ.ædifi.c.2.& extra de app.reprehenſibilis.

h ¶Concordiam.] Scilicet, vt vnus præſſet alijs, ne fie-

atque corrigendi magis ſunt rectores eccleſiæ,quàm ſtatim iudicandi [a]:cum maiora negotia, & difficiliores cauſarum exitus, ſanctorum patrum canones ſpiritu Dei cõditi, & totius mundi reuerentia conſecrati iubeant ſub noſtræ ſententiæ expectatione ſuſpendi,noſtroque moderamine finiri. Vnde neceſſe eſt hæc, & alia eccleſiaſtica quæque negotia poſt multarum experimenta cauſarum ſolicitius perſpici †, & diligentius præcaueri: quatenus per ſpiritum charitatis,& pacis,omnis materies ſcandalorum [b],& præſumptio inuidorum [α] atq; oppreſſio ſimplicium fratrum de eccleſijs Domini auferantur. Et ſicut nõ vult quiſquam fratrum ſe aliorum iudicio prægrauari;ita non audeat alij inferre,quod ſibi non vult [c] fieri: Iudæi non ſunt cogendi ad fidem: quam tamen ſi inuiti ſuſcepe rint,cogendi ſunt retinere.

† *proſpici*] orig.

α ¶Inuidorum.]*In epiſtola Gregorij 1111.(qua eſt in ſape memorato codice bibliotheca Dominicana)& aliquot vetuſtis exẽplaribus Gratiani legitur*, Iudęorum.

Vnde in concilio Toletano 4.c.56.ſtatutum eſt.

¶Sicut non ſunt Iudæi ad fidem cogendi: ita nec cõuerſi ab ea recedere permittuntur. Cap. V.

Burc.l. 4.c.82. Iuo p.1.c.276. & p. 13.c.94. Pann.l.1.c.72. *Rom.*10.

De Iudæis aũt præcipit ſancta ſynodus nemini deinceps ad credendũ vim inferri.[Cui enim vult Deus miſeretur, & quem vult indurat.] Non enim tales inuiti ſaluandi ſunt [d],ſed volentes,vt integra ſit forma iuſtitiæ. Sicut enim homo proprij arbitrij voluntate ſerpenti obediens perijt,ſic vocante ſe gratia Dei propriæ mentis cõuerſione homo quiſque credendo ſaluatur. Ergo non vi, ſed liberi arbitrij facultate vt cõuertantur, ſuadẽdi ſunt, non potius impellendi. Qui autem iampridem ad Chriſtianitatem coacti ſunt [e] venire(ſicut factum eſt temporibus religioſiſſimi principis Siſebuti)quia iam conſtat eos ſacramentis diuinis ſociatos baptiſmi gratiam ſuſcepiſſe, & chriſmate vnctos eſſe,& corporis, & ſanguinis Domini extitiſſe participes; oportet, vt fidem, quam etiam vi, vel neceſſitate ſuſceperunt, tenere cogantur, ne nomen Domini blaſphemetur,& fides,quam ſuſceperunt,vilis [f], & contemptibilis habeatur.

Item Leo Papa, epiſ.82. ad Anaſtaſium epiſcopum Theſſalonicenſem.c.1.

¶Benevolentia plus quàm ſeueritas erga corrigendos agat. Cap. VI.

ſup.ead c.licet plerumque. Poly.l.4.tit. 29. † *al. commo io.*

Licet nonnunquam accidant, quæ in ſacerdotalibus ſunt reprehendenda perſonis,plus tñ erga corrigendos agat benevolentia,quam ſeueritas, plus cohortatio quàm comminatio †:plus charitas,quam poteſtas.Sed hi, qui quæ ſua ſunt,quærunt,non quę Ieſu Chriſti,facile ab hac lege diſcernuntur, & dum dominari magis, quàm conſulere ſubditis quærunt, placet honor, inflat ſuperbia, & quod prouiſum eſt [g] ad concordiam [h], tendit ad noxam.

Digitized by Google

fieret schisma, vt 95. dist. legimus. & 89. distinct ad hoc.

EPiscopum.] CASVS. Statutum fuit in canone Apostolorum, vt nullus episcopus, presbyter vel diaconus percutiat fideles delinquentes, vel infideles volens ab eis timeri, quod si fecerit, deponatur: qa Dominus hoc

Item ex canone Apostolorum, c. 28 iuxta priscam versionem.

¶Deijciantur ab officio presbyter, & diaconus & episcopus verberibus timeri quærens.

Cap. VII.

Anfel. li. 6. c. 159. Polyc. li. 4. tit. 9.

EPiscopum, aut presbyterum, aut diaconũ percutientem fideles delinquentes, aut infideles inique agentes, & per huiusmodi volentem timeri, deijci ab officio suo præcipimus; quia nusquam nos, docuit [a] hoc Dominus. E contrario uero ipse cum percuteretur, non repercutiebat: cum malediceretur, non remaledicebat: cum pateretur, non comminabatur.

2. *Petri* 2.

Item ex concilio Bracarensi 3. c. 6.

¶Non verberibus, sed verbis subditos episcopi corripiant. Cap. VIII.

2. *Tim.* 4.

CVm beatus Apostolus arguere, obsecrare, vel increpare in omni patientia præcipiat, extra hanc doctrinam nouimus quosdam ex fratribus tantis cędibus in honoratos subditos † efferuescere, quantas poterant latrocinantium promereri personæ. Et ideo, qui gradus iã ecclesiasticos meruerunt, idest presbyteri, abbates, & leuitæ, qui exceptis grauioribus [b] & mortalibus culpis, nullis debent verberibus subiacere, non est dignum, vt passim unusquisque prælatus honorabiliora membra sua, prout uoluerit, & ei placuerit, verberibus subijciat, & dolori: ne, dum incaute subdita percutit membra, ipse quoque debitam sibi subditorũ reuerentiam subtrahat [c] iuxta illud, quod quidam sapiens dixit: [Leuiter † [d] castigatus reuerentiam exhibet castiganti: asperitatis autẽ nimiæ increpatio nec correctionem recipit, nec salutẽ.] Et ideo, si quis aliter, quàm dictum est, prædictos honorabiles subditos, licentia perceptæ potestatis elatus, malitia animi tantum, crediderit uerberandos; iuxta modũ verberum, quæ intulerit, excommunicationis pariter & exilij [e] sententiam sustinebit.

† sic in codice regio.

† *Leuiter*] orig.

Proverb. 23.

lib. 2. dial. c. 4.

Ioan. 2.

2 *Salomon vero contra admonet dicens:* [*Pereute filiũ tuũ in virga: & liberabis animam eius à morte.*] *Hinc etiam B. Gregorius scribit in dialogo B. Benedictum, quendam monachum virga percutiendo sanasse; quem crebra admonitione curare nõ poterat. Hinc etiã Dominus flagello facto de funiculis, male versantes in templo*

nisi pro grauiori hoc & mortalibus culpis. Et hoc habet auctoritate Apostoli, qui potuit arguere & obsecrare in patientia & una tõe: qa si quis incaute honorabiliora membra peccat, sibi debitã subtrahit reuerentiã: iuxta illud Sapientis, Leuiter castigatus reuerentiam exhibet castigãti: & q secus fecerit iuxta uerborũ modum pœnam excommunicationis & exilij sustinebit.

b ¶Grauioribus.] Hic patet q maiores clerici non sunt uerberandi, nisi pro maioribus culpis: sed minores etiã verberantur q minoribus, vt 35. d. ante & 21. d. c. denique. 5. q. 5. illi qui sunt. & alię personę, quæ habẽt coercionem verberum, sed temperatam, vt pater dominus, mater, pater familias, magister, maritus, vt 23. q. 4. duo ista. & q. 5. c. 1 & 7. q. 1. sicut. vnde si pater uerberat filium clericum in minoribus ordinibus constitutum, non est excõicatus: idem est de alijs propinquis, vel de ijs qui familiam habẽt, ut extra de senten. excomm. cum uoluntate. in fi. Ioan. Tancredus tamen respondit, q si pater animo corrigendi verberat filiũ in sacris ordinibus constitutum, quod non est excõicatus: quia manus illa nõ est iniuriosa: cũ non faciat animo iniuriandi, ut extra de sent. excommu. c. 1. hoc etiam notaui in quæstionibus. B. 2. c ¶Subtrahat.] Arg q ex quo prælatus non seruat reuerentiam subdito, nec subditus tenetur ei seruare, vt 45. d. esto. 22 q. 5. de forma. 32. q. 5 iniquum.

d ¶Leuiter.] ff. ad leg. Aquiliam. præceptoris.

e ¶Exilij.] Not. clericum posse relegari in exilium, vt 2. q. 1. in primis. & notatur. 3. q. 4. hi. qui.

Cleritici non sunt æqualiter uerberãdi.

1 Adde gl. in l. iurantibus. ff. de iurisd. om. iu. & in Auth. de nup. §. si vero. coll. 3.

2 Qũ uenerabilis est: & incipit q̃ritur utrũ pater, &c.

Clericus potest relegari.

hoc non docuit: immo cum percuteretur, non repercutiebat; sed patiebatur.

a ¶Docuit.] Sed nonne Dominus flagellis percussit, vt 1. q. 3. saluator? Sol. Sic sed non fecit hoc ut timeretur, sed causa correctionis, vt sup. eodem, in summa.

CVm beatus.] CASVS. Quidam epi odio inflammati fratres suos honorandos scilicet abbates, presbyteros, & diaconos sic uerberabant cũ delinquebant, sicut consueuerunt uerberari latrones. quod reprehendit cõcilium Bracarense, & offendit hoc non esse faciendum,

SALOMON. Hæc est secunda pars huius distinct. in qua probatur quòd subditi sint castigandi: & tunc eos prælati diligunt cum eos castigant. & hæc probantur per istum §. & per quinque auctoritates Sanctorum. Ioan. de Fan.

CASVS. Hactenus probauit, q eps percutere non debet. Modo probat Gratianus contrarium in hoc §. septem auctoritatibus & exemplis: quod etiam per sequentia capitula probat.

a ¶Fla-

flagellauit [a]: *& de orationis domo eiecit. Hinc etiam Apostolus fornicatorem* [b] *illum ſatanæ corporaliter vexandum tradidit: & magum* [c] *illum corporali cæcitate damnauit. Hinc etiam in canonibus* [d], *pueri, qui ante rationales annos irrationabiliter uerſantur, uerberibus caſtigari iubentur. Virgines quoque, ſi religionis ueſte depoſita aliis ſe copulauerint, ergaſtulis* [e] *retrudi præcipiuntur.*

1.Co.5. Act.13. Siricius Papa epiſt. 1.cap.6.

Hinc etiam Gregorius in moralibus, 20.lib.p.4.c.6.

lib 20. c.6. ad c.29. Iob. Paſt.par.2.c.6.lib.1. reg.epiſt.24.

¶Diſciplina non eſt ſeruanda, ſine miſericordia, nec miſericordia ſine diſciplina. Cap. IX.

DIſciplina [f], vel miſericordia multũ deſtituitur, ſi vna ſine altera teneatur. Sed circa ſubditos ſuos ineſſe rectoribus debet, & iuſte cõſolans miſericordia, & pie ſęuiens diſciplina. Hinc eſt, ꝙ ſemiuiui illius vulneribus, qui à Samaritano in ſtabulum ductus eſt, & vinum adhibetur, & oleũ: vt per vinũ mordeantur vulnera, per oleũ foueantur: quatenus vnuſquiſque, qui ſanãdis vulnerib. pręeſt, in uino morsũ diſtrictionis adhibeat, in oleo mollitiem pietatis: per uinum mundentur putrida, per oleũ ſananda foueantur. Miſcenda [g] eſt ergo lenitas cũ ſeueritate, faciendumq; quoddam ex utraq; temperamentum, ut neque multa aſperitate exulcerentur ſubditi, neq; nimia benignitate ſoluũtur. Hoc nimirum illa tabernaculi arca ſignificat, in qua cũ rabulis uirga ſimul & manna eſt, quia cũ ſcripturę ſacrę ſcientia, in boni rectoris pectore ſit, ſi eſt uirga diſtrictionis, ſit & manna dulcedinis. Hinc etiam Dauid ait: [Virga tua, & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt. Virga etenim percutimur, & baculo ſuſtẽtamur. Si ergo eſt diſtrictio uirgæ, quæ feriat, ſit & conſolatio baculi, quæ ſuſtentet. Sit itaque amor, ſed non emolliens; ſit rigor, ſed nõ exaſperans: ſit zelus, ſed nõ immoderate ſæuiẽs: ſit pietas, ſed nõ plus, quàm expediat, parcens. Intueri libet in Moyſi pectore mĩam cũ ſeueritate ſociatam. Videamus amantem piè, & diſtrictè ſęuientem. ¶Certè cũ Iſraeliticus populus ante Dei oculos penè inueniabilem contraxiſſet offenſam, ita vt eius rector audiret, [deſcende; peccauit populus tuus] ac ſi ei diuina uox diceret: qui in tali peccato lapſus eſt, iam meus nõ [h] eſt; atq; ſubiungeret, [Dimitte me, ut iraſcat furor meus contra eos, & deleã eos, faciamq; te in gentẽ magnã.] Ille ſemel & iterũ pro populo, cui præerat, obicẽ ſe ad impetũ Dei iraſcẽtis opponẽs ait: [Aut dimitte eis hãc noxã: aut ſi non facis, dele [i] me de libro tuo, quẽ ſcripſiſti.]

Lue. 10.

Hebr.9.

Pſal.22.

Exod.32.

a ¶Flagellauit.] Vt 1.q.3.Saluator.
b Fornicatorem] infra 2.q.1.de manifeſta.
c ¶Et magnum.] infra 32.q.8.legitur.
d ¶In canonibus.] In hoc libro non inuenio illos canones ſed verba correctionis inueniuntur 28. d. de his. & 12.q.1.c.1.
e ¶Ergaſtulis.] inf. 27.q.1.impudicas.& c peruenit.

D Iſciplina.] CASVS In hoc cap. habet Gratianus (alias Greg. ꝙ ꝑlatus circa correctionem ſubditorũ debet in ſe habere miſericordiã & diſciplinam. Et hoc probat ꝙnq; rationibus vel exẽplis. ſ. Samaritani, q vulneribus ſemiuiui appoſuit vinum & oleũ. & arcæ, in qua virga erat, & mãna: & Dauid, q virga & baculo ſanatus eſt: & Moyſi, q circa populũ exercuit miſericordiã & ſeueritatẽ: & exemplo Iob, qui cũ ſederet quaſi Rex exercitu circumſtante, erat tamẽ mœrentium conſolator. Et quid hęc ſupra dicta ſignificent, diligenter in hoc cap. exponitur.

Iudex mediocritatẽ ſequatur.

f ¶Diſciplina.] i. rigor ſiue pœna.
g ¶Miſcenda.] No. ꝙ iudices ſemper ſequuntur mediocritatem, vt arg extra de cenſi. ex parte. ff. de pig. act. ſi ſeruus. ff. de iur. & fac. ign. nec ſupina. extra de off. cuit. c.1. & ff de ver. obl. continuus §. cũ ita 1. Arg. contra. ff. de neg. geſt Neſſenius. in fi. lo Sol. iudex potius ſequatur æquitatem, quàm rigorem, vt C de iud. placuit. ubi certum eſt ius ab æquitate diſſentire, vt in reſtitutione minorũ. niſi ex cã magis ſequeretur rigorẽ: vbi ſ. multis gratiſãtibus opus eſt exemplo, vt ff de pœn. aut facta in fi. ubi autem ius ſcriptum non eſt, iudex ſẽper ſequatur ęquitatem, vt extra de tranſac. c ult. Bart.

1 Ad idẽ ff. de ſer. leg. l. ſpecialiter. nã ſi legaui tibi ſeruum. nec expreſſi de quo: de mediocri intelligendũ.

h ¶Meus non eſt.] Argu. quod de uno conceditur, de alio negatur. ſic 3.q.1 per Eſaiam. 31. q. 5 qui ſitit. & 23.q.4 fortè ſic 25. diſt. qualis ſimiliter cum iudicatur rem meam eſſe per conſequens iudicatur tuam non eſſe, ut ff. de procur. Pomponius. §. 2.

i ¶Dele.] Sed quare hoc petijt Moyſes? cum nemo deleri poſſit niſi ꝓpter peccatum propriũ: q2 Spiritus ſctus ẽt idem penulti ingerit immeritã pœnã. vt 11.q.3.illud? Dicunt q, dam ꝙ impetu mentis hoc dixit. Alij dicunt, ꝙ ex magna confidentia hoc dixit; q. d. impoſſibile eſt ꝙ me deleas.

2 Sub. ſicut tijt 23. q.4. iuxta finẽ, Archid.

te temporali, prout videtur sonare litera sequens.

a ¶Obtinuit.]inf. 50. dist. si quis præpostera. contra, ibi dicitur, ꝙ veniam petijt, sed non obtinuit. Respondeo. Obtinuit ad tempus, vel ne punirentur æternaliter, sed non vt nunquam punirentur. Puniti enim sunt pro illo peccato in Romana, & Babylonica captiuitate, vt 76. dist. ieiunium, vel obtinuit veniam quo ad vitam æternam, non quo ad temporalem: sicut & Dauid remissum fuit peccatum quo ad vitam æternam: sed tamen punitus fuit temporaliter, vt de pœnit. dist. 1. sicut primi.

Moysis oratio pro populo in quo fuit exaudita.

Pensemus ergo, quibus visceribus eundem populum amauit, pro cuius vita de libro vitæ deleri se petijt. Sed tamē ille, qui tanto eius populi amore constringitur, contra eius culpas pensemus, quanto zelo rectitudinis accēdatur

Ibidem. Mox.n. vt petitione prima, ne delerentur, culpæ veniam obtinuit[a], ad eundem populum veniens ait, [Ponat vir gladium suum super fœmur suum, ite & redite de porta vsque ad portam per medium castrorum, & occidat vnus quisque fratrem, & amicum, & proximum suum, cecideruntque in die illo quasi viginti tria α millia hominum.] Ecce qui vitam omnium etiam cum sua morte petijt, paucorum[b] vitā gladio extinxit. Intus arsit ignibus amoris, foris accensus est zelo seueritatis. Tanta fuit pietas, vt se pro illis coram Domino morti offerre non dubitaret, tanta seueritas, vt eos, quos diuinitus feriri timuerat, ipse iudicij gladio feriret. Sic amauit eos, quibus præfuit, vt pro eis nec sibi parceret, & tamen delinquētes sic persecutus est, quos amauit, vt eos etiam Domino parcente prosterneret. Vtrobiq; legatus sortis, vtrobiq; mediator admirabilis, causam populi apud Deum precibus, causam Dei apud populum gladijs allegauit[c]. Intus amans diuinę iræ supplicando obtitit, foris sæuiens culpam feriendo consumpsit. Succurrit citius omnibus ostēsa morte paucorū. Et idcirco omnipotens Deus fidelem famulum suum citius exaudiuit agentem pro populo, quia vidit, quid super populum acturus esset ipse pro Deo. In regimine ergo populi vtrūq; Moyses miscuit, vt nec disciplina deesset misericordiæ, nec misericordia disciplinæ. Vnde hic quoque iuxta vtramque virtutem dicitur, [Cumq; sederem quasi rex circumstante exercitu, eram tamen mærentium consolator.] Sedere quippe circumstante exercitu, vigor est, ac disciplina regiminis, mærentium vero corda consolari, ministerium pietatis.

Iob. 29.

α ¶Viginti tria.] *Sic etiam legitur in codicibus B. Gregorij, sed in hebrais paraphrasi Caldaica, versione septuaginta, & vulgata est*, tria millia.

Item Isidorus libro 3. sententiarum de summo bono, cap. 54.

¶Iustè iudicans misericordiam cum iustitia seruat. Cap. X.

Bure l. 16. c. 25. §. omnis. OMnis, qui iuste iudicat, statera in manu gestat, & in vtroque[d] penso iustitiam, & misericordiam portat[e], sed per iustitiam reddit peccanti sententiam, per misericordiam, peccanti temperat pœnam, vt iusto libramine quædam per æquitatem corrigat, quędam vero per miserationem indulgeat. Qui Dei iudicia oculis suis proponit, semper timens, & tremens in omni negotio formidat; ne de iustitiæ tramite deuians cadat, & vnde non iustificatur, inde potius condemnetur.

Item Augustinus in Enchiridio. c. 7.

b ¶Paucorum.]No. 23. millia dici pauca 1 quia pauci fuerut respectu aliorum. simi ff de ver. sig maiorem.

ADDITIO. Et 23. quæst. 4. §. quod autem.

c ¶Allegauit.]Arg. quod idem potest es se aduocatus vtriusque partis: & nunc inducere iura pro vna parte, nūc pro altera, qđ est talium a & hic tutor duorum litigantium pro vno agit, & pro altero respondet, vt ff. de auct. tut accipientis Exhoc loco sumitur causa quare episcopus accedens ad altare deponit mitrā & baculum. sed cum conuertit se ad populum, resumit cōminationis suæ insignia, vt de consecra. distin 1. nullus episcopus.

Episcopus qñq; sumit, & qñq; deponit mitram & baculum non sine cā

OMnis]CASVS: Dicitur in hoc cap quòd omnis, q rectè iudicat, debet in manu gestare staterā, vt iudicet, & absoluat iuste, & in vtroque penso, idest, in condēnatione, vel absolutione dēt habere simul iustitiam & misericordiam, vt per iustitiam peccati sentētiam reddat, & per misericordiam peccati temperet pœnam in omni negotio timēs ne de iustitiæ tramite deuiās cadat.

d ¶In vtroque]idest, in absoluendo & condemnando.

e ¶Portat.] Sed qualiter istud stare potest, ꝙ iudex habeat misericordiam, & rigorem? primum ea ratione, quia iudex non potest mitigare pœnā, & a canone latam, vel lege inflictam, vt 2 quæst. 3. §. notandum 2. sed illud ibi expeditum est. Item qualiter misereatur iudex illius, quem

Iudex qualiter potest habere rigorē, & misericordiam.

quem occidit 1? Item quæ miſericordia manet circa illum,qui deponitur? Item quæ miſericordia ſit ibi,vbi nihus punitur pro delicto patris? vt 6.q.1.§. verum 2. Solu. ideo dicitur iudex ſeruare rigorem, & miſericordiam:non q timul exerceat ea circa aliquem: ſed quia non 3. Contraria vero iura in caſibus ſpecialib.loquuntur,in quibus quis cogitur.

SVNT ENIM. Dictum eſt ſupra in cap.proxi.quòd qui corripit & punit, dat eleemoſynam: ideo ponit quot ſunt genera eleemoſynarum, & ad hoc alleg. duo cap.

3 Sup.c.ead. de Iudæis.

1 Nam iudex iuſtè. & licite interficit. 23.q.5.miles.nā & non eſt crudelitas certi mina,q deo iubente, ſed potius 23 q. 8. legi. Arc.

¶Qui remittit,& qui corripit,vterque miſeretur. Cap. XL.

ET qui emendat verbere, in quem poteſtas datur, vel coercet aliqua diſciplina, tamen peccatum eius quo ab illo læſus,aut offenſus eſt,dimittit [a] ex corde,vel orat, vt ei dimittatur,nō ſolum in eo,quod dimittit,atq; orat, verūm etiam in eo, quod corripit [b], & aliqua emendatoria pœna plectit, eleemoſynam dat, quia miſericordiam præſtat. Multa enim bona præſtantur inuitis [c], quando eorum conſulitur vtilitati,non voluntati,quia ſibi ipſi inueniuntur eſſe inimici.

4.ſent.d.15.

Sunt enim multa genera eleemoſynarum, de quibus Albinus † ait.

¶De multiplici genere eleemoſynarnm. Cap. XLI.

Pann.l.2.c.198.

TRia ſunt genera eleemoſynarū: vna corporalis,egenti dare,quidquid [d] poteris:altera ſpiritualis, dimittere [e] a quo læſus fueris;tertia, delinquentes corrigere, & errantes in viam reducere veritatis.

Item Auguſtinus lib.50.hom.6.

¶Eleemoſynæ pecuniæ præfertur eleemoſyna cordis. Cap. XIII.

Pan.l.3.c.19.

DVæ ſunt eleemoſynæ,vna cordis,altera pecuniæ. Eleemoſyna cordis eſt dimittere ei,a quo læſus eſt.Nā dare aliquid indigenti aliquando quæris,& non habes:indulgere peccanti,quantum volueris redundat [f] tibi.*& infra.* ¶Eleemoſyna cordis multo maior eſt quam eleemoſyna corporis.*& infra.*¶Charitatis eleemoſyna ſine ſubſtantia terrena ſufficit ſibi;illa vero,quæ corporaliter datur,ſi non benigno corde [g] tribuitur omnino non ſufficit.

3 *Ex his omnibus apparet,quòd nec lenitas manſuetudinis ſine rectitudine ſeueritatis, nec zelus rectitudinis ſine*

ET qui emēdat.] CASVS.In hoc ca.oſtendit Auguſtinus, q eleemoſyna dupliciter ht prælatio.1.dimittendo ei a quo læſus eſt: & orā do pro ipſo,vt ei dimittatur, vel verberando, vel corrigendo delinquentes etiam inuitus: quia multa bona præſtantur inuitis, quando ipſi ſunt ſibi inimici Capitulum quod ſequitur planum eſt.

Rancorē dimittere tenetur.

a ¶Dimittit.] Quilibet poteſt.& tenetur mittere rancorem, ſed non tenetur dimittere ſatisfactionem,vt 90.d ſi quis contriſtatus,& 13.q 4.ſic illic.

b ¶Corripit.] Hic videtur, q aliquis pōt verberare, vel excōicare aliquem pro propria iniuria,ſic 23.q.4. ſi illic.& 2.q 7.ſi quis. Sed contra inf diſt proxi.ſeditionarios 2.vbi dī, q clerici non debent eſſe vltores propriæ iniuriæ. ſimiliter eſt contra 23.q.4 inter. vbi dicitur, q nullus debet alium excommunicare pro propria iniuria, ſimiliter eſt contra 23.q.5 de occidendis, vbi dī,q iudex pro ſua iniuria non debet reum occidere. Sed ſolue, vt dixi 2.q.7.ſi quis epiſcopus Ioan. Sol pro propria iniuria poteſt prælatus aliquem punire, dummodo non faciat hoc animo vlciſcendi, vt inf d. proxi. ſeditionarios,vel vt magis timeatur,vt ſup ea.d.c 1.ſed ſi animo corrigendi hoc facit,& nō ex indignatione, bene licet, vt in hoc c.dicitur. Bar.

2 Ad idē adde ext.de homi.ſignifica ſti.2.in fi.de hoc no. ext. de cle. male. cap.1.ibi videas. Arch.

Beneficium inuito conferur.

c ¶Inuitis.] Argu.q inuito conferē beneficium, vt 21. q.4.diſplicet,& q.5.non vos.74.diſt placuit,& c conſuluit,ff.de neg.geſt ſoluendo,ff de lib.can l.1.& 2 & fin. de appell non tantum.arg.contra 20.q 3 præſens,& 23. quæſt.5 ad fidem.ff de reg.iuris inuito Solu. ad bonum ſemel receptū bene cogitur aliquis illud retinere: alias cap.ſeq.lo de Fan.& Hug.

d TRia ſunt.] ¶Quidquid.] Hæc eſt magna eleemoſyna qui dat vltra id quod poteſt 4 vt 42.d.per ſimoniam.

Eleemoſyna magna.

e ¶Dimittere.]Quantum ad rancorem ad minus,vt 90 d.c ſi quis contriſtatus.

DVæ ſunt.]CASVS. Dicit Auguſtinus in hoc ca.duæ ſunt eleemoſynæ,vna cordis,ſcilicet dimittere, & parcere inimicis,alia corporis.ſ.pecuniæ, ſed eleemoſyna cordis maior eſt,quam eleemoſyna corporis, quādoque enim volo facere,ſed non poſſum, cum non habeā cui dem, vel pauperes non inueniam.eleemoſynam vero cordis ſemper facere poſſum, quæ ſine terrena ſubſtantia ſufficit,

4 Dñs non vult opes fūdi, ſed diſpēſari.76.d nō ſatis. Arch.

f ¶Redundat.] ideſt abundat.

g ¶Benigno corde.] Quia qui dat pauperi eleemoſynā non ex charitate,ſed ideo vt remoueat a ſe importunam petitionem,rem perdit,& meritum,& venialiter peccat 5.vt 25.d.§ criminis.

Eleemoſynæ dator poteſt venialiter peccare.

5 Sic etiam peccat dando eleemoſynam ad vanam gloriā. ar.§.1.q.1.vi de quanto.

ETH.ISOMNIBVS. Hæc eſt tertia pars huius d. in qua probatur, quod in correctionibus debet ſemper iudex declinare in partem minorem, & tamen punire:

&

Digitized by Google

&hoc probat per quatuor auctoritates. Ioan. de Fan. CASVS. Cõcludit Gratianus ex ſupradictis, q̃ ſeueritas cum manſuetudine, & econuerſo ip̃a habenda. Et ſoluit ſupra dictam contrarietatem dicens, quòd in capitulis ſupra dictis vſque ad §. Salomon. illi percuſſores ab

manſuetudine in prælatis debet inueniri. Percuſſores ergo, qui præmiſſis auctoritatibus ab epiſcopali officio remouentur, non quilibet corporaliter flagellantes: ſed prætermiſſa manſuetudine ad verbera ſemper parati intelligendi ſunt: qui per flagella non vitia corrigere ſed timeri appetunt. quibus Petrus ſcribit: [*Neſitis dominantes in clero, ſed forma facti gregis ex animo.*] *Hinc etiam Gregorius ſcribit in moralibus, lib. 19 par. 4. c. 13.*

1. Pet. 5.

In c. 29. Iob. c. 16.

¶Manſuetudo, & diſtrictio ab inuicem non ſeparentur. Cap. XIIII.

SVnt namque nonnulli ita diſtricti, vt omnem etiam manſuetudinem benignitatis amittant: & ſunt nonnulla ita manſueti, vt perdant diſtricti iura regiminis. Vnde cunctis rectoribus vtraque ſummopere ſunt tenenda, vt nec in diſciplinę rigore benignitatem manſuetudinis, nec rurſum in manſuetudine diſtrictionem deſerant diſciplinæ, quatenus nec a compaſſione pietatis obdureſcant, cum contumaces corrigunt: nec diſciplinæ rigorẽ molliant, cum infirmorum animos conſolantur. Regat ergo diſciplinæ vigor manſuetudinem, & manſuetudo ornet rigorem: & ſic alterum commenderur ex altero, vt nec rigor ſit rigidus, nec manſuetudo diſſoluta.

Item homilia 34. in Euangel.

¶Vera iuſtitia miſeris compatitur, delinquentibus indignatur. Cap. XV.

† *iuſtitia*] orig.

VEra iuſtitia compaſſionem habet; falſa verò [2] † dedignationem: quamuis & iuſti ſoleant recte peccatoribus dedignari. Sed aliud eſt, quod agitur typo ſuperbiæ; aliud, quod zelo diſciplinæ. Dedignantur † etenim, ſed non dedignantes. *& poſt pauca.* ¶At contra hi, qui de falſa iuſtitia ſuperbire ſolent, cæteros quoſque deſpiciunt, nulla infirmantibus miſericordia condeſcendunt, & quo ſe peccatores eſſe non credunt, eo, deterius peccatores ſunt.

† *al. indignantur.*

Boni ſunt, non H. o. ij. commentarij.

Item Hieronymus ad c. 4. Threnorum.

Thren. 4:
Eſa. 52.

¶Peccantes manſuetudine prouocentur, non auſteritate abijciantur. Cap. XVI.

REcedite [b], inquiunt, polluti: recedite, abite; nolite nos tangere; nolite in aliquo nobis cõicare. Talis loquela non illuminat cæcum, non ſanat ægrotũ, non curat infirmum; ſed magis occidit, atq; in deſperationem periclitantem mittit. Boni etenim rectores ex ſua infirmitate [c] aliorũ infirmitates penſantes magis per humilitatem

ab epiſcopali officio repelluntur, qui verberant, non vt vitia corrigant, ſed vt magis timeantur: & qui prætermiſſa manſuetudine ſemper ſunt ad verbera parati, de quibus dicit Petrus, Ne ſitis dominantes, &c.

SVnt namque] CASVS. Quidam prælati intantum ſunt miſericordes, q̃ omnẽ rigorem iuſtitiæ negligebant. Alij erãt intantum rigidi, q̃ nullam miſericordiam, vel manſuetudinem habebãt, quos Greg. in hoc cap. reprehendit, dicens q̃ circa delinquentes, & iuſtitiã & miſericordiã ſeruare debẽt, ita q̃ rigor non ſit rigidus, neq; manſuetudo ſit diſſoluta.

VEra iuſtitia cõpaſſionẽ.] CASVS. In hoc ca. aſſignatur differẽtia inter veros iuſtos, & falſos hypocritas, qñ veri iuſti cõpaſſionem habẽt, & indignantur aduerſus delinquẽtes, eos corrigendo. Falſi vero iuſti deſpiciunt peccatores, & dedignãtur eos, & nulla miſericordia, vel compaſſione delinquentibus cõdeſcendũt, & inquantum ſe extollunt, intantũ deteriores fiunt.

a ¶Falſa vero.] Vnde falſa iuſtitia non eſt iuſtitia, & iudex ſi iuſtitia in eo non eſt, non eſt iudex, ſicut nec imitata miſericordia, mia, vt 23. q. 4. eſt imitata. ſicut falſus denarius 1, nõ eſt denarius: & falſus tutor non eſt tutor, vt ff. de ver. ſign. Paulus. Et nota, q̃ tacit hic differentiam inter indignari, & dedignari, vt idignatio ſpectet ad malos 2. & dedignatio ad bonos: & illud odium eſt bonũ, quo quis odit peccata, non homines, vt 86 diſt. odiũ & iuſtus iratcetur peccatis populorum, vt 7 q. 1. §. cum vero.

Iudex falſus non eſt iudex.

1 Sic dr falſa virtus. 23. qõ. 1. §. ex his. Indignari differunt.

2 Vnde dicas, q̃ dedignari proprie eſt cum ſuperbia iraſci, & corripere, & increpare, Im Hug.

REcedite.] CASVS. In principio huius c. ponit Hier. verba hypocritarum ſcripta i Hieremia, qb. vtunt hypocritę ejiciẽdo peccatores a ſua cõione, dicendo: Recedite, &c. Sed dicit Hier. q̃ talis loqla non ſanat, imo peccãtes in deſperõnẽ inducit. Bonus ãt paſtor cõpatit delinquẽti, & p humilitatẽ conat eũ ab errore reuocaꝛ, ſicut Paulus faciebat, q̃ dixit: Factus ſũ infirmus i firmis.

b ¶Recedite] Hæc ſunt verba illorum, qui habent falſam iuſtitiam: ſed hæc verba non de corporali, ſed de ſpirituali receſſu intelligenda ſunt, ut 23. q. 4. recedite.

Petrus ceciderit non ſine cauſa.

c ¶Infirmitate.] Ideo enim Dominus permiſit Petrum cadere

cadere, vt ex ſua infirmitate ſciret qualiter dẽret aliorum infirmitatibus compati, vt 50.d. conſiderandum.

a ¶ Leuamentum.] Debet enim prælatus ſingulos iuuare pro poſſe. vt q.1. Clemens.

Ed illud.] CASVS. Quidam ſacerdotes volebant videri benevoli inter ſuos ſubditos, & qa timebant ne homines male loquantur de ipſis, negligũt corrigere delinquẽtes, quos Hieronymus redarguit: & ꝙ debent eſſe vigiles, & corrigere peccatores, probat quatuor auctoritatibus. ſcilicet, Peccantem cotã omnibus, &c. Oſtendit etiã quãtum malum ex negligentia prælatorũ ſequatur, ſcilicet vno peccante vniuerſa plebs polluitur Quod probat duob. exemplis, ſcilicet Achor, & ouis morbidæ.

b ¶ Vno.] Scilicet Achor, qui furatus fuerat regulam auream de Hiericonti no anathemate, vt 1.q.4 §. item peccato ciuium.

c ¶ Vt cæteri.] Nota. ꝙ cũ quis delinquit publice, publice eſt arguendus, & nõ occulte 1, vt ſic cæteris metus incutiatur, & etiam ſcandalũ auferatur, vt 2.q 5. ſi mala. & q. 7. qa ꝓpter. & 23.q.4. ita plane. 28.q.2. puenit. & 11. q.3.c. vlt. & multis perſonis gratiantib. exẽplo op' eſt, vt d. de pẽ. autẽticã. §. vl. d ¶ Duobus] Ex hoc ea. videtur ꝙ illa auctoritas ſi peccauerit, intelligitur ẽt de manifeſto delicto. Quid iuris ſit, dixi 2. q. 1. ſi peccauerit.

c ¶ Morbida.] infra 1.q 1. fertur. 24.q.3. relecandæ.

f ¶ Hinc etiã alibi.] arg. ꝙ poſſumus vti iure aliquo, cuius nõ habemus auctorẽ, vt ſup. ea. reminem. & extra de frig. & malef. c. 1. de conſec. d. 3. ſanctu. arg. cõtra. ff de fal l. vlt. vbi dicitur, quod falſarius eſt qui allegat leges, quarum non habetur auctor. Ioann. Hoc ideo contingit in legibus; quia nulla ſine auctore certo inueniuntur B.

1 Pone, ꝙ aliquis peccauit publice & ſatisfacere vult in occulto, nũquid ſufficit? Non. Nã dicit canon vbi malum contingit, ibi moriatur 2 q.1. ſi peccauerit. Ad hoc pæn. d.1.§. hinc ergo. Archid.

Iure cuius non eſt auctor vtrum poſſim' vti.

Suam infirmitatis, & manſuetudinis leuamentum [a] ſtudent peccantes aberroris laqueo eruere, quam per auſteritatem in foueã perditionis nutantes propellere. Vnde Doctor gentium; [Factus ſum, inquit, infirmus infirmis.] 1.Cor.9.

Item ex Origene, homilia 7. in Ioſue.

¶ In populum ira Dei deſæuit, cum prædicator delinquentes palpat, non corripit. Cap. XVII.

Sed illud non otioſe tranſmittendum eſt, quòd vno [b] peccante ira Dei ſuper omnem populum venit: Hoc quando accidit? quando ſacerdotes qui populo præſunt, erga delinquentes benigni videri volunt, & verentes peccantium linguas, ne forte male de eis loquantur, ſacerdotalis ſe veritatis immemores nolunt complere quod ſcriptum eſt. [Peccantem coram omnibus argue, vt cæteri [c] timorem habeant. & iterum: [Auferte malum ex vobis ipſis.] nec zelo Dei ſuccenſi imitantur Apoſtolum dicentem: [Tradidi huiuſmodi hominem Satanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus fiat.] Neque illud Euangelij implere ſtudent, vt ſi viderint peccantem; primo ſecrete cõueniant: poſt etiam duobus [d], vel trib. adhibitis †; quòd ſi contempſerit, & poſt hæc eccleſiæ correctione non fuerit emendatus, de eccleſia expulſum velut gentilem habeant, ac publicanum: & dum vni parcunt, vniuerſæ eccleſiæ moliuntur interitum. Quæ iſta bonitas? quæ iſta miſericordia? vni parcere, & omnes in diſcrimen adducere? Polluitur enim ex vno peccatore populus. Sicut ex vna oue morbida [e] vniuerſus grex inficitur; ſic vno fornicante, vel aliud quodcunque ſcelus committente plebs vniuerſa polluitur. 1.Tim.5. 1.Cor.5. *Ibid.* *Matth.*18. † *al.arbitris.*

Hinc etiam alibi [f] dicitur [Rectorem ſubditis pietas matrem diſciplina verò patrem exhibeat.] 4¶ *Percuſſor quoque dicitur, qui ſermone inutili infirmorum conſcientiam vulnerat.* Greg.paſt.2.p. c.6.

Vnde Anacletus Papa epiſt.2. ad epiſcopos Italiæ.

¶ Qui ſermone incauto conſcientiam percutit infirmorum, percuſſor vocatur. Cap. XVIII.

Sane percuſſor ille dicitur Doctor, qui ſermone inutili conſcientiam percutit infirmorum. Ideo tenere vos, & omnes fideles oportet eum, qui ſecundum doctrinam eſt, fidelem ſermonem, vt potens ſit conſolari in doctrina ſancta †, & contradicentes redarguere; & recte viuentes, atque rectam fidem tuentes conſolidare. Ad Titum 1. †*al.ſana.*

DISTINCTIO XLVI.

Equi-

PERCVSSOR. Hæc eſt quarta pars diſt. in qua proſequitur de percuſſione ſpirituali, quia ſupra dixit de corporali. Arch.

CASVS. Hactenus expoſuit de percuſſore corporali: Nũc intendit tractare de ſpirituali, de illo ſcilicet qui inutili ſermone infirmorum animos vulnerat. Hoc probat, per

perſequens cap. cuius caſus facilis eſt, & per te videbis.

Equitur.] Hæc d. diuiditur in tres partes, in quarũ prima reprehendit ſuglos Doctores, Secun-

Secunda ibi. [Ecce quare.] Tertia ibi, [Non licet.] Io. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur 46. dist. in qua prosequitur decimum cap. Apostolicæ regulæ, s. oportet cp̄m esse non litigiosum. Nihil enim deterius est arrogantia prælatorū incompositorum: vnde rusticis comparantur, qui garrulitatem auctoritatem putant: & parati ad lites, tumide in subditos intonant: quod ex super bia prouenit. Et ad hoc inducit sequens cap.

a ¶ Sequitur.] In hac 46. dist. exequitur. cap. Apostolicæ regulæ, s. oportet cp̄m esse non litigiosum. talis autem duplici de cā prohibetur ordinari. Vna, quia cum talis sit arrogans, nescit humiliter docere: vnde subditi vilipendunt eius doctrinam 1. Item alia ratione: quia consueuerunt tales distemperati esse in moribus solent em̄ esse adulatores, proditores, & detractores, maledici, inuidi, scurriles, ad vlciscendas iniurias suas prompti: quæ secundum ordinem hic exequitur 2.

HOc habet, CASVS. In hoc cap. dicitur ꝙ duo genera sunt prælatorum. Nam alii sunt arrogantes: alii sunt humiles. Arrogantes sunt qui humiliter nesciunt proferre quod docent: qui quasi in quadam sublimitate residentes, quos docent tanquā in imo positos despiciunt: & vix dominā do eis loqui dignantur. Et hoc probat auctoritate prophetæ dicentis; Vos autem, &c. Humiles vero sunt qui tāto vehementius vitium elationis fugiūt, quā to ardentus verborum iaculis ipsum magistrum elationis idest, diabolum persequuntur.

b ¶ In verbis.] Ex verbis em̄ perpendimus alicui⁹ stultitiā vt 93. d. legim⁹. & extra de succes. ab inte. cū dilectus. & ex verbis perpenditur quā ta fides adhibeat̄ testib vt ff. de qōn. de minore. qñq; etiam per signa perpendit̄: quia impudicus oculus &c. vt 32 q 5 nec solo. & de pœn. dis. 1. in actione.

c ¶ Magistrum.] Id est diabolum.

d ¶ Insectatur.] Id est, persequitur.

ECCE, Hæc est secunda pars huius distin. in qua reprehēdit auaros adulteros maledicos, murmuratores seditionarios. & iniuriarū vltores. & hoc probat per octo auctoritates. Io. de Fan.

CASVS. Dictum est supra ꝙ litigiosi nō debent in episcopos ordinari. quia nesciunt humiliter docere Ponit Gratian⁹ alias causas: quia tales cōsueuerunt esse adulatores & detractores. & īter fratres discordias seminantes: q̄ oīa, sūt, damnabilia in p̄latis. Et ad hoc inducunt̄ sequentia capitula.

SVnt nonnulli.] CASVS. Quidam prælati cū deberent redarguere peccatores, laudabant illos in peccatis: quos Greg. in hoc cap. reprehendit. Primo auctoritate prophetæ dicētis: Væ qui consuunt, &c. quam auctoritatem Greg diligenter exponit. Secundo quadam similitudine, quæ incipit ibi, [Hinc rursus.] Tertio exemplo Iob, quod incipit ibi, [Sed sanctus vit.] Cuius verba, hic exponit Gregorius. Quæ autem sequuntur vsq. ad cap. sicut plana sunt, & per te formabis.

e ¶ Augent.] Non enim oportet laudando augere malitiam serui, vt ff. de ser. cor. l. 1. § persuadere in fi.

tur,[2], *[non litigiosum.] Nihil est enim impudentius arrogantia rusticorum, qui garrulitatem auctoritatem putāt & parati ad lites, in subiectos tumidi intonant: quod ex arrogantia, & superbia prouenire manifestum est.*

Vnde Gregorius scribit in moralibus, lib 23. par. 5. c. 12. ad cap. 33. Iob.

¶ Arrogantes nesciunt inferre humiliter quæ docent. Cap. I.

HOc habet proprium doctrina arrogantiū, vt humiliter nesciant inferre quod docent, & recta, quæ sapiunt, recte ministrare non possint. In verbis [b] enim eorū proditur; quod cum docent, quasi in quodam sibi videntur sublimitatis culmine residere: eosq. quos docent, vt longe infra se positos, veluti in imo respiciunt †; quibus non consulendo loqui, sed vix dominando dignantur. rectè autem his per prophetam Dominus dicit, [Vos autē cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia.] Cum austeritate enim, & potentia imperant, qui subditos suos non tranquille ratiocinando corrigere, sed aspere inflectere dominando festinant. At contra vera doctrina tanto vehementius hoc elationis vitium fugit per cogitationē †: quanto ardentius verborum suorum iaculis ipsum magistrum [c] elationis insequitur. Cauet enim, ne eum magis elatis moribus prædicet, quem in corde audientium sacris sermonibus insectatur [d].

† al. despiciunt.

Ezech. 34.

Ibid c. 13.

† al. cognitionem.

2 *Ecce quare litigiosi prohibentur in episcopos ordinari. Est & alia causa huius prohibitionis Litigiosi namque vel aulationibus animos principum sibi conciliant: vel fratribus suis detrahēdo, infamiæ notam ingerunt; vel inter fratres discordiam seminando, seditionem nunquam facere cessant: quę omnia in prælatis damnabilia esse probantur.*

Vnde Gregorius scribit in moralibus, lib. 18. par. 4. c. 3. ad cap. 27. Iob.

¶ De ijs, qui peccatoribus adulantur. Cap. II.

SVnt nonnulli, qui dum malefacta hominum laudibus efferunt; augent [e] quæ increpare debuerunt †, Hinc enim per prophetam dicitur, [Væ qui cōsuunt puluillos sub omni cubito manus; & faciunt ceruicalia sub capite

Ezech. 13.

† adde tex. in l. captatorias. ff. de hære. insti. gl. in l. 1. & ibi Cy. si quis alitesta. prohi.

Litigiosus duplici rōne ordinari nō debet.

1 Vt inf. ea. cap. 1.

2 Tertia qa cū ipse sit litigiosus, & ꝑ consequētiam prouocet alios ad discordiam, non posset ad concordiam reuocare: ꝙ tñ tenetur ex officio facere. 93. dist. c. 1. per totū, ſm Hect.

Stultitia per verba ac signa perpenditur.

uniuerſæ ætatis.] Ad hoc quippe puluillus ponitur, vt mollius quieſcatur. Quiſquis ergo male agentibus adulatur, puluillum ſub capite, vel cubito iacentis ponit, vt q corripi ex culpa debuerat, in ea fultus laudibus, molliter quieſcat. ¶ Hinc rurſum ſcriptum eſt: [Ipſe ædificabat parietem, illi autem liniebant eum.] Parietis quippe nomine, peccati diuritia deſignatur. ædificare ergo parietem, eſt contra ſe quæ piam obſtacula peccati conſtruere. Sed parietem liniunt, qui peccata perpetrantibus adulantur, vt quod illi peruerſè agentes ædificant; ipſi adulantes quaſi nitidum reddant. ¶ Sed ſanctus [a] vir ſicut mala de bonis non æſtimat [b], ita iudicare bona de malis reculat, dicens; [Abſit à me, vt iuſtos vos iudicem: donec deficiam, non recedam ab innocentia mea.] *Ibidem.* *Iob 27.*

Hinc etiam in concilio Carthaginienſi 4. c. 56. legitur.

¶ Adulator, vel proditor clericus ab officio degradetur.

Cap. III.

CLericus, qui adulationibus [c], & proditionibus [d] vacare deprehenditur, ab officio degradetur. Burc. l. 2. c. 76. Iuo p. 6. c. 167. Pann. l. 3. c. 171.

Item ex eodem concilio, c. 55.

¶ Excommunicentur ab epiſcopo qui fratribus non probanda obiiciunt. Cap. IIII.

ACcuſatores [e] fratrum epiſcopus excommunicet, qui non probanda fratribus obijciunt. [a] Et ſi emendauerint vitium, recipiat eos ad communionem, non ad clerum [f].

[a] ¶ Qui non probanda fratribus obijciunt.] *Verba iſta neque in originali, neque in multis Gratiani antiquis codicibus habentur.*

Item ex eodem concilio, c. 57.

¶ Remoueatur ab officio clericus maledicus, ſcurra, fratrum profectibus inuidens non promoueantur.

Cap. V.

¶ *Rubrica hæc pertinet ſimul ad hoc caput, & duo ſequentia.*

CLericus maledicus (maximè in ſacerdotibus) cogatur [g] ad poſtulandam veniam: ſi noluerit, degradetur nec vnquam ad officium admittatur; ſatisfactione reuocetur. [h] Burc. l. 10. c. 66. Iuo p. 11. c. 11. & p. 13. c. 66.

Item ex eodem concilio, c. 60.

¶ De eodem. Cap. VI.

CLericum ſcurrilem, & verbis turpibus ioculatorem ab officio retrahendum cenſemus. Anſ. l. 7. c. 163. Burc. l. 2. c. 172. Iuo p. 6. c. 263. & p. 11. c. 79. Pann. l. 2. c. 172.

Item ex eodem, c. 54.

¶ De eodem. Cap. VII.

CLericus inuidens fratrum profectibus, donec in vitio eſt non promoueatur. Burch. l. 2. c. 16. Iuo p. 6. c. 33.

Item ex eodem, c. 67.

¶ Non ſunt ordinandi, qui ſeditionibus vacant.

Cap. VIII.

SEditionarios ſtatuimus nunquam ordinãdos [i] clericos ſicut nec vſurarios [k], nec iniuriarum, [l] ſuarum vltores. Agat. conc. c. 69. Burc. l. 2. c. 17. Iuo par. 6. c. 36.

Item ex concilio Laodicenſi, c. 5.

¶ Vſuras exigere clericis minimè licet. Cap. IX.

NOn licèt fœnerari miniſtris altaris, vel in ſacerdotali

a ¶ Sed ſanctus] Scilicet Iob: cuius verba Gre. hic exponit.

b ¶ Non æſtimat.] quia dubia in meliorem partẽ interpretantur, vt extra de regulis iuris, eſtote.

c CLericus.] ¶ Qui adulationib.] triplex eſt adulatio, vt dixi 25. d. §. aliàs.

d ¶ Proditionibus.] Proditor dr̃ q pp timorem nõ defendit veritatem & qui tacet cã, vt 11. q. 1. nolite 1. Item qui crimẽ alterius ſibi ſoli notum manifeſtat 2. vt 2 q. 1. ſi peccauerit. Item qui malitio sẽ circumuenit aliũ, & callide ſeducit, vt in periculum ſalutis trahat. 16. q 1. ſi cupis. Itẽ qui rẽ ſibi cõmiſſam exponit hoſtibus 22. q. 5. de forma. Itẽ qui iuſſa veritatis contẽnit. 11. q. 3. abſit. Item qui ſecretum ſibi comiſſum reuelat. 13. diſt. nerui.

Proditor multipliciter dicitur. 1 Et vbi de hoc. 2 Item prodit qui non probanda defert. 2. q. 7. § de his. in prin. Item qui ſecreta ſibi cõmiſſa reuelat. de pœ. diſt. 6. ſacerdos. Archid.

e ACcuſatores.] Ideſt, detractores.

f ¶ Non ad clerum.] Optimũ eſt hic arg. pro illi. qui dicit, q q ſemel fuit excõmunicatus, amodo non admittatur ad actus legitimos 3. vt dicã 4. q. 1. in princi.

g CLericus] ¶ Cogatur.] Per excommunicationẽ vt 9. q. 1. illi qui & 22. q. 1. prædicandum.

3 Hoc cap. nil vt facere ad hoc, quin non refert ſe ad excommunicationem; quę eſt pœna medicinalis: ſed ad vitium quod eſt crimen. Archi.

h ¶ Reuocetur.] Argu. q epiſcopus poſſit depoſitũ reſtituere. de hoc dixi infra q. 6 ideo. vel dic degradet: ideſt, ſuſpendatur, & reuocetur per Papam.

i SEditionarios] ¶ Ordinandos] Et ordinatos deijciẽdos.

K ¶ Vſurarios.] Quia tales propter auaritiam pro minimo litigant.

l ¶ Nec iniuriarũ.] De hoc dixi ſu. diſt. proxi. & q emẽdat.

NOn licet.] Hæc eſt tertia pars huius diſt in qua rñdet & prohibet vſuras præcipue clericis prohi-

prohibet dico per duas auctoritate. Ioan. de Fan.

Sescuplum 1 Vide Bud. in lib. de asse & partib. eius, in prin.

a ¶Sescupla.] Hic ponitur sescuplum sesquialtero, quod continent totum, & eius medietatem. Sescuplum, r, fm quod per s, scribitur, dicitura sesqui, quod est totum, & plica: vnde sescupla vsura dicitur cum datur summa ali-

† *al sesquipla.*

ordine constitutis, vel vsuras, vel lucra, quæ sescupla † a dicuntur, accipere.

Item Leo Papa episcopis per Campaniam, epis. 1. c. 4.

¶Nec suo nomine, nec alieno clericus fœnerator existat. Cap. X.

Sicut non suo b, ita nec alieno nomine aliquis clerico rum exercere fœnus attentet. Indecens est enim, crimen suum commodis c alienis impendere: Fœnus autem hoc solum aspicere † & exercere debemus, vt quod hic misericorditer tribuimus, ab eo Domino, qui multipliciter, & in perpetuum mansura tribuit, recipere valeamus.

Ans. l. 7. c. 150. Burc. l. 2. c. 121. Iuo p. 6. c. 66.

† *al. accipere.*

DISTINCTIO XLVII.

1 pars

Quod autem in fine huius capituli, vsurarij ordinari prohibentur; inde est, quod vsuram exercentes cupiditati deservire probantur: cupidi autem ab Apostolo ordinari prohibentur: quia tales facile a iusto deuiarent.

1. Tim. 3.

Vnde in canonibus Apostolorum, c. 44. legitur.

¶Diaconus, presbyter, & episcopus exigens vsuras nisi desierit, deponatur. Cap. I.

Burc. l. 2. c. 119. Iuo p. 6. c. 195. & p. 13. c. 15.

Episcopus, aut presbyter, aut diaconus vsuras a debitoribus exigens f, aut desinat, aut certe deponatur.

Item ex concilio Nicæno, c. 17.

¶Vsuras exigens siue clericus, siue subiectus regulæ, deijciatur. Cap. II.

Quoniã multi sub regula cõstituti auaritia, & turpia lucra sectantur, oblitiq; diuinæ scripturæ dicẽtis: [Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram.] mutuum dantes, centesimas g exigunt, iustè censuit sancta, & magna synodus, vt si quis inuentus fuerit post hanc definitionem vsuras accipiens, [aut † ex adinuentione ali-

vsuræ. Io. Vnde si aliquis tutor à me recipit vsuras nomine pupilli: finito officio possum petere vsuras a tutore: quia pro alio peccare non debuit, vt dicitur hic: secus in alijs contractibus: quia finito officio non conuenitur tutor, vel curator, vt C. de admi. tut. si nõ subscripsisti. & C. qñ tuto. vel curato. esse desi. 3. l. 1. licet secus sit in procuratore 4, vt ff. de procu. procurator qui pro euictione, quia tutor fit ex necessitate, procurator voluntate. ff. de procura. l. 1. Bar.

c ¶Cõmodis.] Quia periculosa est talis compẽsatio. 14. dist. quod ait.

Quod autem] Hęc d. diuidit in quatuor partes. In quarum prima principaliter prohibet vsuras: & hoc facit per quinq. auctoritates. Secunda ibi, [Vinũ.] Tertia ibi, [Necesse ẽ.] Quarta ibi, [Qñ tunc] Ioan. de Fan. CASVS. Dictum est sup. in illo c. seditionarios. quod vsurarij prohibentur ordinari. In hac verò d. 47. dicit, qp ideo hoc cõtingit, quia tales cupiditati deseruiũt. cupidi aũt ab Apostolo ordinari prohibentur: quia cito & facile a iustitia deuiãt. & prosequitur 11. ca. Apostolicæ regulę, scilicet, oportet ẽim nõ esse cupidũ sequens c patet. d ¶Quod aũt.] Hic prosequitur 11 cap. Apostolicæ regulæ, non cupidum, continuatur illi c. seditionarios. & ideo prohibetur cupidus, qa facile a vero deuiat.

3 Alias. qñ mi. ex facto tuto. l. 1.

4 Adde Paulum de Castro, & Alexandrum de Imola in l. si quis iniquum. §. si procurator. ff. qđ quisque iur. glo. tamen. in l. si sciente, ff. de pari. vi detur tenere contrarium, qnam sequitur ibi Bart. & Ange. per l. ordinem. §. in fraudẽ. ff. ad muni. Idem etiam tenet Bar. in l. 1 §. incidit. in fin. ff. ad Turpil. & Francisc. Tigri. in d. §. in fraudem facit text. in l. 1. C. vt nemo ad suum pa. lib. 11. & ibi Ange.

2 Vt senarius ad quaternarium est sesquiplex: ergo si quis dat mutuo 4. solidos. & postea pro vsura suscipiat 6. illa vsura est sescupla, quasi sesquiplicata sesqui qđ est totum, & plica, quasi aliquid totũ, i. medietas. & scribitur per s, nõ per x. secundum Hug. Tutor pupilli nomine non dẽt vsuras exigere.

inf. 14. q. 4. c. 8. ex alia versione. Poly. l. 4. tit. 31. Rab. l. pen. c. 32. Burc. l. 2. c. 129. Ans. l. 7. c. 153. Iuo p. 6. c. 166. & par. 13. c. 8. *Psal 14.*

† redundatista particula.

aliqua, & recipitur summa illa cum sua plica, idest, medietate 2 Sexcuplum scriptum per x. dicitur quælibet res sexies multiplicata.

Sicut non.] CASVS. Quidam quæsierunt a domino Papa vtrum liceret alicui cletico tutorio, vel curatorio nomine vsuras exercere. Et rñdet, qp sicut non suo, ita nec alieno nomine debet quis facere vsuras. Incongruum enim est pro aliorum commodis perpetrare delicta. Sed illam solam vsuram facere debemus, vt quod in hoc sæculo misericorditer operantur, a Domino in futuro sæculo multiplicatum recipere valeamus.

b ¶Non suo] Arg qđ quis non potest facere suo nomine, nec alieno, vt 23. q 8 his a qb. & ff. de admi. re. ad ci. per l. 2. in princ Arg. contra 88. d. eps. & 2. q 6. si eps. 5. q 3 cap. vlt. ff. quæ res pi. obli. pos. Arist Et est hic argu. qp si aliquis quasi procurator, vel tutor qñq; recipit vsuras, quod non possit petere, vt sibi reddantur

e ¶Prohibentur.] Scilicet in epistola ad Timotheum.

f Episcopus.] ¶Exigens [Sed non suscipiens. tunc enim deponeretur, vt inf ea si quis. cõtra vbi de accipiente dr. vel exigens cum effectu 5, Vel illud pro tempore datum est, & nõ habet locũ hodie, sed habuit locũ tpe Apostolorũ propter nouitatem ecclesiæ. Et habes hic, qp nõ quodlibet mortale peccatum deijcit iam promotum, vt 35. dist. c. 1 & 5. q 4. in loco.

Quoniam multi. CASVS. Quidam clerici obliti diuinæ scripturæ dicentis, Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram. vsuras centesimas faciebãt, quę in fine anni fortũ æquiparantur. Ideoque synodus statuit. vt si quis inuentus fuerit vsuras, vel hemiolia de catero exercere, vel aliquam machinationem circa hoc facere, deponatur.

g ¶Centesimas] Centesima dicitur vsura, quæ sorti æquiparatur in anno. 6.

5 Ista sententia & præcedens fuit Gott. & Hu. fm illã expositionem die exigens. i. exactum recipiens. Peccatũ mortale nõ semper deijcit promotum.

6 Immo incẽtum mensibus.

qua,vel quolibet modo negotium trāſigens [a],aut hemiolia,ideſt,ſeſcupla α † exigens;vel aliquid tale prorſus excogitans [b] turpis lucri gratia, deijciatur a clero, & alienus exiſtat a regula. † *al ſeſquipla.*

α Seſcupla †] *Hoc ſeſqui alterarũ vſurarum genus, quamuis graniſſimum,in frugibus humidis, vel arentib. Conſtantinus lege permiſerat,quæ nunc extat ex codice Theodoſiano, lib.2.titu. vlt.de vſuris l.1. Eodem pertinet,quod ſcribit B.Hieronymus in commentarijs in Ezechielem,lib.6.c.18.his verbis.* Solent in agris frumenti & milij, vini,& olei cæterarumque ſpecierum vſuræ exigi, ſiue, vt appellat ſermo diuinus, ſuperabundantiæ : verbi gratia, vt hiemis tempore demus decem modios,& in meſſe recipiamus quindecim,hoc eſt,amplius partem mediam. *Quamobrem hoc canone, quo Patres illi omnes pecuniarias vſuras clerici interdicunt, volucrunt etiam ſeſcuplam frugum expreſſe ijſdem interdicere. Poſtea verò in alijs concilijs,& a Romanis Pontificibus, genus omne vſurarum tanquam iuri naturali,ac diuino cõtrarium tam clericis,quam laicis fuit interdictum: quemadmodum apparet in Decretalibus titu.de vſur.* † *al.ſequipla.*

Hinc etiam Gregorius in 19. lib. Moralium,c.25.in 26.c.Iob ſcribit dicens.

¶Temporalibus lucris deſeruientes, Deo nequaquam militare probantur. Cap. III.

OMnes huius ſęculi dilectores in terrenis reb. fortes ſunt,in cęleſtibus debiles.Nam pro temporali gloria vſque ad mortem deſudare appetunt, & pro ſpe perpetua,ne parum quidem in labore ſubſiſtunt:pro terrenis lucris quaslibet iniurias tolerant , & pro cœleſti mercede, vel tenuiſſimi verbi ferre cõtumelias recuſant: terreni iudici toto etiam die aſſiſtere fortes ſunt : in oratione verò coram Domino,vel vnius horæ momento laſſantur : ſæpe nuditatem, deiectionem,famem pro acquirendis,diuitijs atque honoribus tolerant: & earum rerũ ſe abſtinentia cruciant , ad quas adipiſcendas feſtinant; ſuperna autem laborioſe quærere tanto magis diſſimulant,quanto ea retribui tardius putant. ¶Hi itaque quaſi aliarum arborum more deorſum vaſti ſunt,ſurſum anguſti: quia fortes in inferiora ſubſiſtunt , ſed ad ſuperiora deficiunt. At contra ex qualitate palmarum [c] deſignatur proficiens vita iuſtorum,qui nequaquam ſunt in terrenis ſtudijs fortes,& in cœleſtibus debiles; ſed longius,atque diſtantius ſtudioſos ſe Deo exhibent,quam ſæculo fuiſſe meminerunt . ¶Nam cum quibuſdam per prædicatorem noſtrum dicitur: [Humanum dico propter infirmitatem carnis veſtræ.Sicut enim exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ,& iniquitati ad iniquitatem;ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationẽ:] eorum proculdubio infirmitati condeſcenditur, ac ſi eis apertius diceretur;ſi nequaquam amplius [d] poteſtis, ſaltem tales [e] eſtote in fructu bonorum operum , quales fuiſtis dudum in actione vitiorum, ne debiliores *Rom.6.*

a ¶Tranſigens.] Ideſt , quodcunque nouum pactum, vel contractum inueniens in fraudem vſurarum , vt ſi ſumat rẽ in pignore,& nõ cõputat fructus in ſortẽ.c.1. & 2.extra de vſuris, ADDITIO . Vel dic tranſigens,ideſt, turpia lucra p negotiũ tranſactionis petẽs, ideſt , vel transformans , vt qa vendit granum cẽtum ſolidos, ſecũdum Goff.

b ¶Excogitãs.] Arg. ꝙ ſola cogitatio punitur 1,vt 6.q.1.§.ſi qs cum. qđ verũ eſt quo ad Deũ,etſi nõ procedit ad actũ. vt 27.q.1. nec aliqua.

1 Adde an & ąñ ſola cogitatio punitur no. in c. 1. in glo. in verb. nos tñ ſtudioſam de eo qui mi. in poſſ.

OMnes.] CASVS. Cap.iſtud diuiditur in tres partes. In prima parte inne hitur Greg.cõtra cupidos, q in terrenis ſunt fortes,& in cę leſtibus debiles.qñ circa terrena ſunt ardentius inſudantes, ſed pro vita æterna vix p momentũ laborant.In ſcda parte.q incipit ibi.] Hi itaq;] dicitur,ꝙ cupidi & mundanorũ amatores aſſimilantur arboribus.quibuſdam, q deorſum vaſtæ ſunt,& ſurſum tenues.Nã hi tales circa terrena ſunt fortes,& in ſuperioribus deficiunt.Boni verò palmę comparant.q deorſum eſt tenuis, & ſurſus ampla.Nã hi tales in cęleſtib. magni ſunt,in terrenis debiles.In tertia parte quæ incipit ibi, [Nam cum quibuſdã.] Hortat nos Greg.ꝙ ſaltẽ ita ſimus fortes circa bonũ, ſicut fuimus circa vitia corpori ſeruiẽdo

c ¶Palmarũ.] Secundum illud: Iuſtus vt palma florebit.

d ¶Amplius.] Tantum faciatis boni, quãtũ feciſtis mali, non intelligas ꝙ tã diu debeat pœnitere,quamdiu fuit malus,quia tãta poſſet eſſe contritio,ꝙ momentanea pœnitentia ſufficeret.de conſec.diſtin.4.baptiſmi.

Peccator an tumdiu debeat pœnitere, quamdiu fuit malus.

e ¶Tales. Videtur hic ꝙ aliquis poſſit tantum creſcere in malitia,quantum in bonitate . quod non eſt verum , quia charitas poteſt in infinitum extendi. iuxta illud , Bonum mihi lex oris tui ſuper millia, &c. ſed malitia non,quia aliquis non poteſt

vos habeat sancta libertas aeris [a] α, quos in carne validos habuit vsus terrenæ voluptatis.

α Aeris.] *Apud B. Gregorium legitur*, sancta libertas hæredes: *vel*, sancta libertas charitatis. quam in carne. *In vno autem exemplari Gratiani Vaticanos*, cœlestis conuersationis: *quod in glossa ad explanandam dictionem*, aeris, *affertur*.

Item Gregorius clero, & ciuibus Neapolitanis, lib. 8. epist. 40.

¶ Ad sacros ordines vsurarij promoueri non debent. Cap. IIII.

Ansel. l. 6. c. 9. Poly 2. tit. 1.

DE Petro [h] insuper ad nos peruenisse [c] cognoscite, quòd solidos dedit ad vsuram, quod vos oportet cũ omni subtilitate [d] perquirere, & si ita constiterit, alium eligite, & ab huius vos persona sine mora suspendite. Nam nos amatoribus vsurarum nulla ratione manus imponimus. Si uero subtili habita inquisitione hoc falsum esse patuerit (quia persona eius nobis ignota [e] est, & vtrũ ita sit de simplicitate eius, quod ad nos perlatũ est ignoramus) cum decreto [f] à vobis facto ad nos eum venire necesse est; vt vitam moresque illius solicitius inquirentes, sensum quoque pariter agnoscamus, vt si huic iudicio aptus extiterit, vestra in eo (adiuuante Domino) desideria compleamus.

Iuo p. 13. ca. 18. Pãn. l. 3. c. 156.

Item ex concil. Eliberitano, c. 20.

¶ Degradetur clericus, qui vsuras accipere detegitur. Cap. V.

SI quis clericorum detectus fuerit vsuras accipere; placuit degradari [g], & abstinere [h].

Ans. 7. cap. 149.

Item Leo Anatolio episcopo Constantinopolitano epi. 51

¶ Nec implicari errore, nec cupiditate violari sacerdotem oportet. Cap. VI.

Eccle. 18. †al peccunia.

2 VIrum catholicum, & præcipuè Domini sacerdotẽ, sicut nullo errore implica[illegible] ita nulla oportet cupiditate violari, dicente sancta scriptura, [Post concupiscentias tuas non eas.] Mens [i] enim potentiæ [k] auida nec abstinere nouit à vetitis, nec gaudere cõcessis, nec α pietati adhibere consensum.

α Nec pietati.] *Hoc postremum orationis membrum abest ab originali: sed habetur etiam apud Anselmum.*

Item Gregorius, lib. 7. epist. 110.

* *In eo. c. idem iudicium sit de veroque.*

r Quæ ideo dr̃ aer, quia in ea sæpe boni pẽna contẽplationis eriguntur ad sublimia sicut auis in aere. 23. q. 4. cum in lege, Archid.

potest esse summè malus, et de pœn. distin. 2. c. si sermo. §. econtrario *.

a ¶ Aeris. Id est, cœlestis conuersationis 1.

DE Petro.] CASVS. Petro quem Neapolitani elegerunt in archiepiscopum, de quo confirmando suppli-

ritas inquiratur, quo inuento recedant ab eius electione, & alium eligant. Si aũt hoc falsum fuerit quia persona eius sibi nota non erat, & vtrum sit ita simplex, vt dicitur; pręcipit vt de cætero Ron. ã ueniat, ubi si aptus inuentus fuerit iuuante Dño consecrabitur. Sed. c patet.

b ¶ De Petro] De eodem Petro habes 39. dist. Petrus. & 61. dis. studij. De hac materia notaui sup. 28. distin. priusquam.

c ¶ Peruenisse.] Iste repulsus erat ꝓpter duo, s ꝑꝑ vitiũ vsurarum, & ꝑꝑ simplicitatẽ, & tñ neutrũ fuit ei forte oppositũ. & ita est argũ. ꝙ iudex ex officio suo potest aliqd obijcere. extra de electio. cum nobis.

Iudex ex officio potest aliquid obijcere.

d ¶ Subtilitate.] no. ꝙ alicui cõmittitur inquisitio de ꝓprio facto: sed hæc inquisitio erit summaria, non plena, alias non comitteretur.

e ¶ Ignota.] Per hoc patet, ꝙ q est notus, non examinatur, vt 94 dist valde 35. q. 9 veniam. vnde & notus sine probatione recipitur vt extra de regu Ad Apostolicã. sed dum consecratur, bene examinetur, vt 23 distinc. qui episcopus.

Notus non examinatur

f ¶ Cum decreto.] omnium subscriptionibus roborato, vt 61. dist. episcopus. & 63. dist quanto 2.

g SI quis clericorum. ¶ Degradari. inf. 14 q 4 qm̃.

h ¶ Et abstinere a sacramentis quousq; pœnitet.

a Extra de elect. innotuit. vbi de hoc.

VIrũ catholicũ] Hæc est secũda pars huius distin. in qua probat ꝑ tres auctoritates, ꝙ alias ẽt nõ debemus esse cupidi. Io. de Fan.

CASVS. Leo Papa hortatur clericos, & pręcipuè sacerdotes ne allegẽtur vitio cupiditatis, dicẽte scriptura Post concupiscentias tuas nõ eas. Nam mens potentię auida, nec abstinere nouit a vetitis, nec vti concessis, nec pietatem habet. Sequẽs c patet.

Cupidus deuiat à veritate,

supplicauerunt Papæ, duo obijciebantur, scilicet quod solidos dederat ad vsuras, & quod nimis erat simplex. De usura scribit Gregorius Neapolitanis, ut de hoc ve

i ¶ Mens.] Alligata vitio cupiditatis cito deuiat a uero 96. dist bene in prin. & 85. dist. nihil.

K ¶ Potentiæ.] Id est humanæ dignitatis.

Digitized by Google

1 Si ludus noxius, id est, nocens est, imputatur. ff. ad l. Aquil. nam ludus. nam omne male ficium præsumitur actũ. hęc tamen præsumptio ex variis circũstãtiis colligitur 22. q. 2 qd ait, &c. ne quis, & de conse. di stin. 4 solet. ff. de acti. & oblig. l. 3. §. verborũ. ff. de iniu. illud §. post. 25. q. 1. illud extra de sẽ. excom c. 1. secundum Goff qui ita no. extra de præsump. c. 1. Archid.

d ¶Adnotatione.) ideſt, lege.

QVantum.) CASVS. Cum Placidus traheret caballos de stabulo, vxor sua inter caballos fortuito casu collisa est: & fecit abortum confractа: & ideo iudex eum punire volebat tanquam homicidam. Consultus Papa super hoc respondet, quod super hoc puniri non debet secundum leges postquam voluntas eius pernicioſa non fuit: sed de furto potest puniri, si alienos caballos furatus est. Potest tñ legi totum illud capitulũ de vxore Placidi, quę dum traheret caballos, collisa est forcuito casu, & fecit abortũ, qua dicit Papa nõ esse puniendã de abortu, nõ sua spõte facto: sed de furto si fecit, pt puniri. Et ita dupliciter H. & Bũ. posuerunt casũ,

e ¶Quantum.) ideſt, ſicut.

f ¶Alienos.) Si vis dicere ꝙ iste furabatur caballos, & ducendo eos collisit mulierem: tunc quod dicit in fine non puniri per leges, verum est. 1. Cornelia de sicar. in qua venit dolus, non latz culpa. ff. de sica, in lege. tamẽ de

Culpa latã in l. Cornelia,

de culpa bene punitur, vt supra eadem causa. studeat.

g ¶Culpabilis.) Et sic patet, quòd licet aliquis de furto teneatur, non tamen tenetur de ijs quæ sequuntur ex furto. sic 15. quæst. 1 sane: suprá. 5. dist. ad eius. ff. de furtis, verum: extra de sponsa. veniens. Argum. contra. supra ead. clericum.

h ¶Non agnoscitur.) Quando eam præmonuit H.

Hinc, & Gelasius † Papa.

† al. Pelagius.

¶De eodem. C. XLVIII.

¶ al. Placidius.

QVantum e dicit iste Placidus †, anno præterito dictum est de vxore illius; quia subito inter caballos inuenta est, & dum traherentur caballi, collisa est illa, & abortum fecit. ¶ Quod si ita est; forte si caballos alienos f tulerit, inde est culpabilis g. Nam de muliere, quæ casu inter caballos confracta est, vbi voluntas illius non agnoscitur h pernicioſa fuisse, non potest, nec debet addici per leges.

Item Nicolaus Papa.

¶De eodem. C. XLIX.

HI, qui arbores incidere videntur, si contigerit, vt cadens arbor occiderit hominem, inculpabiles i sunt,

HI, qui.) CASVS. Quidam arbores incidebant, eis cadentibus quidam homines sunt oppressi ab eis. Quærebatur an essent homicidæ, qui arbores incidebant. Et respondetur; si non est factum eorum voluntate, & debitam cautelam adhibuerũt, inculpabiles sunt. Si vero eorum culpa vel negligentia mortui sunt, deponendi sunt, & non suscipiendi de cætero. Idem est casus sequentis cap. Casus illius c. si duo facilis est, & per te formabis.

i ¶Inculpabiles.) Si fecerunt in priuato loco, tũc. n. nõ potue-

Digitized by Google

pōtuerūt diuinare, vt ff. ad le. Aquil. si putator. & extra vt eccl. benefi. vt nostrum. Si in publico, debuerunt clamare, caue, vt infra eod. si duo.

a Saepe contingit.) ¶ Vel negligentia.) Arg. q. q. occasionem damni dat, &c. 1. sic 86. dist. pasce. 16. q. d. c. cimæ. & ext. de homic. presbiterorū 27. q. 2. si tu & 31. q. 2. de neptis. & 1. q. 1. placuit 3. B. argu. corra. 15. q. 1. inebrianerunt. & ff. de ser. corru. Neratius. § si seruo. ff. d. furtis verum de eo qui fregit ostium mercatricis sed non ideo punitur amplius, quia satis est punitus propter ignorantiam.

b ¶ Insperatus.) Fortuiti enim casus nullo hominum cōsilio prēuideri possunt. ff. de admi. rer. ad ciui. perti. l. 2. C. de pign. act. 1. quæ fortuitis.

c Si duo.) ff. ad legem Aquiliam si putator.

PRAEMISSIS. CASVS. supra in illo c. de his clericis, qui in subdiaconis, & in capitulo illo clerico dictū est q̄ clericis lapsis permittitur in suis ordinibus ministrare, ad maiores vero ascendere nō possunt. Idē dicitur in hoc c. §. q̄ hoc probat per sequens cap. Sed postea exemplo beati Petri probat, quod lapsi post pęnitētiā ad maiora possunt promoueri.

d ¶ Præmissis.) Sup. ea. de his clericis.

e ¶ Permittitur.) Allegādo dicit propter sequen. cap. Ioan.

HI, q.) CASVS. Quidam clerici in sacris ordinibus constituti fornicati sunt; quæsitum fuit, vtrū ad sua officia redire possint, & ad maiora promoueri. Et respondet concilium: si digne pœnituerint, in potestate sit episcopi vel ueraciter afflictis nō diu suspēdere vel desidiosos prolixiori tpe ab ecclesiæ corpore segregare: ita tñ, vt sua loca retineāt, & ad altiora non promoueantur. qui si iterum ipsi lapsi fuerint, omni dignitate carebūt nec habebunt nisi in fine communionem.

f Hi qui.) Hoc cap. habes. 15. q. vl. hi q.

a Sæ-

atque innoxij; quia nec voluntate eorum, nec desiderio, homicidium perpetratum est. Si vero aliqua culpa eorū, vel neglectu moriētis hominis interitus cognoscitur aduenisse, abijciendi sunt a gradu, & in sacro ordine, nullatenus suscipiendi.

Item ex concilio Vormaciensi, c. 29.

¶ De eodem. C. L.

Burc. l. 6. c. 21. Iuo p. 10. c. 150.

SAepe contingit, dum quis operi necessario insistēs arborem incidit, vt aliquis subtus ipsam veniens deprimatur: Et idcirco, si voluntate, vel negligentia a incidentis arborem factum est; vt homicida pęnitētiæ debet omnino submitti. Quod si non voto, non incuria illius, non denique scientia contingit; sed dum ille operi necessario fortassis incumberet, iste insperatus b occurrēs sub arbore improuisus deuenit, & sub ipsa oppressus est, incisor arboris non tenetur pro homicida.

Item ex concilio Triburiensi, c. 36. [Sed ibi copiosius.]

Burch. l. 6. c. 22. Iuo p. 10. c. 151.

¶ De eodem. C. LI.

SI duo c fratres in silua arbores succiderint, & appropinquante casura ipsius arboris frater dixerit fratri caue, & ile fugiēs in pressuram arboris inciderit, & mortuus fuerit, uiuens frater innocens de sanguine germani dijudicetur.

Præmissis d auctoritatibus, lapsis permittitur e, vt post pœnitentiam in suis ordinibus reparari valeant: ad maiorē autē cōscendere post lapsum nulla eis auctoritate permittitur, immo penitus prohibetur.

Vnde in Ilerdensi concilio, c. 5. legitur.

¶ Lapsi in suis ordinibus reparari possunt, sed non ad maiora conscendere. C. LII.

15. q. 8. c. hi qui. Rabanus pęn. c. 1. Burc. l. 19. c. 74. Iuo p. 15. c. 87.

HI, qui faltario Dei deseruiūt, si subito in flenda carnis fragilitate corruerint, & Domino respiciente, digne pęnituerint, ita vt mortificato corpore, cordis cōtriti sacrificiū Deo offerāt; maneat in potestate pōtificis, vel veraciter afflictos non diu suspendere, vel desidiosos prolixiore tempore ab ecclesiæ corpore segregare: ita tamen, vt sic officiorum suorum loca recipiant, ne possint ad altiora officia vlterius promoueri. ¶ Quod si iterato α velut canes ad vomitum reuersi fuerint, & veluti sues in volutabris luti iacuerit β, non solum dignitate officij careant, sed etiam sanctam communionem, nisi in exitu, nō percipiant.

α ¶ Quod si iterato.] *Hinc vsque ad finem absunt à codicibus illis Gratiani, à quibus palea abesse solent. In alio hic præpositum est nomen palea.*

β ¶ Et veluti sues in volutabris luti iacuerint. [*Hæc non leguntur in antiquis editionibus conciliorum, Coloniensi, ac Parisiensi, duobus codicibus Vaticanis, Lucensi Regio, neque infra 15. q. 8. c. Hi qui. Sunt autem apud Iuonem & in editione Colon. 4. volum.*

1 Sub. damnum dedisse videtur. imo plus qūque peccat, vt patet in eo qd legit & no. 23. q. 5. cum homo Ioan. de Fan. Ignominiatis punit. Casus fortuiti non possunt præuideri.

Digitized by Google

SED EXEMPLO. CASVS. Dictum eſt ſupra, quod lapſi poſt pœnitentiam non poſſunt ad altiora cõſcendere. Modo dicit Gratianus contrarium: ſcilicet q lapſi non ſolum reſtitui poſſunt ad antiquum ſtatum, ſed etiam ad altiora promoueri: quod probat exemplo beati Petri, q poſt trinã negationem non ſolum permanſit apoſtolus ſed etiam factus eſt paſtor totius eccleſiæ; quod probatur duobus ſequen cap.

ITEM OBIICITVR. Hæc eſt ſexta pars huius diſt. in qua loquitur de pœnitentibus cum ſolennitate, & de Bigamis: & miſſim ponit xliij. auctoritates. Ioan. de Fan.

CASVS. Adhuc obiicit Gratianus, quod lapſi non poſſunt

Sed exẽplo beati Petri, (qui poſtquã trinæ negationis maculas conceſſione diluit amoris; nõ ſolũ in gradu ſuæ apoſtolatus remanſit, verum etiam in paſtorẽ totius eccleſiæ à Chriſto inſtitui meruit) probantur lapſi poſt dignã pœnitentiã nõ ſolum propria officia retinere ſed etiã ad maiora poſſe cõſcendere. Quod autem beatus Petrus poſt negationem paſtor eccleſiæ à Domino ſit inſtitutus, probatur auctoritate beati Gregorij, qui in homilia Dominicæ reſurrectionis de eodem principe Apoſtolorum ſcribit, dicens.

Homil. 22 in Euang.

¶ Petrus poſt culpam negationis princeps Apoſtolorum a Domino eſt inſtitutus. Cap. LIII.

COnſiderandum nobis eſt, cur omnipotẽs Deus eum quem cunctæ eccleſiæ præferre diſpoſuerat, ancillæ voce pertimeſcere, & ſe ipſum negare permiſit [a]. ¶ Quo nimirum magnæ actum eſſe pietatis diſpenſatione cognoſcimus, vt is, qui futurus erat paſtor eccleſiæ, in ſua culpa diſceret, qualiter alijs miſereri debuiſſet [b]. Prius itaque eum oſtendit ſibi, & tunc præpoſuit [c] cæteris; vt ex ſua infirmitate cognoſceret, quàm miſericorditer aliena infirma toleraret.

Item Ambroſius in ſerm. 47. de fide Petri.

¶ Poſt negationem in fide, & gradu Petrus profecit. Cap. LIIII.

FIdelior factus eſt Petrus, poſtquã fidem ſe perdidiſſe defleuit; atq; ideo maiorem gratiam [d] repperit, quã amiſit. Tamquam enim bonus paſtor tuẽdum gregẽ accepit, vt qui ſibi antea infirmus fuerat, fieret omnibus firmamentum; & qui ipſa interrogationis tentatione mutauerat, cæteros fidei ſtabilitate fundaret. Denique pro ſolidi tate deuotionis eccleſiarum petra dicitur; ſicut ait Dominus: [Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam.] Petra enim dicitur, eo quod primus in nationibus [e] fidei fundamenta poſuerit, & tanquã ſaxum immobile totius corporis † Chriſtianitatis compagem, molemque contineat.

Matth. 16.

† operis Chriſtiani] orig.

† al. ſolenniter pœnitentes.]

6 Item obijcitur pœnitentes † ad ſacros ordines promoueri non debent: non ergo lapſi poſt pœnitentiam ad maiora pertingere poſſunt.

Poly. l. 2. tit. 31. Anſel. l. 7. cap. 20. & 23. Butch. l. 2. c. 35. Iuo p. 6. cap. 136. & par. 15. c. 5. Pann. l. 3. c. 60.

Vnde in concilio Carthaginenſi 4. c. 68. & 69. legitur.

¶ Non ordinetur clericus ex pœnitentibus. C. LV.

EX pœnitentibus, quamuis ſit bonus, clericus nõ ordinetur, quia magis ſcit compari peccatoribus, ut ſupra, ea. pro nam infirmus fortior reſurgit de pœn. diſtin. 1. poteſt. & ibidem diſt. 3. ille. Argu. contra 12. diſt. nos cõſuetudinem. & 16. q. 1. legi.

EX pœnitentibus. CASVS. Quidam epiſcopus ordinauit quendam ſolenniter pœnitentẽ; quærebatur quam

Digitized by Google

SED EXEMPLO. CASVS. Dictum eſt ſupra, quod lapſi poſt pœnitentiam non poſſunt ad altiora cõſcendere. Modo dicit Gratianus contrarium: ſcilicet q lapſi non ſolum reſtitui poſſunt ad antiquum ſtatum, ſed etiam ad altiora promoueri: quod probat exemplo beati Petri, q poſt trinã negationem non ſolum permanſit apoſtolus ſed etiam factus eſt paſtor totius eccleſiæ; quod probatur duobus ſequen cap.

CONſiderãdum.] CASVS. Quæritur, hic quare Chriſtus permiſit Petrũ peccare negando ſe ipſum ad vocem ancillæ quem facere diſpoſuerat paſtorẽ eccleſiæ. Et reſpondet Gregor. hoc eſſe permiſsũ ex magnæ pietatis diſpenſatione ſcilicet vt Petrus ſuã fragilitatẽ cognoſceret, & ĩ ſua culpa diſceret qualiter aliorum delictis parcere deberet, & alijs miſereri poſſet.

a ¶ Permiſit.] ideſt non prohibuit.

b ¶ Debuiſſet.] Arg. diſpenſationem eſſe debitam.

Petrus per quæ verba fuit factus Papa.

c ¶ Præpoſuit.] Hoc verbo, Paſce oues meas, factus eſt princeps 1. extra de elec. ſignificaſti, nõ illo. Tu es Petrus & ſup hãc petrã, &c. quia illud fuit ei dictum ante paſſionẽ 22. diſtin. ſacroſancta.

1 De hoc plenius 21. diſtin in nouo teſtamẽto. Archi.

FIdelior.] CASVS. Dicit Ambroſ. ĩ hoc ca. quod Petrus poſt negationẽ fortior reſurrexit, & fidelior factus eſt, & maiorẽ gratiã recepit, quam perdiderat. Factus eſt enim paſtor eccleſiæ, vt q infirmus fuerat in fide, cæteros in fidei ſtabilitate firmaret. Et q ſolida deuotione quam habuit circa eccleſiã, & circa homines conuertendos, dictus eſt petra quod probat auctoritate Euangelij.

d ¶ Gratiam.] Arg. quod potius eſt eligẽdus qui peccauit & pœnituit, q qui ſemper fuit bonus quia magis ſcit compari peccatoribus, ut ſupra, ea. pro nam infirmus fortior reſurgit de pœn. diſtin. 1. poteſt. & ibidem diſt. 3. ille. Argu. contra 12. diſt. nos cõſuetudinem. & 16. q. 1. legi.

Eligendus potius eſt q peccauit & pœnituit, q qui nunquã peccauit.

e ¶ In nationibus.] ideſt, gentilibus,

ITEM OBIICITVR. Hæc eſt ſexta pars huius diſt. in qua loquitur de pœnitentibus cum ſolennitate, & de Bigamis: & miſſim ponit xliij. auctoritates. Ioan. de Fan.

CASVS. Adhuc obiicit Gratianus, quod lapſi non poſſunt

Sed exẽplo beati Petri, (qui poſtquã trinæ negationis maculas conceſſione diluit amoris; nõ ſolũ in gradu ſuæ apoſtolatus remanſit, verum etiam in paſtorẽ totius eccleſiæ à Chriſto inſtitui meruit) probantur lapſi poſt dignã pœnitentiã nõ ſolum propria officia retinere ſed etiã ad maiora poſſe cõſcendere. Quod autem beatus Petrus poſt negationem paſtor eccleſiæ à Domino ſit inſtitutus, probatur auctoritate beati Gregorij, qui in homilia Dominicæ reſurrectionis de eodem principe Apoſtolorum ſcribit, dicens.

Homil. 22 in Euang.

¶ Petrus poſt culpam negationis princeps Apoſtolorum a Domino eſt inſtitutus. Cap. LIII.

CONſiderandum nobis eſt, cur omnipotẽs Deus eum quem cunctæ eccleſiæ præferre diſpoſuerat, ancillæ voce pertimeſcere, & ſe ipſum negare permiſit [a]. ¶ Quo nimirum magnæ actum eſſe pietatis diſpenſatione cognoſcimus, vt is, qui futurus erat paſtor eccleſiæ, in ſua culpa diſceret, qualiter alijs miſereri debuiſſet [b]. Prius itaque eum oſtendit ſibi, & tunc præpoſuit [c] cæteris; vt ex ſua infirmitate cognoſceret, quàm miſericorditer aliena infirma toleraret.

Item Ambroſius in ſerm. 47. de fide Petri.

¶ Poſt negationem in fide, & gradu Petrus profecit. Cap. LIIII.

FIdelior factus eſt Petrus, poſtquã fidem ſe perdidiſſe defleuit; atq; ideo maiorem gratiam [d] repperit, quã amiſit. Tamquam enim bonus paſtor tuẽdum gregẽ accepit, vt qui ſibi antea infirmus fuerat, fieret omnibus firmamentum; & qui ipſa interrogationis tentatione mutauerat, cæteros fidei ſtabilitate fundaret. Denique pro ſolidi tate deuotionis eccleſiarum petra dicitur; ſicut ait Dominus: [Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam.] Petra enim dicitur, eo quod primus in nationibus [e] fidei fundamenta poſuerit, & tanquã ſaxum immobile totius corporis † Chriſtianitatis compagem, molemque contineat.

Matth. 16.

† operis Chriſtiani] orig.

† al. ſolenniter pœnitentes.]

6 Item obijcitur pœnitentes † ad ſacros ordines promoueri non debent: non ergo lapſi poſt pœnitentiam ad maiora pertingere poſſunt.

Poly. l. 2. tit. 31. Anſel. l. 7. cap. 20. & 23. Butch. l. 2. c. 35. Iuo p. 6. cap. 136. & par. 15. c. 5. Pann. l. 3. c. 60.

Vnde in concilio Carthaginenſi 4. c. 68. & 69. legitur.

¶ Non ordinetur clericus ex pœnitentibus. C. LV.

EX pœnitentibus, quamuis ſit bonus, clericus nõ ordinetur, quia magis ſcit compari peccatoribus, ut ſupra, ea. pro nam infirmus fortior reſurgit de pœn. diſtin. 1. poteſt. & ibidem diſt. 3. ille. Argu. contra 12. diſt. nos cõſuetudinem. & 16. q. 1. legi.

EX pœnitentibus. CASVS. Quidam epiſcopus ordinauit quendam ſolenniter pœnitentẽ; quærebatur quam

Digitized by Google

quam pœnam deberet pati episcopus vel ordinatus. & respondet q̄ si ep̄s ordinauit talem ignoranter, tantum ordinatus deponitur: quia tempore ordinationis suæ, suum] impedimentum] non manifestauit ep̄o. Si vero ep̄s ordinauerit cum scienter, etiam ipse potestate ordinandi dinetur. Si per ignorantiam [a] episcopi factum fuerit; deponatur a clero: quia se ordinationis tempore nō prodidit [b] fuisse pœnitentem. Si autem sciens episcopus ordinauerit talem ; etiam ipse ab [a] episcopatu suo ordinandi duntaxat potestate priuetur [c]. Simili sententiæ subiacebit episcopus, si sciens ordinauerit clericum eum, qui viduam, aut repudiatam, vxorem habuit, aut secundam.

Cap. 69.

[a] ¶ Ipse ab.] *In originali legitur*, ipse ab episcopatus sui ordinandi duntaxat potestate priuetur *al.* ipse episcopatus sui. *quemadmodum & apud Iuonem, par. 15. c. 5.*

Item Siricius Papa Himerio episcopo, epist. 1. c. 15.

¶ Bigamus pœnitens, viduæ maritus, sacræ militiæ se ingerens sine spe promotionis in suo ordine permaneat. Cap. LVI.

Ansel. lib 7. cap. 17. 20. 21.

QVicunque pœnitens, quicunque bigamus, quicunq; viduæ maritus, ad sacram militiam indebitè, & incompetenter irrepserit; hac sibi conditione a nobis veniam intelligat relaxatam, ut in magno debeat computare beneficio, si adempta sibi omni spe promotionis, in hoc, quo inuenitur [d], ordine perpetua stabilitate permaneat.

Item ex concilio Gerundensi, c. 9.

¶ Non prohibeatur à clero, qui pressus languore per cōmunionem pœnitentiæ benedictionem accepit. Cap. LVII.

† *Is uero*] manuscri. & ori.

SI † [a] vero [e], qui ægritudinis languore depressus pœnitentiæ postulauit, cui sacerdos solennem pœnitentiā iniunxit, præbendo sibi cōionē corporis Chri. Post quam uero conualuit, pniam solennem sibi iniunctam non egit. quæritur an ualeat promoueri? Et rñ. q̄ ex quo caput solenni pniæ non suppositum, bene pōt promoueri, si alias est dignus. ita posuit Beneuen. hunc casum, sed q̄a hoc contra iura vī, cū ille ante ægritudinē mortaliter ſm hoc peccasset, & postea similiter non adimplendo pœnitentiā: ideo ego Bar. Brix. cum H intelligo casum hunc de illo q̄ nō accipit corpus Chri vsq; ad articulum mortis: vñ nō videbat uere pœnitens. Qui tñ si non egit pniam solennem, nec mō est criminosus, p̄ moueri pōt. Vel forte de illo intelligitur, qui p occulto, & paruo crimine solennem pniam. facere promisit.

e ¶ Si uero. Quidā ita ponunt casum 3. Aliquis tempore ægritudinis tale recepit mādatum à sacerdote, vt post quam conualesceret, solennem faceret pniam. talis non prohibet à promotione, dum tamen nō steterit inter pœnitentes. Sed iste casus non placet: quia postquam sanatus est, talis tenetur stare in ordine pœnitentiū, vt 26. q. 6. qui recedunt 4. Item cum pnia talis non iniungitur, nisi pro graui peccato mortali: ergo post mortale peccatum non dēnt promoueri, ut 26. q. 6. c. vlt. Alij sic ponunt casum. Quidam communionem non accepit quousque

Anſel. lib 7. cap. 17. 20. 21.

QVicunque.] CASVS. Quidam pœnitentes, & bigami, & viduarum mariti ordinati fuerunt in minoribus ordinibus, vel forte vsq; ad subdiaconatū q̄situ fuit a Siricio Papa, vtrū possint promoueri ad superiores ordines; Et respōdet Papa. q̄ non imo pro maxime beneficio debent reputare, si tolerentur in ordinibus, in quibus inueniuntur, omni spe promotionis eis adempta.

Crimen suū in ordinatione, vel in iure, an teneatur quis prodere.

1 Hic nō p batur hoc; q̄a tex. dicit, pœnitentē, nō dicit criminosū: nec hoc probant c. hic inducta. Archid. Prodere est in publico dicere.

2 Scilicet criminalē, cū agit ad depositionē: secus si esset cā vbi ageretur ad priuationē beneficij, ſm illud quod leg. & no. 15. q. vlt. inuentum. Archid.

a ¶ Si per ignorantiam.] Bene enim potest ignorare cū non ipse, sed alij examinent. 24. distin. quando. extra de offic. Archid. ut nostrum.

b ¶ Non prodidit.] Ex hoc cap. vī q̄ quilibet ordinandus teneatur prodere crimen suum 1. vt 24 dist. c. qñ. & c. ult & 81. dist. tantis. & c quicunque. & 8. q 3. Artaldus. in fi. Sic videtur q̄ in iure teneatur quilibet confiteri delictum suum si interrogatus fuerit, vt 11. q. 3. quis. quis. & 35. q. 6. si duo. & 15. q. vl. c. 1. & penul. Quod H. concedit, & dicit q̄ quilibet in examinatione & in iudicio tenetur cōfiteri crimen suum: sed in examinatione sufficit vt dicat q̄ in gñe confiteatur se criminosum: & sic petat dispensationem. Sed si specialiter pro aliquo crimine fuerit interrogatus: tunc respondebit, & dicet se feciſſe inde pœnitentiam nec obst. inf. de pœn. dist. 1. §. his auctoritatibus. vbi dī. non tibi dico prodas. quia illud loquitur de pœnitente, qui se non debet publice prodere: nisi enim occultus peccator prodat crimen suum, dicit H non posset dispensari secum & coram pluribus debet dicere, & prodere se: quia prodere est in publico dicere, vt 2. q 1. si peccauerit. sicut enim episcopus non potest audire causam 2. criminalem, nisi cum clericis suis, vt 15. q. 7 episcopus sic nec solus potest dispensare, qualiter enim probarer aliquis secum dispensatum esse, nisi coram pluribus factum esset, vt extra de schism. fraternitatis? Alij dicunt q̄ nec in iudicio nec in examinatione tenetur aliquis prodere se: quia Deus occultat peccatū. de quo aliquis pœnituit, vt 32. q. 1. apud. & sic licitum est alicui redimere sanguinem suum, quocunque modo potest. 2. q. 3. §. notādum. & ff. de bo. eō. qui ante sentē. l. 1. sic & honorem suum. Sed nūquid clerico promonendo p̄iudicat confessio sua, vt inde debeat puniri? videtur quod sic, vt extra de elect. per inquisitionem. immo idem etiam vī si extra iudicium fieret cōfessio, vt extra de excess. prælat. quā sit graue. Dico quod nō nisi in solo quod nō admittitur ad ordines, vt 25. dist. quādo. in fi. sic extra de excē. denique. & est ea ratio: quia licet confessus fuerit, tamen non punitur: quia ad hoc non agebat, vt dixi 3. qō. 6. hoc quippe. idē dico si testis cōfitetur crimen suum, vt probatur extra de accus. inquisitionis. Ioan.

Dispensatur facilius in sumpto, q̄ in suscipiendo ordine.

3 Vt Benedicti.

4 Sicut qui iniecit manus violentas in clericum: & p̄p inualitudinē uel aliud impedimentū nō potest accedere ad curiā absoluitur ab inferiori tū tenetur accedere restituta cōualescentia, vel opportunitate cum dist. extra de sent. excō de cætero, & in illa decre. p̄ uenit.

c ¶ Priuetur.] Hic signantur contraria, q̄ soluta sunt 36. dist. qui ecclesiasticis.

quonſque fuit in periculo mortis. dubitabatur de tali vtrum poſſet promoueri poſt ſanitatem: quia non videbatur tunc vere pœnitens, qui timore mortis pœnituit. Et reſpondetur quod pōt: & hæc fuit cauſa dubitationis: quia ſicut non poteſt promoueri qui in ægritudine baptizatur, quia potius præſumit ex timore, quā ex volūtate libera baptizatus, vt 57. diſt. ſi quis in ægritudine. idem videbatur de pœnitēte tali, ſed non eſt ſimile: qa multi omittūt ex deuotione, q̄ nō cōigunt vt, de conſec. diſtin. 2. quotidie ſed quicunq; differt baptizari, in mora eſt, & etiā in culpa.

a ¶ Pœnitentię) Pœnitentia infirmis nō eſt imponēda, ſed in noteſcendā. 26. qō. 7. ab infirmis loā. Tu autem videas caſum quem notaui ſupra ibi, alij.

Pœna infirmis non eſt imponenda.

b ¶ Benedictionē.) i. communionem.

Si ille.) CASVS. Duæ quæſtiones factæ ſuerunt Hormiſdæ Papæ. Prima fuit talis. An ille qui perfectè egit ſolennem pœnitentiam, poſſit epiſcopus vel presbyter fieri. Et reſpondet q̄ non: & ſi fuerit ordinatus, & de hoc conuincatur debet deponi. Secunda quæſtio fuit, an ille qui inuitus detruſus eſt in monaſterium ad agendā pœnitentiam, poſſit ad ſacerdotium promoueri. Et reſpondet q̄ nō: quia nihil aliud dicendum eſt, quam ſolenniter pœnitens ſecundū decreta ſedis Apoſtolicæ & canones ccc. & xviij. epiſcoporū. Si aūt cōtra factū fuerit, non ſolum temerarium, ſed etiam periculoſum eſſe nō dubito.

c ¶ In monaſteriū.) Ergo pro aliquo delicto. aliàs. n. non cogeretur ibi manere. 20. q. 1. ſicut & dic vt ibi notaui, & 16. q. 6. de lapſis.

tentiæ [a] benedictionem [b], quam viaticum deputamus, per communionem acceperit, & poſtmodum reconualeſcens caput pœnitentiæ, in eccleſia publicè non ſubdiderit, ſi prohibitis vitijs non detinetur obnoxius, admittatur ad clerum.

Item Hormiſda Papa omnibus epiſcopis per uniuerſas prouincias conſtitutis.

¶ Qui ad pœnitentiam agendam in monaſterio retruditur, presbyter ordinatur. Cap. LVIII.

Supra c. ex pœnitentibus. Poly. lib. 2. tit. 31. Aniel. lib 7. c. 12. & lib. 11. c. 37.

Si ille, qui ultro petit pœnitentiam, quamuis eam perfectè agat, nō poteſt epiſcopus, aut presbyter ordinari; ita ut etiam ſi per ignorātiam ordinatus fuerit, & poſtea conuincitur pœnitentiam accepiſſe, deijciatur: ille ergo qui inuitus ad pœnitentiam agendam mittitur in monaſterium [c], (qui vtique nihil aliud, quàm pœnitens dicendus eſt [d]) qua conſcientia ad ſacerdotium venire permittitur: nemo mihi alia quælibet contra auctoritatem ſedis Apoſtolicæ, vel cccxviij. epiſcoporum, vel reliquorum canonum conſtituta, obijciat: quia quidquid contra illorum definitionem (in quibus Spiritum ſanctum credimus locutum) dictum fuerit recipere non ſolum temerarium, ſed etiam periculoſum eſſe non dubito.

Item Gelaſius vrbis Romæ epiſcopus omnibus epiſcopis per Lucaniam, &c. cap. 5.

¶ Bigamus, vel quilibet poſt pœnitentiam ſacris non applicetur miniſterijs. Cap. LIX.

Anſ. lib. 7. c. 19.

NOn confidat quiſquam pontificum bigamos †, aut coniugia ſortientes ab alijs derelicta, ſiue quoſlibet poſt pœnitentiā, vel ſine litteris [e], vel corpore vitiatos, vel conditionarios, aut curię, publicarumque rerum nexibus implicatos, aut paſſim nulla temporis congruentis [f] expectatione diſcuſſos, diuinis ſeruituros applicare miniſterijs †.

† *al. fat. eſſe bigamos.*

† *al. myſticis.*

Item Innocentius Agapito, & cæteris, epiſt. 6.

¶ Pœnitentes nec etiam clerici fieri poſſunt. Cap. LX.

In Concil. Nicæno, cap. 10.

CAnones apud Niceam conſtituti, pœnitentes [g] etiam ab infimis [h] officijs clericorum excludunt [i].

Hoc non de quibuſlibet pœnitentibus intelligitur, ſed de illis tantum, qui poſt actam pœnitentiam ſæcularis militiæ cingulum accipiunt.

De quibus Innocentius epiſcopus, ſcribit Victricio Rothomagenſi epiſcopo, epiſt. 2. c. 2.

d ¶ Dicendus eſt) Propter ſimilitudinem in ieiunijs & vigilijs: aliàs enim differt publica pœnitentia ab ingreſſu monaſterij, vt inf. 33. q. 2. admonere. 2. q. 1 in primis. Contra. ibi epiſcopi miſſi in monaſterium ad agendam pœnitentiam, poſt ſex menſes reſtituuntur ordini ſuo: ſed ibi temporaliter fuerunt miſſi, hic perpetuo. Vel dic, q̄ ad ſuperiorem non poteſt promoueri, vt hic; ſed ad eundem poteſt redire, vt ibi dicitur.

NOn confidat.) CASVS. In hoc c. nouem impedimenta ponuntur, quæ repellunt a promotione. Sequens cap. patet.

e ¶ Vel ſine litteris.) Supra 36. d. c. illiteratos.

f ¶ Congruentis.] Infra 77. diſt. in ſingulis, &c. 1.

g ¶ Canones.] Pœnitentes. Scilicet ſolenniter.

h ¶ Et ab infimis.] Sic. 24. diſt. c. vlt.

i ¶ Excludunt.] Niſi in neceſſitate, vt inf. eod. c. placuit.

HOC NON DE QVIBVSLIBET. CASVS. Dicit Gratianus in hoc §. quod prædi. capitu. loquuntur de pœnitentibus non ordinandis, qui poſt pœnitentiam cingu-

j In hoc c. innuitur, q̄ interuallum dēt eſſe inter ordinem & ordinem; & dic, congruentis .i. canonib. cōſtituti: ſecundum Hug.

cingulum sæcularis militiæ susceperunt, qui promoueri non possunt, vt probatur seq. cap. Alia ponitur solutio. inf. seq. §. potest, qui § patet, & per se planus est.

SI quis post remissionem.) Qui semel egit pœnitentiam solennem, non potest fieri clericus, nec etiam miles.

¶ Non debet fieri clericus, qui post remissionem peccatorum, militiæ cingulum habuit. C. LXI.

Ansel. l. 7. c. 11.

SI quis post remissionem [a] peccatorum, cingulum militiæ sæcularis habuerit, ad clericatum admitti omnino non debet.

Potest & aliter intelligi. Est quædam pœnitentia, quæ solennis appellatur, quæ semel tantum in ecclesia conceditur: de qua Ambrosius ait: [*Sicut enim est baptisma, ita vnica est pœnitentia.*] *Item.* [*Non est secundus locus pœnitentiæ.*] [*Merito reprehendantur* α, *qui sæpius agendam pœnitentiam putant, quia luxuriantur in Christo. Nam si vere agerent pœnitentiam, iterandam postea non putarent.*

lib. 2. de pœ. c. 10. De pœ. di. 3. c. reperiũ tur. & c. fi. Hug. li. de sacr. p. 14. cap. 4. Ambros. ibidem.

α ¶ Reprehenduntur.] *Legebatur*, reperiuntur. *Emendatum hic ex originali: quod tñ fieri non potuit infra. c. reperiuntur de pœniten. dist. 3. quia vox*, reperiuntur, *ibi est initium capitis.*

Item Augustinus ad Macedonium, epist. 54.

¶ De eodem. C. LXII.

inf. de pœn. d. 3. cap. quamuis. Maguter l. 4 d. 14. c. 3 Iuo p. 15. c. 24.

QVamuis caute, & salubriter prouisum sit, vt locus illius humillimæ pœnitentiæ semel tantum in ecclesia concedatur, ne medicina [b] β nimis vtilis vilis c habeatur, tamen quotidie peccantibus nunquam per pœnitentiam [d] venia negatur.

γ ¶ Ne medicina.] *In aliquot vetustis exemplaribus Gratiani caput hoc est coniunctum superiori, Locum enim B. Augustini suo modo aptat. Apud illum quidem hoc loco ita legitur.* Ne medicina vilis minus vtilis esset ægrotis, quæ tanto magis salubris est, quanto minus contemptibilis fuerit: quis tamen audeat dicere Deo, quare huic homini, qui post primam pœnitentiam rursus se laqueis iniquitatis obstringit, adhuc iterum parcis? &c.

Can. l. 5. c. 58. & l. 7. c. 310.

Hæc autem pœnitentia quomodo imponẽda sit, in Agathensi concilio legitur, in quo sic statutum est, c. 15.

¶ Quomodo pœnitentes ad pœnitentiam accedant. C. LXIII.

Burc. l. 19. c. 27. Iuo p. 15. c. 17.

POenitentiam tempore quo pœnitẽtiã petunt, impositionẽ manuũ & ciliciũ sup caput a sacerdote (sicut vbique constitutum est) consequãtur. Si autem comas [f]

QVamuis.) CASVS. Macedonius inuenerat, quod pœnitentiæ nõ est secundus locus, & quod vnica est pœnitentia sicut baptisma, dubitauit an quotidie peccãtibus deberet pœnitentia denegari, & ideo q̃siuit ab Augusti. quid iuris esset? qui rñdit q̃licet solennis pœnitentia semel tantũ concedatur ne vilis reputetur, tñ priuata pœnitentia non debet quotidie peccãtibus denegari. Seq. § patet, & quod in eo dicitur probat duob. cap. seq.

b ¶ Ne medicina.) Hæc est vna rõ quare non iteratur. s. ne vilis habeatur solennis pœnitentia, quæ est medicina, vt hic. Secũda qa est sacramẽtum, & significat electionẽ Adę de paradiso 2. inf. ea. in capite, & nõ est facienda iniuria sacramento, vt de consec. d. 4. ostenditur. & 1. q. 1. sacramenta. Gratiã dixit, quòd scdm consuetudinem quarundam ecclesiarum iteratur, vt de pœn. dist. 3. §. ex persona.

Pœnitent'a solennis nõ iteratur.

a ¶Sub. quasi semel tantũ facta est.

c ¶ Vilis.) Nota q̃ pp fugiendam vilitatem multa statuũtur, vt hic, & 45. dist. de Iudæis. 80. distin. episcopi 27 q. 2. instituti tutum.

¶Vilitas est fugienda.

d ¶ Pœnitentiam.) priuatam.

POenitentes.) CASVS. Dñ in hoc cap. q̃ sacerdotes debẽt imponere super capita pœnitentium manum excusoriam vel benedictoriam, & cilitium, & tunc ipsi pœnitentes debent deponere comas, & mutare vestes, quod si non fecerint, abiiciantur. Iuuenibus autem solennis pœnitentia non facile imponatur propter fragilitatem ætatis, viati cumautem omnibus in morte detur.

e ¶ Impositionem.] Ab episcopo ad quem, solum spectat imponere solemnem pœnitentiam, vt inf. c. Proxi. & reconciliatio ad solum eum spectat nisi in necessitate, vt 26. q. 6 c. 1. & vlt.

f ¶ Comas.] Sed nunquid deponet mulier comã. cum etiã ei solennis pœnitentia imponitur, vt 33. q. 2. de his? Respond, non, quia habet eam in signum subiectionis.

Mulieri quare permittatur coma.

miles, vt 33. q. 1. admonere. nec laicalem habitum põt deferre, vt inf. ead. c. vl. tamen secundum regulam ecclesiasticam viuet, vt de pœn. dist. 5. contrarium. & c falsas, & est tamen conueniendus sub iudice ecclesiastico, vt 11 q 1. aliud toan.

a ¶Remissionem peccatorum.] deest, baptisma 1. vt 51. dist. si quis post acceptum, & intellige de officiali, qui sæua executus est præcepta, vt 51. d. c 1.

ADDITIO. Vel dic quod intelligit de illa pœnitentia, in qua prohibitum est ei ne ad milit iam redeat. de pœ. distinct. 5. contrarium, & hoc ideo quia forte in ipsa militia commiserat peccatum propter quod egerat pœ-

1 Et fm hoc non facit ad propositum Gratiani. H.

Quod de tō ſura, & non veſtib. intelligitur Lau.

30.diſt.c.2.ideo autem comam deponet vir, quia amodo in habitu veniet clericali 1.inſt.de cōſe.diſt.5. dictū & 11.diſt.dictum.& 33.q.2.admonere,& inf.eod. c.vlt. a ¶ Iuuenib.] Et ſi fuerit impoſita, nō ideo prohibentur contrahere.33.q.2.in adoleſcentia. Alij autem non poſſunt contrahere.

33.q.5.de his. Idē dico de decrepitis: qa ætatis ratio habenda eſt in pnīa.26.q.7.tēpora,& c.hoc ſit. Sic præſumīt magis pro ſene,quàm pro iuuene, vt 34.diſt. fraterni atis,

Ætatis rō in pœnitentiis eſt habenda

b ¶ Omnib.]2.q.1. ſi quis ēpm contra: illud terroris eſt, vel hoc de pœnitentibus digne ibi' fiēte.24.q.2.legatur.

ADDITIO. Vel viaticū non conceditur. extra de pē. & remi. quod in tc.in princi. & de ſent.excom.permittimus, & adde ℘ legitur & not.27.q.1 impudicas.i. in fin. Arch.

IN capite.]CASVS. Dicitur hic ℘ volentes ſolenniter pœnitere, debent in capite Quadrageſimæ ſe cum archipresbyteris, & presbyteris ſuis epiſcopo ciuitatis ante fores eccleſiæ repteſentare in triſti habitu nudis pedibus,& eis in eccleſia itroductis, ēps ſeptem pſalmos pœnitentiales decantet, deinde manum eis imponat, cineres & cilicium ſuper capita eorum ponat, eos aqua ſpargendo benedicta.demū expellantur de eccleſia,ſicut Adā fuit de paradiſo eiectus, & totus clerus eos cū reſponſorio proſequat,& in cœna Dñi a ſuis archipresbyteris& preſbyteris liminibus eccleſiæ præſententur.

c ¶Suſceperunt.] Ergo alio tp e poteſt pœnitentia imponi a ſacerdote, & poſtea hæc ſolennitas fiat ab epiſcopo.

d ¶Sacco]Sicut fecit Achab de pēn.d.3.¶.ecce.

e ¶Archipresbyteri.] vī ergo quod alius ſit decanus. alius archypresbyter.& ſic eſt contra 60.d.c. c.1. ſed ibi ponitur hæc dictio,aut,ſubdiſiunctiue. Vel loquitur hic de tutali decano.

f ¶Per præfatos] in parte cap.quæ hic non eſt.ad hoc facit 33.q.2 latorum.

Ēps vtrū ſit iudex oīum clericorū ſuę dīœcēſis.

g ¶Iniungere.] Arg ℘ ēps non poteſt iudicare de ſubditis ſuorum prælatorū, vt extra de offic. ordi.cum eccleſiarum. Ioan quod non eſt verum.cum ſit iudex ordinarius oīum clericorum ſuæ dīœcēſis,ſed dī ibi quod

no depoſuerint, aut veſtimenta non mutauerint abijciā tur,& niſi dignè pœnituerint,non recipiantur. Iuuenibus [a] etiam pœnitentia non facile committenda eſt propter ætatis fragilitatem. Viaticum tamen omnibus [b] in morte poſitis non eſt negandum.

Item ex eodem a.

¶ Quæ ſint ſeruanda in ſolenni pœnitentia. Cap. LXIII.

IN capite Quadrageſimæ omnes pœnitentes,qui publicā ſuſcipiunt,aut ſuſceperunt [c] pœnitenti am ante fores eccleſiæ ſe repræſentent epiſcopo ciuitatis, ſacco [d] induti nudis pedibus, vultibus in terram demiſſis, reos ſe eſſe ipſo habitu, & vultu proteſtantes. Ibi adeſſe debēt decani,ideſt archipresbyteri [e] parochiarum, & preſbyter β pœnitentium,qui eorum conuerſationem diligēter inſpicere debent, & ſecundum modum culpæ pœnitentiam per præfatos † [f] gradus iniungere [g]. Poſt hæc eos in eccleſiam introducant †, & cum omni clero ſeptem pœnitentiales pſalmos in terra proſtratus epiſcopus cum lachrymis pro eorum abſolutione decantet: tunc reſurgens ab oratione, iuxta quod canones iubēt, manus eis imponat,aquam benedictam [h] ſuper eos ſpargat, cinerem prius mittat, deinde cilicio capita eorum operiat,& cum gemitu & crebris ſuſpirijs denūciet eis, quòd ſicut Adam proiectus eſt de paradiſo, ita ipſi propeccatis ab eccleſia abijciuntur: poſt hæc iubeat miniſtris,vt eos extra ianuas eccleſiæ expellant: clerus vero proſequatur eos cum reſponſorio: [In ſudore vultus tui veſceris pane tuo; &c.] ut uidentes ſanctam eccleſiā pro facinioribus ſuis tremefactam; atque commotam, non paruipendant pœnitentiam.In ſacra autem Domini cœna [k] rurſus ab eorum decanis,& eorum presbyteris,eccleſiæ liminibus repreſententur [l].

Bur.l.19.c.26. Iuo p.15.c.45.

† *al. præfixos.*
† *al.introducat.*

Gen.3.

a ¶Ex eodem.] *Ex Agathenſi etiā citant Burchardus & Iuo, & Rhebaldus Cardinalis (qui tempore Paſchalis Pontific.claruit) libro ſuo de pœnitentia publice non iteranda. In vno tamen manuſcripto Burchardi exemplari citatur ex Pœnitentiali Romano. Sententia vero huius capitis magna ex parte habetur in Pontificali,& ordine Romano a pag.24. vſque ad 30.*

β ¶Et presbyteri.] *Apud Burchardum legitur.*i.presbyteri.

i ¶Miniſtris.]ideſt,oſtiarijs,ad quorum hoc ſpectat officium, vt 21.d.cleros,& 25.d.parlectis.

K ¶Cœna.]inf.de conſec.d.2.in cœna.

l ¶Præſententur.] ita ſi quolibet anno 2. vt talli die immittantur in eccleſiam,& licet ſtent in eccleſia,non tñ communicabunt cum alijs in euchariſtia vel oſculo, & ſic erunt vſque ad octauam Paſchæ, & tūc iterum exibunt de eccleſia, & erunt extra eccleſiā vſq; ad talē diē ſequentis anni,& hoc fiet vſq; ad finem pœnitētiæ. etiam ſi bene pœnitet, ſecundo vel tertio anno pōt ei reddi ingreſſus eccleſiæ,vt 22.q.2.de viro & 33 q.2 latorem, Quandoque etiam vſque in finem vitæ manebit extra

9 Sed quare hæc fiant in die cœnæ Domini,not.de conſe.d.1.de pœnitentib. ibi,videas in gl. ſed pone, &c.

Pœnitentes ſolēniterq; tempore debēt eſſe extra eccleſiā,

Digitized by Google

extrà ecclesiam, vt 33.q.2. admonere, & hæc intromissio fit a proprio sacerdote nisi solenniter debet reconciliari ecclesiæ, scilicet finito tempore pœnitentiæ: vel etiam ante si ep̃o visum fuerit expedire: hanc.n. solus ep̃s potest facere, vt 26.q.6.cap.1. Item solennis pœnitentia tamen propter hoc eis solennis pœnitentia iniungatur, sicut laicis contigit imponi: In fine dicitur, quod rebaptizati ordinati non permittuntur.

a ¶ Pœnitentibus.) Nisi sit dispositus: tunc potest solennem pœnitentiam facere. & sic intelliguntur contraria de pœn.dist.6.facerdos 1. tamẽ publicã pœnitentiam potest facere sacerdos, vt 20 dist.presbyter 30. di.si quis presbyter. & 81.dist.si quis episcopus & hoc p̃ publico crimine non pro priuato.

b ¶ Rebaptizati.) Scienter, vt infra de consec.d.4.qui bis.tũ in habitu clericali, uel regulari semper erunt, vt de consecr. dist.5 dictum.

1 Et hoc cõtingit p̃ter scãdalũ, qd subditis imminet. ar. sup. c. de his vero. 61. dist. in sacerdotibus. Ioan de Fan.

¶ *Hanc pœnitentiam nulli vnquam clericorum agere conceditur, atque ideo huiusmodi pœnitentes ad clerum admitti prohibentur.*

Vnde in Carthaginensi concilio 5.c.xj. Statutum est.

¶ Clericis non imponatur manus, tanquam pœnitentibus. Cap. LXV.

† *al. confirmatur.*] oti. Burc. lib.19. c.72. Iuo p.15 cap.85. Capitu l.3.c.66.

COnfirmandum † est, vt si quando presbyteri, vel diaconi in aliqua grauiori culpa conuicti fuerint, qua eos a ministerio necesse sit remoueri, non eis mãus tãquam pœnitentibus [a], vel tanquam fidelibus laicis imponatur, neque vnquam permittendum, vt rebaptizati [b] ad clericatus gradum promoueantur.

Vnde Siricius Papa Himerio, epist.1.c.14.

¶ Nec clerico pœnitentiam agere, nec pœnitenti clericatum accedere permittitur. Cap. LXVI.

Ansel.l.7.c.20. Burc l.19.c 49. Iuo p.6.c.54 & par. 15.c.65.

ILlud quoque nos par [c] fuit prouidere, vt sicut pœnitentiam agere cuiquam non cõceditur clericorum: ita & post pœnitudinem, ac reconciliationem, nulli unquam laico liceat honorem clericatus adipisci: quia quãuis sint omnium peccatorum contagione mundati, nulla tamen debent gerendorum sacramentorum instrumenta [d] suscipere, qui dudum [e] fuerunt vasa vitiorum.

Item Leo Papa Rustico Narbonensi, epist.90. † *c.2.*

† *al.29.*

¶ Presbyteris, & diaconis tanquam pœnitentibus non debent manus imponi. Cap. LXVII.

Polyl.4.tit.39. Burc.li.19.c 71. Iuo par.6.c.67.

ALienum est [f] a consuetudine ecclesiastica, vt qui in presbyterali honore, aut in diaconij gradu fuerint consecrati; ij pro crimine aliquo suo per manus impositionem remedium accipiant pœnitendi: quod sine dubio ex Apostolica traditione descendit, secundum quòd scriptum est: [Sacerdos [a] si peccauerit, quis orabit pro eo?] Vnde huiusmodi lapsis ad promerendam misericordiam Dei priuata est expetẽda secessio [g] [c]: vbi illis satisfactio, si fuerit digna, sit etiam fructuosa.

c ¶ Par.) i.æquum.

d ¶ Instrumẽta.] id-est, ordines, vel vtensilia

e ¶ Qui dudum.] Sic infra, 61.dist. in sacerdotibus argu contra supra eo ferrũ. & 33. q.2.admonere.

ADDITIO. Itẽ arg. contra. 23.q. vides, iuxta fi. ubi de hoc. Arch.

ALienum.) CASVS. Quidam quæsiuit a Leone Papa, an presbytero, vel diacono solennis pœnitentia sit imponenda? Et respondet quod non, quia sic est traditum ab Apostolis, vel Apostolicis: Sed hmõi lapsis secretus locus est requirendus, scilicet monasteriũ, vbi si dignè pœniteant, valeant ad pristinum statum reduci. Quod dicitur in seq.§.patet.

f ¶ Alienum est.) Hæc omnia capitula loquuntur de solemni pœnitentia.

g ¶ Secessio.) Nec tamen credendum est statim, q̃ causa pœnitentiæ sit in monasterio. nam quandoq; boni viri ingrediuntur monasterium: quia meritum augere desiderant, 17.q.2. sunt qui dicunt,

d ¶ Sacerdos.] *Vulgo sæpè indicatur in margine locus iste ex.1. Reg.c.2. vt infra de pœniten dist.1.c. si sacerdos. cum tamen in eo scriptura loco in vulgata legatur.* Si autem in Dcũ peccauerit, quis orabit pro eo? *Verum B. etiã Gregorius ad illũ locum in morali interpretatione, talẽ sententiã elicit,* Quis ei intercedit, nisi Christus? Quis pro eo orabit, nisi qui pro nobis mortem suscepit? Quis pro eo orabit, nisi qui pro nobis mortem suscepit? Quis pro eo orabit, nisi qui pro nobis mortem suscepit

PLacuit.] CASVS. Statutũ fuit in concilio Toletano, vt ſolenniter pœnitentes non promoueantur, ſi neceſſitas, vel utilitas exegerit, ad minores ordines poterunt promoueri, ita ꝙ ad maiores non promoueantur, in quibus epiſtolam, vel euangelium legere poſſunt: ſi qui tñ eorum promoti fuerint in diacones, inter ſubdiacones relegãtur: ita tñ, vt manum altari nõ ſimponant, nec ſacra contingant. Item cũ dubitaretur quis eſſet ſolenniter pœnitens, reſponſum fuit in concilio, vt ſolenniter pœnitens diceretur, qui poſt baptiſma pro homicidio, vel pro alio graui crimine publicam gerens pœnitentiã ſub cilicio diuino altari fuerit reconciliatus. Quod ſequitur in §. patet.

a ¶Aut vſus.] i. vtilitas: hæc enim inducunt diſpenſationem. 1. qõ. 7. tali, vel vſus, ideſt, conſuetudo. Sic eſt arg. ꝙ conſuetudo attendit circa ordinandos, vt dixi 12. di. nos conſuetudinem.

b ¶Epiſtolã.] Arg. ꝙ difficilius diſpẽſatur cum pœnitente, quàm cum bigamo 1 vt 34. diſt. lector.

c ¶Non imponant.] Ideſt, nõ miniſtrent in officio ſubdiaconatus, ſed tñ nomẽ habeant, & habeant locũ ſubdiaconorũ in choro, & in cibo. & eſt ſi. 15. q. 8. qui admiſit. & c. ſi quis presbyter.

APOSTATÆ. Hæc eſt ſeptima pars huius diſ. in qua tractat de apoſtatis. Io. de Fan.

d ¶Apoſtatæ.] Apoſtatæ dicuntur retro abeuntes a fide, religione, vel clericatu. 26. q. vlt. non obſeruetis. Io.

HIq.] CASVS. Quidã clerici relicto clericali habitu ad ſeculum redierunt, quare quæſtum fuit in concilio Arelatenſi, an debeant admitti ad cõionem corporis Chriſti? Et rñdet, ꝙ nõ, niſi reſipiſcant, nec ẽt ad clericatus officiũ admittantur. Poſt pœnitentiam uero habitum ſeculare non aſſumant, quod ſi fecerint, excommunicentur.

e ¶Ad ſæcularem.] Quod fieri non licet: quia qui ſemel habuit tonſuram clericalem, ſemper vtetur ea, ut 32. diſt. ſi qui clerici. 20. q. 3. eos. Io. Hoc tene pro certo, in minoribus ordinibus conſtitutus poteſt contrahere, & ad ſæculum redire, nec tunc debet ferre tonſurã: nec apoſtata iudicatur, vt extra de cle. coniu. Ioannes. Si autem retinendo eccleſiam dimitteret tonſuram & habitum, vel religioſus religionem 2. ſuam, apoſtata iudicatur, vt extra de apoſta. c. 1. & vlt.

f ¶Sæcularẽ.] qdqd interim acquiſierint, cedet monaſterio. 18. q. 2. abbates. & C. de epi. & cler. l. vl. §. hoc ẽt.

g ¶Ab Archid.

ceſſor remanet, cum ille ſe tranſgrediendo præcipitat, qui ad intercedendum pro alijs ordinatus eſt?

β ¶Seceſſio.] *Sic emendatum eſt ex antiquis codicibus, & epiſtola ipſa, & hanc lectionem habuit auctor gloſſæ, quod ex manu ſcriptis gloſſis conſtat: idcirco & in ea emendandum. Antea legebatur,* eſt expetenda ſucceſſio.

Probatur etiam auctoritate Toletani concilij primi huiuſcemodi pœnitentes ad clerum non admittendi: in quo, capite 2. ſic ſtatutum eſt.

¶ Cauſa neceſſitatis ad clerum pœnitentes admittantur. Cap. LVIII.

In cap. Martini Bracaren.

PLacuit, vt pœnitentes non admittantur ad clerũ; niſi tantum ſi neceſſitas, aut vſus [a] exegerit; & tunc inter oſtiarios deputentur, vel inter lectores, ita ut Euangelia aut Epiſtolam [b] † non legant. ¶Si quis autem ante ordinati ſunt diacones, inter ſubdiacones habeantur, ita ut manum non imponant [c], nec ſacra cõtingant. Eum† vero pœnitentem dicimus, qui poſt baptiſmum, aut pro homicidio, aut pro diuerſis criminibus, grauiſſimisque peccatis publicam pœnitentiam gerens ſub cilicio † diuino fuerit reconciliatus altaria.

Poly. lib. 2, tit. 31. Burc. li. 2. c. 37. Anſ. li. 7. c. 31. Iuo par. 6. c. 138. Pann. l. 3. c. 61.

† *al. Apoſtolum*) orig.

† *Ex pœnitentem*] in c. Mar. Brac.

† *al. concilio.*

8 *Apoſtatæ* [d] *quoque ad clericatus officium admitti non debent.*

Vnde in concilio Arelatenſi. 2. c. 25.

¶ Ad clericatus officium non admittantur apoſtatæ. Cap. LXIX.

HI, qui poſt ſanctam religionis profeſſionem apoſtatant, & ad ſæcularem [e] † redeunt conuerſationẽ, & poſtmodum pœnitentiæ remedia non requirunt; ſine pœnitentia communionẽ penitus non accipiant. Quos etiã iubemus ad clericatus officium non admitti. Et quicunq; ille ſit, poſt pœnitentiam ſæcularem [f] habitum accipere non præſumat. Quod ſi præſumpſerit, ab eccleſia [g] alienus habeatur.

Rab. pœn. c. 33. Bur. li. 19. c. 97. Iuo p. 15. c. 81.

† *ſæculum redeunt Joti.*

DISTINCTIO. LI.

RAcc ꝙ criminoſi, vel non verè pœnitentes, vel publicã pœnitentiã agentes, a ſacris prohibentur ordinibus. Adiecit quoq; [h]

Apoſtatæ q dicantur.

Tonſuram ferre non tenetur, q in minoribus contrahit.

2 Sub dimittat: qd intelige, ut dixi ſup. §. proxi.

g ¶Ab eccleſia.) Vt ſup. ea. diſt. ſi quis poſt remiſſionẽ.

RAcc.) CASVS. Supra oſtenſum eſt, ꝙ criminoſi, & ſolenniter pœnitentes promoueri non poſſunt. In hac uero 31. diſt. oſtendit Gratianus, quòd curiales, & armata militia utentes, & aduocati promoueri nõ poſſunt, quod probat cap. ſeq.

h ¶Adiecit quoque.) Triplex aſſignatur ratio, quare officiati, ſiue curiales non promouentur. Vna eſt rõ: qa frequenter contrahunt irregularitatem ex officio ſuo, vt inf. c. 1. & 2. Secunda quia multum moleſtatur eccleſia, cũ tales repetunt, vt inf. c. 2. & 3. Tertia rõ, qa præſumi-

sumitur contra eos, ſp non causa religionis ordinentur, sed vt fugiant ratiocina. 53 distin. legem 1. Quidam addunt duas alias rationes, scilicet, ꝙ ecclesia imitatur de eis cum repetuntur, de quibus gauderet deberet. Item propter voluptates, quas forte habuerunt in suis officijs vt

1 Adde qꝫ obligatus ad ratiocinia, nullatenus potest promoueri. no. in l. officiales. C. de epi sco. & cleri,

sancta mater ecclesia, vel curiales, aut post baptisma militantes, aut in foro decertantes a sacris prohibeantur ordinibus.

Vnde ait Innocentius Papa episcopis in Toletana synodo constitutis, epist. 24. c. 2.

¶Post baptismum militantes, vel in foro decertantes, à sacris prohibentur ordinibus. Cap. I.

† *Quantos enim.*] orig. & per interrogationem.

ALiquantos †ex his, qui post[a] acceptam baptismi gratiã in forensi exercitatione[b] versati sunt, & obtinendi pertinaciam susceperũt, accitos ad sacerdotium[c] esse comperimus, è quorum numero Rufinus, & Gregorius prohibentur; aliquantos ex militia[d], qui cum potestatibus obedierũt, sæua † necessario præcepta sunt exercuisse: aliquantos ex curialibus[e], qui dum parent potestatibus, quæ sibi sunt imperata, fecerunt. aliquantos, qui voluptates[f], & editiones[g] populo celebra runt, ad honorem summi sacerdotij peruenisse; quorum omnium neminem, ne ad societatem quidem ordinis clericorum oportuerat peruenisse. Quæ si singula discutienda[h] mandemus non modicos motus, aut scandala Hispaniẽsibus prouinciis, quib. mederi cupimus, de studio emendationis inducemus: idcirco remittenda[i] potius hæc putamus. Sed ne deinceps similia committantur, dilectionis vestræ maturitas prouidere debebit, vt tantæ vsurpationi saltem nunc finis necessarius imponatur: eo videlicet constituto, vt quicunque tales ordinati fuerint, cum ordinatoribus suis deponantur.

† *Serua.*] ori.

Idem Felici episcopo Nucerino, epist. 4. c. 3.

¶De quibus laicis aliqui ad clericatum non possunt peruenire. Cap. II.

Poly. l. 2. tit. 31. Ansel. l. 7. c. 10. Iuo p. 6. c. 95.

DEsignata sunt genera laicorũ, de quib. ad clericatũ

Causa sanguinis multos impedit promoueri.

3 Alias vt 2. q. 7 sicut sacerdotes nec iudex, &c. alias, vt 2 q. 7. si quis & c. sacerdotes

4 11 q. 1. clericũ nullus.

5 Præterea, aduocatus nec agit, nec acculat, vt ff. de bon. li. cũ maior §. penul.

6 Adde ad hoc text. in c. 1. & ibi Io. And. de post & in c. sniã. ne cle. vel mo Scandali rõne aliqua toleran tur.

7 Concor. tex. in l. si oleum, ff de don. & in l. æquissimũ. ff de vsuf.

8 Ad hoc 45. d. de Iudais. Hugo.

Curiales qui dicuntur.

2 Sub. siue quodcũque officium habentes honestum, vel inhonestum Quandoque vero stricte dicuntur curiales, qui honesta curiæ officia procurant; vt decuriones. Quandoque strictius dicuntur curiales illi q erant officiales in causa sanguinis, a cruore dicti secundum Laur.

vt inf. ead. præterea. Dicũtur autẽ large curiales omnes, qui aliquo modo sunt obligati curiæ huc milites, siue aduocati foresses, siue iudices, siue officiati, siue histriones 2. sed istli prohibentur a promotione, vt sequitur. nullus ergo officialis promoueatur, nisi prius absolutus a curia postea sic, dum tñ sæua non exercuerit nec effuderit sanguinem humanũ, nec turpia & inhonesta facta fecerit, vt histriones. De iudicibus aũt & aduocatis est dicendum, ꝙ si tantũ interfuerunt ciuilibus causis, non repelluntur, vt 61 dist. Ofius, & hoc est verũ, si post baptisma huiusmodi officium exercuerũt, secus si ante, vt inf. ea. c. si quis. Balz. tamen dicit, ꝙ si ante baptismũ aliquis ex officio occidit hominẽ, talis post baptismũ non potest promoueri, quia baptismus tñ crimina tollit, vt 26. dist. deinde, & cap. vna. B. dicit, ꝙ põt quia non debet esse melioris conditionis peccans, quam nõ peccans ad hoc facit, ff. quod vi. aut clam. l. Seruius.

QVI partem.] CASVS. Duo fuerunt homines, qui ſemetipſos abſciderunt: vnus ſponte. alius caſu, cum ruſticano operi curam impenderet. quæſiuit Nucerianus epiſcopus, an valeant promoueri? Reſpondet Felix Papa, ꝙ ille q ſe abſcidit ſpõte, no poteſt: ille vero qui caſu ſe abſcidit, poteſt promoueri: & ſi clericus eſt, non deponetur: quia caſus veniam meretur: ſed voluntas propria vindicanda eſt.

Membra poteſt quis ꝙñque dimittere. ut Hieron. & Eſa.

1 Concor. tex in l.1.ff. de do. facit tex. in l. tutor ff. de ſuſpe. tuto.

e ¶ Digiti.] Forte ſi haberet ſuperfluos digitos, eos poſſet præcidere: ſicut vngues, vel dentes nimis prolixos præcidere poſſet. & Hieronymus fecit ſibi ſecari dentes: & Eſaias ſuam linguã amputauit, vt 8.q.1.in ſcripturis. Arg. contra 35 diſt. ab exordio. ubi dicitur, ꝙ Deus nihil ſuperfluũ creauit in nobis, & eſt arg. ad hoc ſup. ca. quis. ubi dicitur ꝙ Dei conditionis eſt inimicus.

f ¶ Præcipiunt. Ideſt, permittunt. ſic 31.q.1. hac rõne.

g ¶ Caſus.] Sic limplicitati & ignorantiæ venia tribuatur. inf de conſec. diſt 2.c 3. & extra de re. permu. cum uniuerſorum 2. tamen caſus non excuſat in amotione terminorum. ff. de termi mo. l. 2.

SIMILITER. CASVS. Nunc dicit Gratianus, ꝙ illi qui à medicis ſecantur, vel a barbaris, vel qui caſtrantur a dominis, poſſunt promoueri, & ad hoc inducit ſequens capi.

h ¶ Similiter.] Iſtud reſpicit vltimam partem p̃ced. c.

Si abſcidit[a] ſemetipſum: [ideſt †, ſi quis amputauit ſibi virilia.] non fiat clericus[b], quia ſui eſt homicida[c], & Dei cõditionis inimicus. ¶ Si quis cũ clericus fuerit, abſciderit ſemetipſum, omnino damnetur: quia ſui eſt homicida.

† Iſta eſt gloſſa in uetere verſione, Cap. 11.

Item ex concilio Arelatenſi 2. c. 7.

¶ Non producantur ad clerum, qui ſeipſos abſcindunt. Cap. V.

HI †, qui ſe carnali vitio[d] repugnare neſcientes, abſcindunt: ad clerum peruenire non poſſunt.

† Al. qui] orig.

Item Innocentius ſcribit Fœlici Nuceriano epiſcopo, epiſt. 4. c. 1.

In conc. Tribur. c. 11. Poly. l. 2. tit. 31. Burch. l. 2. c. 14. Iuo par. 6. c. 58. Anſel. l. 7. c. 35. Pann. l. 3. c. 43.

¶ Non eſt ordinandus, qui partem digiti volens ſibi abſcidit. Cap. VI.

QVi partem cuiuslibet digiti[e] ſibijpſi volens abſcidit; hunc ad clerum canones non admittũt. Cui vero caſu aliquo contigit, dum aut operi ruſtico curã impendit, aut aliquid faciens ſe non ſpontè percuſſit; hos canones præcipiunt[f] & clericos fieri, & ſi in clero fuerint reperti non abijci †. ¶ In illis enim voluntas eſt iudicata † quæ ſibi auſa fuit ferrum inijcere a: in iſtis vero caſus[g] veniam meruit.

† Infertur ex iſto text. ꝙ aliquod impedit faciẽdum qđ factum tenet. l. non dubium. C. de leg. & l. 1. §. biduũ. ff. quando app. it.

† al. vindicata.

a ¶ Inijcere.] *In originali ſequitur*, quòd ſcilicet & alij id facere dubitari non poſſit, in iſtis, &c.

Similiter[h] *vero intelligendum eſt de ijs, qui per languorem a medicis ſecantur, aut a barbaris abſcinduntur, aut a dominis caſtrantur.*

Vnde in Nicæno concilio, c. 1. legitur.

¶ Qui per languorem a medicis deſecatur ad clerum valet admitti. Cap. VII.

SI quis a medicis[i] propter languorem defectus eſt[k]; aut a barbaris exciſus, hic in clero ꝑmaneat. Si quis autẽ ſeipſum ſanus abſcidit; hunc & in clero conſtitu-

In Tribur. ibi. Anſel. l. 7. c. 36. Poly. ibidem.

S I quis à medicis.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ ſi quis ꝑ lãguorem a medicis ſectus fuerit, vel caſu a barbaris, vel abſciſus, vel a domino caſtratus, poterit promoueri ſi alias eſt dignus, & eſt clericus, non repelletur. Si quis vero cum ſanus eſſet, ſeipſum ſponte abſcidit, non promouebitur, & ſi promotus eſt, debet repelli. Sequens. c. planum eſt.

i ¶ A medicis.] Medicus licite promouetur, ſi eum non remordet conſcientia. extra de ætate & qualit. ad aures ei enim non imputatur euentus mortalitatis. ff. de offic. præſid. illicitas. §. ſicut & tamen imperitia eius culpæ annumeratur. ff. ad legem Aquil. idem iuris. circa medium.

Medicus poteſt promoueri.

K ¶ Defectus eſt.] Vt tamen non pariat nimiam deformitatem, ut extra de cle. ægro. presbyterum.

a ¶ Auda-

a ¶Audentq.] Qui enim sibi audet manum inferre, multo potius aliis auderet, vt ff. de ædi. edi. cum autem. §. excipitur. 23. q. 5. si non licet.
ADDITIO. Et miles, qui se ipsum vulnerauit, punitur secundũ id quod habetur ff. de re milit, omnes. l. qui se.
b ¶Aut

b ¶Aut domini.] Qui autem seruum castrat, capite punitur & seruus & medicus. ff de sic. l. 4. §. vlt. & locus in quo hoc factum est, confiscatur. C. de eunu. l. 1.

EVnuchus.] Talis. n. vitiosus est, vt ff. de ædil. edic. cũ autem. & qñq. pretiosior. ff. ad legẽ. Aqui. si seruus. §. & si puerum.

tum † abstinere conuenit, & deinceps β nullum debere talium promoueri. Sicut autem hoc claret, quod de his, qui hanc rem affectant, audentque [a] semetipsos abscindere, dictum sit; sic eos, quos aut barbari, aut domini [b] castrauerunt, si inueniuntur alias † dignissimi; tales ad clerum suscipit regula.

† ἐξεταζόμενον.

† ἄλλος ἄξιος.

β ¶Et deinceps.] *His verbis inhil respondet in Græco vulgato codici: sed optime apud Balsamonem quemadmodum & in Carthaginensi 6. in capitulis Nicænæ synodi a Teilone & Thearisto versis.*

Item ex canone Apostolorum vigesimo primo.

¶Licite ordinetur episcopus, qui per hominum insidias eunuchizatur. Cap. VIII.

EVnuchus [c], si per insidias α hominũ factus est, vel si in persecutione [d], eius sunt amputata virilia, vel si ita natus [e] est, & est dignus, fiat episcopus ζ.

α ¶Per insidias.] ἐξ ἐπηρείας, idest, ex insultu, & iniuria.
β Episcopus.] *In Græcis exemplaribus non habetur vox ista, & videtur subintelligi, κληρικός.*

Item ex Martino Bracarensi episcopo in capitulis synod. Græc. c. 21.

¶Non excluduntur a clero, qui à medicis, vel à barbaris vel à dominis suis castrantur. Cap. IX.

Iuo p. 6. c. 374. Pann. l. 3. c. 56.

SI quis pro ægritudine naturalia à medicis secta habuerit, similiter, & qui a barbaris, aut dominis suis fuerint castrati, & moribus digni fuerint visi, hos canon admittit ad clericatus officium promoueri. Si quis autem sanus, non per disciplinam [f] religionis, & abstinentię, sed per abscisionem plasmati a Deo corporis existimans posse a se carnales concupiscentias amputari, castrauerit se; non eum admitti decernimus ad aliquod clericatus officium. Quod si iam ante fuerit promotus ad clerum; prohibitus a suo ministerio deponatur.

Concordat Triburiense, c. 33.

Item ex concilio Ilerdensi.

¶Non prohibetur a sacris ordinibus, qui à medicorum incisione claudus efficitur. Cap. X.

Burch. l. 2. c. 15. Iuo par. 6. c. 34. Pann. l. 3. c. 42.

SI quis ininfirmitate positus clericus, medicorum incisione claudus [g] efficitur, promoueri ad sacros ordines eum non denegamus.

Item Stephanus Roberto Metensi episcopo.

¶Non prohibetur a clero, qui digitum sibi casu abscidit. Cap. XI.

Flauius. Iuo p. 6. c. 118. Pann. l. 3. c. 44.

LAtor præsentium Flauius† scilicet clericus ad sanctã sedem Apostolicam veniens detulit a te nobis directam epistolam, qua indagare studuisti, eum a Normannis [h] nuperrime captum sinistræ [i] manus digitum habere

d ¶Si in persecutione.] Non est ergo necesse seruare carnẽ illam, vel puluerem vt dicunt vulgares.
e ¶Natus.] vt frigidus.

SI quis pro ægritudine.] CASVS. Dicitur in hoc ca. ꝙ si quis propter infirmitatẽ a medicis sectꝰ fuerit vel a barbaris vel a domino suo castratus fuerit: si alias dignus est, poterit ꝓmoueri. Si quis vero cũ sanus esset spõte sibi virilia amputatuit, vt a carnali cõcupiscentia abstineret: ꝓpter hoc, & nõ propter abstinentiã nõ potest promoueri, & si promotus est dẽt deponi. Sequens cap. patet.
f ¶Non per disciplinã.] Vt videatur coram hominib. eius continentia. & forte hoc facit propter hypocrisim: sic 35. dis. ecclesiæ principes.

Claudus an possit promoueri.

g SI quis claudus.] Nõ tñ vt oporteat ipsum ire cũ baculo ad altare, vt de consecra dist. 1. nullus episcopus. tamẽ secundum legem veterem claudus non ꝓmouebatur. 49. di. c. 1. & vlt.

LAtor pręsentiũ.] CASVS. Flauius clericꝰ captus a Normãnis amisit digitũ sinistræ manus: & ꝓpter hoc Robertus episcopus suus misit eum ad Papam cum litteris suis: & quæsiuit si posset promoueri. Et rñ. Papa se vidisse qđ acciderat. Vnde commendans epm de sua solicitudine dicit, ꝙ si a barbaris sectus fuerit, & alias dignus est, poterit ꝓmoueri: cum canones in similib. casib. idem dicant.

Normanni feroces sũt.

h ¶A Normannis.] de istorũ ferocitate habes infra. 7. q. 1. sciscitaris 1.
i ¶Sinistræ.] Idẽ si dextræ

1 De Vngaris habes de consec. dist. 1 concedimus Arch,

Digitized by Google

dextræ dum tamen non sit deformitas magna, extra. eod. cap. 1. & extra de cleric. ægrotan. presbyterorum. in a xime si non amisit aliquem de illis, per quos sit signũ crucis.

oculum eius eruit. Ideo Rufinus episcopus priuauit eum officio presbyterij, post hoc factũ postulabat diaconus in sacerdotem promoueri duabus rationibus. Tum quia inuitus oculum amiserat. Tum quia in recompensationem suæ iniuriæ. quod totum Rufinus episco-

abscissum: sciscitans si ob hoc ad ecclesiasticum ordinem valeat promoueri, an non. ¶Quod & nos reperiẽtes, quia solertia tua magis super hoc solicita à sede Apostolica doceri flagitat, normam iustitiæ semper sequi exoptans, studium tuæ sanctitatis merito collaudamus, reuerentiam tuam scire volentes, quoniam si ita est quod a Normãnis digitum ipsum habeat obscissum, ad promouendum (si a-alias dignus fuerit) nil ei nocebit, eo, quod quid de his, q a dominis vel medicis, siue a paganis non sponte tale quid patiuntur, sacris cẽseant canones, dilectionem tuam latere non credimus.

Item Gelasius Papa Palladio episcopo.

¶Tempore sinceritatis dignitas accepta sequente debilitate non amittitur. Cap. XII.

PRæcepta canonum, quibus ecclesiastica regitur disciplina, sicut ad sacerdotium debiles [a] corpore non patiuntur venire; ita & si quis in † eo fuerit constitutus, ac tunc fuerit sauciatus, amittere non potest, quod tempore suæ sinceritatis accepit. ¶Stephanus si quidem presbyter petitorio nobis defleuit oblato, quod habetur γ in subditis, [Olim sibi ante annos plurimos collatam presbyterii dignitatem, quam re vera immaculati corporis iudicio † suscepisset; sed nuper propter prouinciæ vastitatem (quã Thusciæ præ omnibus, Barbarorum † feritas diuersa sectantium, & ambiguitas inuexerit animorum) dũ imminẽtes gladios euadere sugæ præsidio niteretur, acutis sudibus occurrentia sibi septa transiliens, inferiores [b] partes corporis inseruisse suggessit, quæ vix adhibita curatione biennio potuissent odstergi †.] Et ideo frater charissime supradicto locum suum, dignitatemque restitue, quatenus sacrosancta mysteria, sicut consueuit, exerceat. Neq; enim conuenit, ob hoc auferri ante susceptum ordinem, in quo postmodum [c] in inualitudinem corporis casu probatur faciente collapsus.

Ansel. l. 7. c. 39. Iuo p. 6 c. 107. Pann. l. 3. c. 55. Poly. l. 2. tit. 31. † *in eo actu*, Iuo.

† *al. indicio.*

† *al. abstrini.*

† Adde qui de iure dicantur barbari. no. glo. in proæ. insti. §. quorũ. verb. barbaricæ gentes.

γ Quod habetur.] *Sic est emendatum ex Anselmo & antiquis codicibus Gratiani. Nam hæc est usitata forma in epistolis Romanorum Pontificum, vbi propria verba petitionem subiungunt. Antea legebatur:* quod habetur.

2 *Hoc autem non de omnibus membris intelligendum est. Qui enim oculum casu amiserit licet desit voluntas; tamen sacerdotium adipisci non possunt.*

Vnde Gelasius † scribit Rufino episcopo.

¶Non sunt præstanda iura sacerdotij cui oculus erutus est. Cap. XIII.

† *al. Pelagius.*

SI euangelica admonitio iracundiã nec vsque ad verbũ furẽtem prosilire permittit, ut si Racha fratri suo quis dixerit, reus sit gehẽnę ignis: quali putamus pœna plectẽ

Polyc. ibidem. Ans. l. 11. c. 169. *Matth. 5.*

PRæcepta.] CASVS. Presbyter Stephanus inter acutas sudes amisit bursam testiculorũ, dum præsidio fugæ niteret euadere imminẽtes gladios Barbarorũ qui Thusciã præ omnibus prouincijs deuastabant: & propter hoc Palladius eps priuauit eũ officio & beneficio. Stephanus vero conquestus est Papæ de facto episcopi. præcepit ergo Gelasi' Palladio episcopo, vt sibi restituat vniuersa quia sicut canones non patiuntur debilitatos per culpam suam in magnis mẽbris promoueri: ita promoti per casum fortuitum debilitati in membris, non debent repelli.

a ¶Debiles.] Scilicet voluntate, non casu.

b ¶Inferiores.] Videbatur quod iste non posset esse sacerdos. quia nec miles esse posset nisi haberet ad minus vnum testiculũ. ff. de re mil. qui cum vno.

Miles esse non potest qui caret testiculis.

c ¶Postmodũ.] Arg. ꝙ licet quis peruenia ad statũ a quo ñ potest incipere, tamẽ toleratur 29. q. 2 per latũ. 30. q. 1. ad limina. 32. q. 7 hi, q &c. neq; arg. cõtra extra ẽ æta. & qual. c. 1. Solu hic nõ fuit in culpa: ibi sic. 15 q. 1. c. si.

HOC AVTEM. Hæc est secũda pars dist. in qua dr̃ qd in prox cõtinetur. Ioã. de Fan. & sic continuatur. dictũ est supra in pluribus capitulis quod nõ repellit a promotione q casu vel agritudine uel persecutione perdidit membrũ. Nũc vero dicit Gratianus ꝙ hoc non intelligitur de quolibet mẽbro. Nam qui oculum qualitercunque amisit, promoueri non debet ad sacerdotium.

1 Adde hoc quod le. & not. 1 q. 1. cap. 1. in fin. in gl. in ead. ecclesia. Archid.

SI euangelica.] CASVS. Quidam diaconus ad tantam iracundiam quendam sacerdotẽ prouocauit, ꝙ ille sacerdos nõ solum percussit diaconum fuste, sed etiam episcopus Papæ significauit. præcipit ergo Gelasius Papa, vt presbyterum detrudat in monasterium: & loco eius aliũ ordinet, nec diaconum in sacerdotẽ ꝓmoueat quia

quia sacri canones nullum casum in monoculo excipiunt, vt promoueri possit, nec ei prodest, q̃ oculum innit amisit: maxime cum ad tantam iracundiam sacerdotem prouocauerit, vt ille officium, & iste promouendi facultatem amitteret.

a ¶ Inuidum esse, qui nõ solum pugno impie percussit in leuitici hominem officio ministerio seruientem, sed quasi nõ sufficeret ad cædẽ manus, ita (instigante se diabolo) raptus est ad iracundiam, vt fuste non solum percuteret, sed ẽt erueret oculum fratris? Et quamuis huiusmodi excessus grauiori esset pœna plectendus; bene tamen fraternitas tua facit ab officio eum presbyterij remouere. Hoc tamẽ solicitudinis tuæ sit, vt locum ei pœnitẽtiæ cõstituas, & in aliquo eum monasterio retrudas, laica tantummodo sibi communione concessa. In loco autem illius alium te necesse est ordinare presbyterũ. Nam illi, cui erutus est oculus, non possunt secundum canones sacerdotij iura concedi. Neque enim aliquid ei prodest, quòd oculum inuitus [a] amisit; cum nec volens quisquam oculũ amisisse credẽdus est; nec sanctissimos canones aliquem casum in amissione oculi, qui ad sacerdotium adipiscendum non impediret, suis excepisse [b] regulis inuenimus. Sed hoc tã tummodo ad ꝓhibitionem sufficisse videmus patribus, vt qui careret oculo, sacerdotij officium adipisci nõ possit. Sed nec illi vllatenus quasi in compensationem iniuriæ [c] sacratus ordo concedi poterit; qui ad tantam sacerdotem proprium potuit iracundiam prouocare [d], vt & ille officium, in quo erat, amitteret, & iste prouectus sui perderet facultatem.

Iuo p.6.c.121.

DISTINCTIO LVI.

Presbyterorum [e] etiam filij ad sacra officia non sunt admittendi.

Vnde Vrbanus Papa secundus, ait.

In consilio Claramontensi, c. 25. & Melphitensi, & in 1 con filio Inno. 2.c.19. 1 g Setẽtia est in conc. Lateran. sub Alex. iij.p.19. c.2. Ex decret. Gregor. 7. & Vrbani 2. Ansl.l.6. c. 150. Iuo p.6.c.41 0. Pann.l.3.c.51.

¶ Filij presbyterorum à sacris prohibentur officijs. C.I.

PResbiterorũ [f] filios g à sacris altaris ministerijs remouemus; nisi aut in cœnobijs [h], aut in canonijs religiose probat, fuerint conuersati.

canonicis. regularibus 1 Arg contra. 5. dist. ad eius, secundũ H.

a ¶ Inuitus.] Arg. est ad qõnẽ, q̃ si sponsa est oppressa à sponso, nõ posset resistere religionẽ, quia non prodest ei, q̃ inuita est passa. Quid de hoc sit, in quæstionibus dixi B. Dic, q̃ ingredi poterit non obstante corruptela: quia non debet esse melioris conditionis malus quàm bonus. nã nemo ex suo dilicto, &c. vt ff. de reg. iur non fraudatur. tamen qui oculum amiserit, remanet tutor, vt C. de excusa. tuto frater tuus.

b ¶ Excepisse.] Arg. quod vbi canon non excipit, nec nos excipere debeamus 2.q 5 contuluisti.

Pœna vnius non debet esse ꝓmium alterius.

c ¶ Iniuriæ.] Quia pœna vnius non debet conuerti in præmium alterius ff. ad Sylla l. si sequens. ff. q̃ met. cau sicut in exceptione. §. Pedius.

d ¶ Prouocare.] Grauius delinquit qui me ad iracundiam prouocat, quàm ego. C. ad l. Iul. de vi priuat. quoniam & 23.q.5.c.si homo.

e ¶ Presbyterorum.] Hæc dist. diuidit in tres partes. In prima parte probat, qd̃ nullus illegitime natus promouetur, nisi in cœnobijs uel canonia regulari, & hoc probat ꝓ ex. Vrbani, quod solum. cap. continet ius commune. Secunda ibi, [Sed hoc.] Tertia ibi.] Contra] Ioan de Fan.

CASVS. Hic intitulatur. 56. dist. in qua agit Gratianus de filijs presbyterorum, & ostendit qui eorum promoueri possunt, & qui non, allegando pro vtraque parte, & solutionem ponendo.

Filij presbyterorum duplices sunt.

e ¶ Presbyterorũ] de legitimis filijs nõ est dubium quin licite promoueantur. infra eod. §. cum ergo. sed illegitimi non: si tamẽ sint in monasterijs, vel canonijs regularib. licite promouentur, vt inf. eo. c.1. & ext. eo. c.1. et c. ad abolẽdam. quia ingressus monasterij tollit irregularitatẽ. 2. vers. q.1. legi. 16. q. vlt. ca. vlt. et in auth. de monachis in prin. coll. 1. Licet quidã cõtrariũ dicant, & dñt, q̃ religio circa eos nõ plus operatur, nisi q̃ facilius cũ eis dispẽsatur. arg. pro. eis. 55. dist. c. priscis. & 50. distin. c. fi. ille. Et dico ẽpm posse dispensare circa tales, vt ext. eo. veniens. & ca. ex transmissa 3. sed solus Papa dispẽsat cũ eis in ẽpatu, vt extra de elect. innotuit. Dicunt tñ quidã, q̃ circa paternas ecclesias immediate habẽdas sol[a] papa possit dispẽsare, arg. ex. eo. ex tua 4. q̃ non credo, per illã decr. veniens lo. Sed certe solus Papa dispensat in hoc casu, vt extra eod. c dilectus filius. & extra eod. c. vlt. vbi de hoc traditur B.

2 Arg. contra extra q cler. uel uouentes. ca. 2. & de apost. ca. 2. vbi de hoc: & ibi videas.

3 Innoc. intelligit istã decr. de dispensatione Papæ. Aliq cõtra eo. ti. conquerẽtes. Archid.

4 Dicas secundũ Rayne. & Host. q̃ in talibus ecclesiis potest episcopus dispẽsare cum filio illegitimo, ut probatur in hac decr. ex tua. cum ibi respondeat ad consultationẽ. Arch.

Filiorũ appellatione nepotes cõtinentur.

f ¶ Presbyterorum.] Idem de diaconis & subdiaconis, quia non est alia causa prohibitionis, nisi quia timentur in eis exempla paterni criminis. vt 6 q. 1. si quis cũ. & etiam propter odium paternum, vt 15 q. vlt. cũ multæ & 24 dist. quando.

PResbyterorum. CASVS. Quæritur fuit an filij presbyterorum sint promouendi? Et rñdet, non, nisi in monasterio vel regulari canonia fuerint conuersati.

g ¶ Filios.] Sed numquid hoc ad nepotes extenditur? & videtur q̃ sic: quia nomine filiorum nepotes continentur. ff. de verb. sign. liberorum. & argu. ff. ad Maced. filium. Sed non est ita: quia odia sunt restrigenda, et de pœn. dist. 1. pœna. ff. de liber. & posthu. cum quidã. tollitur enim vitium per successionem, vt inf. eod. dñs. & licet senator non possit ducere illam cuius pater vel mater artem ludicram fecit: tamen potest illam ducere cuius auus, uel auia artem ludicram fecit, ut ff. de ritu nup. l. lege Iulia. §. 1.

h ¶ Cœnobijs.] Sed hoc ad facilitatẽ dispositionis refe-

Digitized by Google

Locus non sanctificat.

zus, ut quidam dicunt. Idem est vbicunque conuersentur religiosi: quia locus non sanctificat hominem, ut 40. dist. non loca. nam conuersati in monasterijs sæpe deteriores sunt alijs, ut 47. dist. quantumlibet.

SED HOC. Hæc est secunda pars huius distinctionis in qua probare vult, q̃ si boni fuerint, non nocent illis natales parẽtum. & hoc vult probare per 8. auctoritates. Ioan. de Fan. CASVS. Dicit Gratianus, quòd supradicta intelligunt de filijs sacerdotum, q̃ paternam incontinentiam imitantur. Sed si sunt bonæ uitæ, non solum sacerdotes, sed etiam Papæ fieri possunt. Q̃d probatur exẽplo Bonifacij, & Fœlicis, & Agapiti, & multorũ aliorum, qui fuerunt filij sacerdotum, & tamen ad summum sacerdotium sunt promoti.

a ¶ Sed hoc intelligendum est.] Istud spectat ad principiũ capituli.

OSius.] Aliàs Orosius. Omnia ista exempla intellige de his, qui laicali statu, vel minoribus ordinibus orationibus parentum susceptisunt: quãdo suis parentib. licebat uti vxoribus suis infra eo. cum ergo. Archi.

VNdecunq.] CASVS. Ab hoc loco vsque ad [§ Contra.] Probat Gratianus peccata parentum filijs non imputari. est ergo casus istius cap. talis. Duæ q̃stiones factæ fuerunt August. Prima fuit, an peccata parentum filijs imputentur. Et respõdet, q̃ non si paterna uitia non sequantur. Semen enim hominis ex quocunq; homine bonum est, & Dei creatura est. Secunda fuit, an mali filij coniugatorũ nuptias vituperent, & respondet q̃ non: sicut nec boni filij adulterorum eos ab adulterio excusant.

2 *Sed hoc intelligendum est* [a] *de illis, qui paternæ incõtinentiæ imitatores fuerint. Verum si morũ honestas eos commendabiles fecerit; exemplis & auctoritatibus non solum sacerdotes, sed etiam summi sacerdotes fieri possunt.*

In Pontificali.

[*Vnde Damasus Papa scribit.*]

PALEA Cap. II.

OSius Papa fuit filius Stephani subdiaconi. Bonifaci⁹ Papa fuit filius Iucũdi presbyteri. Fęlix Papa filius Fęlicis presbyteri de titulo fasciolę. Agapitus Papa filius Gratiani presbyteri. Theodorus Papa fili⁹ Theodori episcopi de ciuitate Hierosolyma. Siluerius Papa filius Siluerij † episcopi Romæ. Deusdedit Papa filius Stephani subdiaconi. Fęlix enim tertius, natione Romanus, ex patre Fęlice presbytero fuit. Item Gelasius natione Afer, ex patre episcopo Valerio natus est. Itẽ Agapitus natione Romanus, ex patre Gordiano presbytero originẽ duxit. Cõplures etiam alij inueniũtur, qui de sacerdotibus nati Apostolicæ sedi præfuerunt.

† *al. Homisda.* Iuo in prolo. Pann in prologo. c. 30. & lib. 3. c. 52.

¶ In nullo vetusto Gratiani codice adscribitur hic nemẽ Palea; In decimo Vaticano, & alijs quibusdam habetur coniunctè cũ verbis superioribus Gratiani. à vers. Fęlix enim tertius, *vsque ad finem. In alio autem satis etiam emẽdato ista eadẽ cohærẽt cum superioribus; sed post illa verba,* ex patre Gordiano presbytero originẽ duxit, *sequitur:* vnde Damasus Papa scribit. Deusdedit Papa filius Stephani subdiaconi, Bonifacius Papa filius Iucũdi presbyteri, Fęlix Papa filius Fęlicis presbyteri de titulo fasciolæ, Agapitus Papa filius Gordiani presbyteri, Theodorus Papa filius Theodori episcopi de ciuitate Hierosolyma, Siluerius Papa filius Hormisdæ episcopi Romæ. Complures etiam, &c. *Nec vero magnopere mirandũ est hæc omnia ex Damaso citari, q̃ vixit ante istos, qui hic enumerãtur. Liber enim qui Põtificalis dicitur, vbi hæc scripta suis locis leguntur, à Damaso captus est scribi: ideoque licet ab alijs multa deinde sint addita, retinuit tamẽ primi auctoris nomen: Iuo quidẽ etiã fere ista refert ex Gestis Romanorum Pontificũ. Omnino partem aliquam huius capitis, saltem illam, quæ in decimo Vaticano habetur, ab ipso Gratiano scriptã esse constat ex verbis Gratiani in extremo præcedente capite, & capite penultimo huius distinctionis. Auctor vero Palęæ, dum vnum per se caput conficere voluit, ordinem perturbauit, præsertim in repetitione Fœlicis tertij, & illud Osio temere adiunxit, quod nulli Romanorum Pontificum nomen fuit.*

Hinc Augustinus ait libro de bono coniug. cap. 16.

¶ Vitia parentum, filijs non imputantur. Cap. III.

Sent. 4. dist. 33. in fine 38. q. 4. sicut, §. vndecunque. Iuo in prolog. & p. 6. c. 41 §. Pann. in prologo. c. 29.

VNdecumque homines nascãtur, si parentũ vitia nõ sectentur, & Deũ rectè colãt; honesti & salui erũt. Semen enim hominis ex qualicunque homine, Dei creatura est; & eo male vtentibus male erit, nõ ipsum aliquando malum erit. Sicut autẽ boni filij adulterorũ, nulla [b] est

b ¶ Nulla est.] Similis locutio: Vestes quas genitis, sordida lana fuit.

a ¶ sic

Patris delictū an nocet filiis

defensio adulterii †, sic mali filii [2] coniugatorum nullum est crimen nuptiarum.

† *al. adulteriorum) orig.*

Item Ioannes Chrysostomus homilia tertia in Matthæum.

¶De eodem. Cap. IIII.

Ad illa verba, *Iudas autē genuit, &c.*

Sent. ibidem. Iuo p. 6. c. 414.

NVnquam de vitiis erubescamus parentum, sed vnum illud quæramus [a], & amplectamur, virtutem videlicet. Huiusmodi enim etiam si alienigenam quis habeat matrem, etiam si fornicatione pollutam, vel quolibet eiusmodi decore sordidatam; nihil tamen de eius aut vilitate fuscabitur, aut crimine polluetur. Quod si fornicatorē ipsum ad meliora conuersum nequaquam prior vita commaculat, multo magis ex meretrice natus, & adultera si propria virtute decoretur, parentum suorum nō dedecoratur opprobriis. *Item infra.* ¶Non est omnino nec de virtute, nec vitio parentum aut laudandus aliquis, aut culpandus: nemo inde vere aut obscurus aut clarus est: immo etiam (si quiddam a communi [β] opinione abhorrens dicē dum est) nescio [b] quomodo ille magis resplendet qui ex parentibus [c] a virtutibus prorsus alienis, ipse tamen fuerit virtute mirabilis.

[a] ¶Quæramus.] *In versione, quæ nunc vulgata est legitur,* atq; omnibus studijs assequamur nobilitari propriarum honore virtutum. *Græce integer locus ita habet, παιδίων καὶ ἡμᾶς διὰ τοῦτο μηδέποτε ἐγκαλύπτεσθαι ἐπὶ τῇ τῶν προγόνων κακίᾳ, ἀλλὰ μόνον ἐπιζητεῖν τὴν ἀρετήν.*

[β] ¶Si quiddam a communi] *Sic est emendatum ex Græco εἰ δέ τι χοῦτι καὶ παρὰδοξον εἰπεῖν. Antea legebatur, quemadmodum fere & in vulgata versione, & apud Luonem,* vt consideratius aliquid dicamus, aut expressius.

Item Hieronymus in epistola ad Pammachium contra errores Ioannis Hierosolymitani.

¶Non parentum, sed propria culpa quemque condemnat. Cap. V.

Iuo p. 6. c. 413.

NAsci de adulterio, non est eius culpa, qui nascitur; sed illius qui generat. Quomodo in seminibus non peccat terra, quæ fouet; nō semen, quod in sulcis iacitur, non humor & calor, quibus temperata frumenta in germen pollulant; sed verbi gratia, fur & latro, qui fraude, & vi eripit semina; sic in generatione hominū recipit terra, idest vulua, quod suum est [d], receptum confouet, confotum corporat, corporatum in mēbra distinguit, & inter illas secretas ventris angustias Dei manus semp operatur ideinq; est corporis creator & animæ. Noli despicere bonitatē figuli tui, q te plasmauit, & fecit, ut uoluit. Ipse est Dei uirtus, & Dei sapiētia, q in utero uirginis ædificauit

Tollē tuum Hannibalem. Malo pater ibi Tersites, dummodo tu sis Æacidæ similis, Vulcaniaque arma capessas: Quam te Tersite similem producat Achilles.

NVnquam.] CASVS. Dicit Ioa. Chryso. quod nunquā filius debet erubescere de vitiis parentum, dummodo sit virtuosus. Nam quācumcūque quis matrem habeat vilē & pollutam, nūquā de eius vilitate obfuscabit vel polluet: q a si fornicatrix, vel fornicator post pœnitentiā ex vita no maculatur, multo minus maculatur filius de meretrice natus, si virtute propria decoratur: imō magis laudandus est quam natus ex bonis & nobilib. parētibus, si malitiam sequatur, & malus sit.

b ¶ Nescio.] Hoc vult dicere, q ille, q natus est ex parentibus prorsus alienis a virtutibus, dum tamen ipse sit bonus, melior est quam ille q natus est de bonis parētibus, licet ipse etiam sit bonus. 2.

c ¶Parentib.] idest ratione parentum.

2 Magis. n. admirabilis est, qui exēplar non habuit, & bonus est: quā qui habuit, & bonus est. arg. 86. dist. in scripturis. Archid.

NAsci.] CASVS, Rufinus natus fuit ex adulterio, & iō despiciebat creaturem, qui sic eū fur manerat, & culpabilem & peccatorē se propter hoc reputabat. Sed Io. Chrysostomus, scribit cōtra eum, & docet, q propter hoc non debet despicere Dominū, nec se peccatorē reputare quia nō ipse, sed qui eum de adulterio generauit, peccauit, semine abutēdo: sicut nec peccat semē, quid in sulcis nascitur, sed peccat fur qui rapit: & consolatur eum duobus exemplis s. Iepte, qui licet fuerit filius meretricis, tā sāctus fuit. Et exēplo Esau, qui licet natus fuerit

Mulieres ad quid producuntur.

3 Et est maximum in mulieribus concipere, &c. ff. de ædil edi. quæritur. §. 1.

1 Nī mala parentum filiis non imputantur. ff. de decu. l 2. § 2. & vl. & filius fugitiui fugitiuus filius non est. ff. de fug. l. 1. secundū Laud.

Eccle. 35. 1. Cor. 1. 2. Ind. 18.

item quo ad successionem, vt 6. q. 1. si quis cum. item quo ad alias pœnas, vt 1. q. 4. §. item peccato. Mitius tamen loquitur lex de illis, qui spurii sunt, q non obstet eis hoc, quin possint eligi ad decurionatum, quia non est impediende dignitas eius, qui nihil admisit 3, vt ff. de legitimo coniugio, tamen malus fuit & pessimus.

d ¶ Quod suum est.] Mulieres enim ad hoc natura genuit, vt partus ederent 3, vt C. de indict. vidui. l. 2. & pudor est fœminis nuptiarum præmia non habere, ut 32. q. 2. pudor.

Digitized by Google

a ¶Sanctos.] Tamen in hoc non fuit ſanctus, q̃ temerarium iuſtum voluit ſeruare, vt 22 q 4 vnuſquiſque.
ADDITIO Ibi innenies hanc hiſtoriam, ſecundū Hu.
b ¶Triticum 24.q.1: quoniam vetus.

SPonſus.] CASVS. Dī in hoc c. q̃ Chriſtus, qui quotidie vocat bonos & malos ad nuptias ſuas naſci voluit ex bonis & malis parentib. vt eius exemplo diſcamus, vitia parentum nobis non obeſſe.

Eccleſia eſt Chriſti ſponſa, & non vxor.

c ¶Sponſus.] Eccleſia vocatur ſponſa Chriſti: quia adhuc per delictum ſeparari * poteſt ab ipſo, ſicut ſponſa a ſponſo ante cōſummatum matrimonium, ſed in futuro ſæculo dicetur vxor, quæ modo ſponſa dicitur. 7. q. 1. ſicut vir.

* Non tota, ſed in partib.

SAtis.] CASVS. Quidam epiſcopus volebat priuare quoſdā clericos officio & beneficio propter peccata parentum. Sed dicit Greg. ſatis eſſe puerum, vt deijciatur ab officiis vel gradu, quē propriū facinus, vel culpa non deiicit.

d ¶Satis peruerſum] Illud c. intelligitur de iā promoto, talis enim p̃ delictum alterius nō priuatur iure ſuo. non enim priuādus eſt quis iure ſuo, niſi pro grauiſſimo delicto, vt 26 q. 7. inuentum. & 74 diſtin. geſta. excipiūt quidam caſum in eo, qui ignoranter adeptus eſt beneficium pecunia patris, vt 8. q. 5. cap. 1. Sed illud iō perdit quia furtiuū eſt. Sed quid ſi pater, cōmiſit crimen læſæ maieſtatis, nonne filius priuandus eſt beneficio, cum ſit infamis factus? vt 6. q. 1. ſi quem. & infames p̃moti etiam deiiciūtur, vt 6. q. 1. Infames. Nō, quia cum clericus ſit, eſt a iuriſdictione principis exemptus † vt 96. diſt. duo. 1. q. 4. §. ceō tra. in fi. Itē fallit illud extra de eccle. ædi. ad audiē tiam 2 & ext. de cle. ægro. c. 2. vbi quis ſine culpa, priuatur iure ſuo: hoc tamen ſcias, q̃ multoties quis punitur ſine culpa, ſed non ſine cauſa, vt extra vt lit. nō conteſt. quoniam ſupra 34. diſt. ſi cuius vxorem.

Patris delictum etiam grauiſſimū non tollit filio beneficium.

† Exē ptus. Idē Alber. L quiſquis. C. ad leg. Iul. maieſt. Lud. Ro. in 636. Ang. tracta. male. verbo alq; hoc tra-

DOminus noſter.] CASVS. Hiero. fuit interrogatus an ille qui naſcitur de adulterio, repellatur a ſacerdotio, Et reſpōdet q̃ nō, ſi eſt bonæ vitæ. & hoc probat exemplo Chriſti, qui naſci voluit de adulterinis commiſtionibus & alienigenis, dans nobis fiduciam vt vndecunque naſcamur, ſi boni eſſimus, quod non repellimur a ſacerdotio, & quòd Chriſtus natus fuerit de adulterinis commiſtionibus probat per genealogiam, inſi-

dito in illa patria vol. 7. Gem. cap. vt cōmiſſi. de hær. in 6. Pa. c. cum laicis de in. pa. ſed Ioa. Imo. in prin. ſo. ma. Phi. Fran. c. Felicis. §. ſi quis. in glo. ver. Pontificalē, de pœnis in 6. & Præpoſ. hic dicunt gl. eſſe veram in maieſtate tēporali. ſecus in eccleſiaſti ca idē Hēri. Bohic. in ca. vergētis. de hæret.

ſibi domum Iepte inter viros ſanctos. Apoſtoli voce numeratus meretricis eſt filius. Sed audi. Eſau de Rebecca, & Iſaac genitus hiſpidus tam mente, quam corpore, quaſi bonum triticum [b] in lolium; auenasque degenerat; quia non in ſeminibus, ſed in voluntate naſcentis cauſa uitiorum eſt atque uirtutum.

Item Auguſtinus contra Fauſtum, lib. 22. c. 64.

¶Iniquitates parentum filijs obeſſe non poſſunt. Cap. VI.

SPonſus [c] ille, qui uocaturus erat ad nuptias bonos & malos, ſuis congruens inuitatis, naſci etiam uoluit de bonis & malis: quo exemplo diſcant fideles parentum ſuorum iniquitates ſibi obeſſe non poſſe.

Matth. 22.

¶*Apud B. Auguſtinum, lib. 22. contra Fauſtum, c. 64 ſic legitur.* Fideles enim eius venturi ex omnibus gentibus, etiam ex exemplo carnis ipſius diſcere debuerunt, parentum ſuorum iniquitates ſibi obeſſe non poſſe. Proinde ſponſus ille ſuis congruens inuitatis, qui vocaturus erat ad nuptias bonos & malos, etiam naſci voluit de bonis, & malis. *Et ex his cōpoſitum eſt hoc caput.*

Item Gregorius ad Columbum epiſcopum Numidiæ, lib. 10. epiſt. 8.

¶Non aliena culpa, ſed propria aliquem ab eo, quo fungitur, deiicit gradu. Cap. VII.

SAtis peruerſum [d], & contra eccleſiaſticam probatur eſſe cenſuram, ut fruſtra pro quorūdam uoluntatibus quis priuetur, quem ſua culpa, uel facinus ab officio, quo fungitur gradu, non deiicit.

Item Hieronymus.

¶Ex adulterinis nati coniunctionibus a ſacerdotio non prohibentur. Cap. VIII.

DOminus noſter Ieſus Chriſtus uoluit non ſolum de alienigenis, ſed etiam de adulterinis commiſtionib. naſci nobis magnam fiduciam præſtans, ut quacunque modo naſcamur dum tamē eius veſtigia imitemur, ab ipſius corpore non ſeparemur, cuius per fidem membra effecti ſumus. Et ſicut ille uerus eſt pontifex ex adulterinis natus coniunctionibus, ita qualicunque ordine natus ſit aliquis tantum † ut perfectam fidem habeat, & quod fide tenet, operibus impleat, ſitque litteratus, & uir unius uxoris, nequaquam a ſacerdotio [e] repellitur [f]. Iudas enim

Anſ. l. 6. c. 249. Poly. l. 2. tit. 31.

† *al. tamen.*

incipiens a Iuda Patriarcha, qui cum Thamar nuru ſua inceſtum & adulterium commiſit, & ex illa generatione plures nati ſunt, poſt quos Dauid, ex quibus Chriſtus originem duxit.

e ¶A ſacerdotio.] Nō intelligas, q̃ ipſo iure poſſit promoueri: ſed hoc ideo dicit: quia ep̃s tenetur in hoc caſu diſpenſare, quia diſpenſatio quandoque eſt debita, vt dixi 50. diſt. vt conſtitueretur.

f ¶Repellitur.] Sed nonne filii ſacerdotum ſerui ſunt eccle-

Filii ſacerdotum an ſint ſerui eccleſiæ.

Digitized by Google

ecclesiæ, vt q. 1 5. q. vlt. cū multæ. qualiter ergo promouentur non adepta libertate? Sed dic, quòd illud loquitur de his, qui quasi legitimè & solemniter ducunt 1, vel derogatum est ei contraria consuetudine. 4. dist. §. leges.

1 Scilicet vt vxores, non vt concubinas, & ita ēt intelligitur. 31. d. quidā sm Vincen. Goff. & Inno. qui ita no. extra de cohabi. cler. & cap. 2. De hoc no. 23. distin. eos. Arch.

Ismael. Gen. 21. Ruth. 4.

patriarcha concubuit cum Thamar nuru sua, & ex illo concubitu nati sunt Phares, & Zaran. inde postea Salmon, qui fuit dux in deserto: inde Obeth a, inde quoque Booz, inde postea Iesse, qui fuit pater Dauid. Ex illa ergo progenie origo ducitur Christi, qui verus sacerdos est: ideoque si filii eius sumus, quæ ipse fecit, nos imitari debemus.

a ¶ Inde Obeth.] *In primo capite Euangelij S. Matthæi, Booz dicitur genuisse Obeth.*

Item Augustinus de vnico baptismo contra Donatistas, lib. 1. c. 15.

¶ A populo Dei non separat aliquem materna conditio, sed propria culpa. Cap. IX.

Iuop 3. c. 61. Penn. l. 6. c. 44.

ISmael, vt separaretur a populo Dei, non obfuit mater ancilla, sed obfuit fraterna discordia [a]: nec profuit potestas [b] vxoris, cuius magis filius erat; quia per ipsius iura coniugalia, & in ancilla seminatus erat, & ex ancilla susceptus.

3. Contra Bonifacius martyr scribens Echeldobaldo Regi Anglorum.

¶ Vitia parentum etiam ad posteros transferuntur. Cap. X.

Iuo p. 1. c. 224.

SIgens Anglorum (sicut per istas prouincias diuulgatum est, & nobis in Francia, & Italia improperatur, & ab ipsis paganis improperium est) spretis legalibus connubiis, adulterando, & luxuriando ad instar Sodomiticæ gentis fœdam vitam duxerit; de tali commistione meretricum æstimādum est degeneres [c] populos, & ignobiles, & furentes libidine fore procreandos, & ad extremum vniuersam plebem ad deteriora, & ignobiliora vergentem, & nouissimè nec in bello sæculari fortem, nec in fide stabilem: & nec honorabilem hominibus, nec Deo amabilem esse venturam: sicut aliis gentibus Hispaniæ, & Prouinciæ, & Burgundiorum populis contigit: quę sic a Deo recedentes fornicatæ sunt, donec iudex † omnipotens talium criminum vltrices pœnas per ignorantes legem Dei, id est † per Sarracenos uenire, & sæuire permisit [d].

† al. vindex.

† al. istum.

β ¶ Per ignorantes.] *In epistola B. Bonifacij martyris, (quæ una cum multis alijs extat manuscripta in codice sæpe memorato bibliotheca Dominicana) legitur:* per ignorantiam legis Dei, & per Saracenos, &c. *cum qua lectione concordant aliquot vetusta Gratiani exemplaria, & fere etiam Iuo.*

sup. ead. c. presbyterorum.

Vnde [e] Vrbanus in fine superioris capitis distinguendo subiunxit.

a ¶ Fraterna discordia.] Quam habuit contra Isaac. 3. q. 4. recurrat.

b ¶ Potestas.] Hanc olim habuerunt potestatem mulieres, vt de licētia, vel ptāte ipsarū viri possent accedere ad ancillas suas 1, & filii ita nati dicebātur potius filii dnæ q̄ ancillæ: sed erat legalis filius dominæ, & carnalis filius ancillæ. ita secundū legem Mosaicā mulieres poterant adoptare filios 3. sed secundum legem Iustiniani non possunt, nisi filii eius sint in acie amissi, vt Iustit. de adop. §. fœminæ.

1 Vt 32. q. 3. dixit.

3 Adde sacerdotes habere idē ius cum mulieribus. nota. in l. 2. §. Iud. & in l. si pater. §. fi. & in l. si arrogator, penu. de ādop.

CONTRA. Hæc est tertia pars huius disti. in qua probat contrariū eius quod præmittitur. Ioa. de Fan.

CASVS. Hactenus probauit q̄ peccata parentū filiis nō imputantur. Nūc vult probare cōtrarium per sequens cap.

SIgēs. CASVS. Imperabat Bonifacio in Italia & Frācia, & ēt ab ipsis paganis, q̄ gēs Anglorum ducebat fœdam vitā adulterando & fornicādo ad instar Sodomiticæ gentis. Scribit ergo Bonifacius martyr Regi Anglorū, dicēs non esse mirum, si nuper fuit in bello deuictus: cū ex talī cōmistione vilis gēs oriat, & libidinosa, nec Deo amabilis: & hoc probat exemplo Hispanorum & Prouincialiū & Burgūdiorū, qui tā diu fornicati sūt donec per Sarracenos puniti & deuicti fuerūt.

c ¶ Degeneres.] Quod ad fœtitudinē & nobilitatem, vt 35. q. 2. quædam.

d ¶ Permisit.] Not. q̄ pp delictū pmittit: Deus inferri 4 pœnas vt 5. q. 5. nō omnis. 19. q. 1. & tēporis. & c. reuertimini. & 7. q. 1 scisciteris.

4 Ad hoc 23. q. 5. remittuntur, & §. hinc notandum. & quæst 4 si quos. Arch.

e ¶ Vnde.] Istud vnde, continuatur ei quod dixi supra in illo §. sed hoc in prin.

VNDE. Istud vnde, ita continuatur: peccata parentum nocent filijs: vnde non possunt promoueri nisi in cœnobiis: vel nisi dispensetur cū eis. Quod sequitur, planum est vsque ad cap apostolica.

ISmael. CASVS. Abraham auctoritate & licentia vxoris suæ, scilicet Saræ cognouit Agar ancillā, & ex ea genuit Ismaelem: qui repulsus fuit a populo Dei, non ideo quia natus fuerat de ancilla, sed quia faciebat iniuriam fratri suo Isaac, compellendo ipsum adorare terreas imagines, & alias sibi nocendo.

APostolica.] CASVS. In quadam ecclesia episcopali duo fuerunt clerici: vnus fuit electus ab ecclesia, & canonicè, qui dignior erat, altero electo ab ecclesia, & digniori obijciebatur, ꝙ erat filius sacerdotis. Super hoc fuit consultus Papa, qui mandat electum canonicè consecrandũ, nõ obstante eo quod dicitur filius sacerdotis: si alias dignus inueniatur.

a ¶ Ab ecclesia.] Nota quòd dicitur ab ecclesia electus, qui à maiori parte capituli est electus, ut extra de elect. cum nobis ff. ad munici. qũ maior. extr. de elect. cum inter. in prin.

Electus à maiori parte capituli dicitur electus ab ecclesia.

b ¶ Cæteræ.] Improprie ponitur, sic 26. dist. deinde 1. vel nomine cæterorũ, omnes 2. comprehẽdun tur, vt ff. de verb. sig. cæterorum.

¶ Sic infra e. proxi.

2 De hoc ẽt leg. & not. 50. dif. vt cõstitueretur. & secũdum hoc dic, cæteræ, id est, ſi omnes, Arch.

HOC AVTEM. Dicit Gratianus, ꝙ supradicta cap. in quibus dictum est ꝙ filij presbyterorũ possunt promoueri, ex dispensatione loquũtur, nec faciunt regulam generalẽ, quod probat seq. cap.

CCœnomanensẽ.] CASVS. In ecclesia Cœnomanen. electus fuit in episcopum quidam filius sacerdotis: quare ꝙ fuit Barth. Turonẽ. archiepiscopus, an propter hoc eum deberent repellere. Et respondet Papa, ꝙ non, si aliàs bonus est: non tamen uolumus vt in posterum hæc regula recipiatur, sed vt ad tempus necessitati ecclesiæ consulatur.

Illegitimi sunt postulandi.

c ¶ Electum.] Hodie non sunt tales eligẽdi, sed postulãdi a solo Papa, quia metropolitanus cum electo in episcopũ non posset dispensare, ut extrà de electio. innotuit.

d ¶ Sed ad tempus.] inf. 1. q. 3. tali ioan. CVMERGO. iste §. respicit illũ §. sup. sed hoc intelligẽdũ. Et dicit Gratianus, ꝙ illi qui dicuntur ibi esse promoti in summos põtifices, intelliguntur esse nati non de fornicatione, sed de coniugio legitimo: quod olim fuit licitum omnibus sacerdotibus: nunc autem licet tantum orientalibus.

e ¶ Cum ergo.] Respicit primum §. huius dist.

f ¶ De fornicatione.] Non dicit bene: quia si esset legitimi sine dispensatione promouerentur.

QVOD AVTEM CASVS. Obijcit Gratianus sibi in hoc §. & postea soluit dicens, ꝙ illud quod dictum est sup. in c. vndecumque, ꝙ vitium originis non imputatur semini: videtur contrariũ ei, quod dicitur in Ecclesiastico, ꝙ adulterorum filij abominatio sunt Domino. Sed dicit illud sic esse intelligendum, sicut intelligitur quod supra dictum est de filijs presbyterorum, ut illi tãtum dicantur abominatio esse Domino, qui paterna vitia vel flagitia eorum sequuntur.

g ¶ Negatur.] Supra eod. vndecumque. Quia.]

¶ Si religiosi inuenti fuerint filij sacerdotum, ordinentur. Cap. XI.

¶ Rubrica huius capitis abest ab aliquot vetustis (neque enim est vlla capitis distinctio.) & præponitur sequenti capiti, apostolica.

NIsi aut in cœnobijs; aut in canonijs † religios è probati fuerint conseruari. † al. canonicis.

Item Alexander II.

¶ De eodem. Cap. XII.

APostolica auctoritate præcipimus vobis, vt si eum, qui ab ecclesia [a] electus est, altero digniorem esse, canonicamq; eius electionem probaueritis; fulti nostra auctoritate consecretis. Nam pro eo, quòd filius sacerdotis dicitur, si cæterę [b] virtutes in eum cõueniant, nõ reijcimus; sed suffragantibus meritis conniuendo eum recipimus. Anſ. l. 6. c. 29.

Hoc autem, quod de filijs sacerdotum dicitur, ex dispensatione ecclesiæ introductum videtur, & quod ex dispensatione introducitur, ad consequentiam regulæ trahi non poterit.

Vnde Vrbanus Papa II. scribit Bartholomeo Turon. archiepiscopo.

¶ Filij sacerdotum non prohibentur ab episcopatu, si cæterę virtutes in eis inueniantur. Cap. XIII.

COenomanensem electum [c] pro eo, quòd filius sacerdotis dicitur, si cæterę virtutes in eum cõueniũt, non reijcimus: sed suffragantibus meritis patienter suscipimus: non tamen, vt hoc pro regula in posterum assumatur: sed ad tempus [d] ecclesiæ periculo consulitur. Anſ. l. 6. c. 29. Pana. l. 3. c. 53.

Cum ergo [e] ex sacerdotibus nati, in summos Põtifices supra leguntur esse promoti, non sunt intelligendi de fornicatione [f], sed de legitimis coniugijs nati: qua sacerdotibus a ante prohibitionem vbique licita erant, & in orientali ecclesia vsque hodie eis licere probatur. supra c. Olim.

Quòd aũt nitrũ originis semini imputari negatur. §, videtur esse contrarium illi sentẽtiæ: [Adulterorum filij abominatio sunt Domino.] Sed sicut supra dictum est de presbyterorum filijs; ita & hoc de filijs adulterorum intelligendum videtur, vt illi dicantur esse abominatio Domino, ad quos paterna flagitia hæreditaria successione descẽdunt. Similiter & illud Vrbani intelligendum est, quod ipse scribit Petronio Legionen. episcopo. Sapien. 3. sed paulo aliter.

Digitized by Google

QVia.] CASVS. Hoc c. intelligitur ex dispensatione, sicut illud cap. Cœnoma. Petronius qui de adulterio natus est, fuit in episcopum Legion. electus qui post electionem ad Apostolicum veniens humiliter est confessus: Papa uero audiens ipsum esse bonæ famæ, & bonæ

a ¶Sacerdotibus.] *Hic ostēdit apertè Gratianus se in ea fuisse opinione, aliquando in Latina ecclesia presbyteris etiam licuisse vti coniugio, quod in ecclesia Græcorum & olim, & nunc permissum est. Id vero minimè ita esse superius initio dist. 31. est ad notatum. De illis vero, quos antea narrauit creatos fuisse summos Pontifices, dicendum est eos, antequam patres ipsorum vllo sacro ordine essent decorati, fuisse generatos.*

¶ De eodem. Cap. XIIII.

Pann. li. 3. c. 54.

QVia simpliciter ad sedem Apostolicam veniens humiliter peccatum confessus es, quod pontificij tui videbatur officium impedire; videlicet, quòd ex matre non legitima procreatus sis, quam viuente propria vxore pater tuus cognouisse dignoscitur † [a]: Nos Apostolicæ mansuetudinis gratia admonente, à cæteris, quæ sacerdotium impediūt, criminibus, tam tui professione, quàm fratrū testimonio, qui tecum sunt, immunē te agnoscentes, & vitam [b] tuam religiosam audientes, ab huius te peccati vinculo absolutum in suscepto sacerdotali officio confirmamus [c].

† al. dicitur.

DISTINCTIO LVII.

Item, qui in ægritudine [d] constitutus baptizatur, presbyter ordinari non debet.

Vnde in Neocæsariensi concilio, cap. 12. legitur.

Poly. li. 2. tit. 31. Burch. li. 4. c. 43. Iuo p. 1. c. 227. & p. 6. c. 101.

¶ Non ordinetur presbyter, qui in ægritudine constitutus baptizatur. Cap. I.

SI quis [e] in ægritudine constitutus, fuerit baptizatus, presbyter ordinari non debet. Non enim fides illius voluntaria, sed ex necessitate est [f]: nisi fortè postea [g] ipsius studium, & fides probabilis fuerit, aut † hominū raritas [h] exegerit.

† al. &

¶ *Quod canō hic statuit, videtur multo ante in Romana ecclesia obseruatum, quemadmodū ex epistola Cornelij Papæ de Nouatiano patet, cuius verba relata ab Eusebio Historia Eccle. lib. 6. c. 35. istuc spectantia hæc sunt:* Qui quidem, vbi exorcistarū præsidio, spiritu illo malo esset liberatus, & post in tam grauem morbum, vt iam ferme mori putaretur, incidisset: in lecto, in quo decumbebat, aqua circumfusus baptismū accepit: *& paulo post, cum de ipsius ordinatione agit, adiungit:* Qui quidem episcopus, nō solum ab uniuerso clero: sed etiam à

Itē qui in ægritudinē] CASVS. Hic intitulatur 57. dist. in qua dr̄ hominē in ægritudine baptizatum non promouendum.

d ¶Aegritudine.] In hac dist. traditur, ꝙ qui baptizat in ęgritudine, non est promouendus: & est intelligendum de tali, q cū sanus esset, distulit baptizari: sed timore mortis petijt baptismū, causa aūt huius cōstitutionis est, quia præsumitur nō verè pœnitens, qui mortis causa est pœnitēs, & sic p̄sumuntur peccata non esse ei dimissa: si tñ statim moreretur, p̄sumeret ecclesia peccata ei dimissa esse, vt de pęn. dis. 7. nullus. & sic ecclesia circa idem factū habet cōtrarias præsumptiones, sed diuerso respectu de consecr. distin. 3. perlatum.

Baptizatus in ęgritudine non est promouendus.

SI quis.] CASVS. Quæsitum fuit in cōcilio Neocęsarien. an ille, q est in ęgritudine baptizat⁹ debeat ordinari presbyter. Et rñ. quod nō; quia fides illius non præsumitur uoluntaria, sed metu mortis facta: si tamē postea bonę uitæ apparuerit, aut raritas hominum exegerit, poterit promoueri.

e ¶Si quis] Intellige adultus: nam pueri ab hęreticis baptizati promouentur, vt 1. q. 4. placuit.

f ¶Sed ex necessitate est.] Præsumitur. & sic canō pręsumit hoc in deteriorē partem 2. similiter 3. c. q. 5. aliter. Sed cū hęc irregularitas proueniat à peccato & baptismus tollat peccatum: quare nō tollit irregularitatē ipsius? Rñd. quia baptism⁹ inducit hanc irregularitatē: vnde nō potest eā tollere: quia eadē res nō pōt hr̄e contrarios effectus. arg. extra de bap. maiores. vltra medium, ibi: sed hæc tāquā impossibilia, sic sup. 26. dist. deinde. sic eadē causa nō pōt parere obligationē & liberationē, vt ff. de sol. qui hominem. c. vlt.

Baptismus, an tollat irregularitatem.

2 Scilicet, ꝙ peccata nō sunt ei dimissa: & hęc p̄sumptio nō pōt tolli per baptismū: cū s̄m Laur & Io. eā inducat: sed tollitur per aliā p̄sumptionē. s per sequentē bonā conuersationē, vt in c continetur.

g ¶Postea.] Et ita per sequens factum eliditur præcedens præsumptio. sic de consecr. distin. 4. tunc ualere 34. q. 1. cum per bellicam, sic quandoque præsumptio sequens elidit præcedentem, vt ff. de in integ. resti. diuus.

h ¶Raritas.] Arg. ꝙ propter raritatem hominum aliqua conceduntur, vt 55. dist. cap. priscis. 1. q. 7. talis.

bonę uitæ ab his qui secum erant, ipsum confirmauit in dignitate ex dispensatione.

a ¶Dignoscitur.] Arg. contra. ff. de acq hæredi, sed & si de sua.

b ¶Et vitam.] Ex quo plura fecerunt pro ipso, & tantum unum faciebat contra ipsum, & non debuit impediri eius promotio. 28. dist. de Syracusanæ. & 13. distin. duo mala 1.

Vbi de hoc. Sed si aliqd est pro me, &c. vt not. 51. dist. c. 2.

c ¶Confirmamus.] Et hoc fit ex dispensatione, Ioan.

Item

priſcis, ꝙ nullus ordinandus eſt niſi ſeruatis interſtitijs temporum, ideo oſtendit hic, ꝙ ad inſtar ſæcularium dignitatũ nullus per ſaltum eſt ordinandus 1 et 2.

¶ Vel aliter ſu. §1. d. quæ in aliquo fecit mẽtionẽ de illiteratis & de promotis ſine interſtitiis tẽporũ, inde ſumpta occaſione ſpecialẽ ponit Grat. tractatũ de his; docens tales nõ eſſe promouendos ẽ m B.

SI officia.] CASVS. Quæſitum fuit an epiſcopi debeant promouere aliquos in epiſcopos vel presbyteros,

¶Non aſpiret ad ſummum ſacerdotium, qui eccleſiaſticis diſciplinis non eſt imbutus. Cap. I.

Anſel. l. 6. c. 28. Iuo p. 5. c. 102.

QVi eccleſiaſticis diſciplinis imbutus per ordinem non eſt, & temporum † approbatione diuinis ſtipendijs eruditus, nequaquam ad ſummum eccleſiæ ſacerdotiũ aſpirare præſumat: & non ſolũ in eũ ambitio ineficax habeatur, verum etiam in † ordinatores eius: vt careant eo ordine, quem ſine ordine contra præcepta Patrum crediderant præſumendum.

† *tempus.*] orig.

† *al. ordinatoris eius careant.*

Idem a eadem epiſtola.

¶Ad ſacerdotale officium nullus, niſi per ſingulos gradus probatus accedat. Cap. II.

Anſel. l. 6. c. 21. †*al. plurimos*] orig.

SI officia ſæcularia [a] principem locum, non veſtibulũ actionis ingreſſis, ſed per ſingulos † gradus examinatis, temporibus deferunt, quis [b] ille tam arrogans, tam impudens inuenitur, vt in cœleſti militia, quæ propenſius ponderanda eſt, & ſicut aurum, repetitis ignibus exploranda, ſtatim dux eſſe deſideret, cum tyro ante non fuerit, & prius velit docere, quam diſcere? Aſſueſcat in Domini caſtris in lectorem primitus gradu diuini rudimenta ſeruitii, nec illi vile ſit exorciſtam, acolythum, ſubdiaconum, diaconum per ordinem fieri; nec hoc ſaltu [c], ſed ſtatutis maiorum ordinatione temporibus. Iam vero ad presbyterii faſtigium talis accedat, vt & nomen ætas impleat, & meritum probitatis ſtipendia [d] ante acta teſtentur. Iure inde ſummi Pontificis locum ſperare debebit. Facit hoc nimia remiſſio cum ſacerdotum noſtrorũ, qui pompam multitudinis quærunt, & putant ex hac turba aliquid ſibi dignitatis acquiri. Hinc paſſim numeroſa popularitas etiam his locis, vbi ſolitudo eſt, talium reperitur, dum † parochias extendi cupiunt, aut quibus aliud præſtare non poſſunt, diuinos ordines largiuntur. Quod oportet diſtricti ſemper eſſe iudicii. Rarum [e] eſt enim omne, quod magnum eſt.

† *al. dum per parochias.*

a ¶Idem.] *Caput hoc antea tribuebatur Vrbano. Emendata eſt inſcriptio ex pleriſque vetuſtis Gratiani exemplaribus: habetur in eadem epiſtola.*

Item Gregorius lib. 7. Reg. epiſt. 110.

¶Cuiuslibet meriti laicus ad ſummum non aſpiret ſacerdotium. Cap. III.

Anſel. l. 6. c. 32. Poly. l. 2. tit. 1.

HOc ad nos peruenisse nõ diſſimili dignũ deteſtatione complectitur, ꝙ quidam deſiderio honoris inflati, defunctis epiſcopis tonſurantur [f], & fiunt repente

teros, qui in minoribus ordinib. non ſint examinati, vel ſine temporũ interſtitiis promoti. Et rñdet Vrbanus, ꝙ non, ſed docet eſſe per ordinẽ aſſueſcendum, vt primo aſſueſcat in minoribus ordinibus, qui ad maiores voluerit promoueri, ne dux eſſe deſideret cum tyro prius non fuerit. Et hoc probat ad inſtar curiæ ſæcularis, vbi gradatim aliquis promouetur. Et reprehendit quoſdam epiſcopos qui quærentes pompam in multitudine preſbyterorum, ordinabant eos in locis ſolitariis, vt eis ordines conferrent, quibus aliud conferre non poſſunt.

a ¶Si officia ſæcularia.] ideſt, ſæculares non deferunt principem locum ingreſſis, &c.

b ¶Quis.] Nota modum argumentandi, ex quo ita eſt apud ſæculares iudices eodem modo erit apud eccleſiam ſi. 31. diſti. tenere. &c ſi laicus 3. q. 5. quia. 19. qõ. 3. monaſteriis. ſic 12. q. 1. cũ deuotiſſimã. Et eſt argum. ad quæſtionem illã, ꝙ ſi aliquis eſt legitimatus a principe, ꝙ apud eccleſiam eſt legitimus, qđ non credo, arg. ad hoc ext. q ſi. ſint legi. per venerabilem. de hoc not. 10. di. c. 1. ibi videas. Arch.

Legitimatus a principe ũ eſt apud eccleſiam legitimatus.

c ¶Saltu.] Gradatim .n. deferẽdi ſunt honores, vt 93. diſt. legimus, & in ſi. & ff de inu. & hõ. vt gradatim. nã caſum appetit q p abrupta aſcenſum quærit, vt 45. di. ſicut d ¶Stipendia.] Nota ꝙ magis præſumitur pro illo qui plura ſtipendia hẽt in eccleſia: qa is gradus exteros antecedit, quẽ labor ,plixior, & ſtipendia longiora fecerunt anteire, vt C. de off. ma. off. nemo. & 61. diſt. miramur.

Gradatim aſcenditur ad honores.

Præſumitur plus pro illo qui plura habet ſtipẽdia

e ¶Rarum.] Sic inf. 93. d. legimus 2.

2 Et 2. q. 7. in ſancta, & ſub hoc, & ideo tum hoc nõ fit rarum, nõ eſt magnũ. Laut.

HOc.] CASVS. Quidam ex laicis honoris deſiderio inflãmati repente fiebant ſacerdotes, & epi: qui licet nondũ didiciſſent in eccleſiaſtica militia famulari: tamen duces eſſe volebant, & locum reginiinis obtinere: qđ reprehendit Gregorius, & prohibet ne fiat.

f ¶Tõſurant.] Arg. ꝙ nullus debet tonſurari ad hoc, vt dignitatẽ cõtequatur 3. vt 16. q. 7. p laicos Quid iuris ſit de hoc, ibi notaui: licet ſit arg. contra 63. d. bene 10. H. dicit ꝙ ipſa ſpes non inducit ſimoniam, dum tñ non interueniat pactio: quia ſola animi deſtinatio non inducit ſimoniã, vt extra, vt eccleſia, bene, vt noſtrum. Alii contrarium dicunt, vt arg. 8. q. 3. Artaldus. 10. & certe decretalis vt dicere, ꝙ ſola ſpes inducat ſymoniam, extra de ſymon.

3 Ad hoc ex. de elec cum ad noſtram. Spes vtrum inducat ſimoniam.

c. vlt.

figuat Gratia.infra ead dist.§.horum.& de epo. inf. ea §.alterum.f.pp ordinis dignitatē In quo autem ordine debeat esse cantor, vel primicerius, consuetudini relinquo.32.dist.placuit. Licitè ergo potest quis in minoribus ordinibus eligi ad has dignitates: dum tamen habeat

[a] Episcopus] Supra ergo collatio archidiaconatus spectat ad epm 74.dist.episcoporum.& 25.dist.cap.1. & 21. dist.c.1.& 29 dist.uolumus.Sed cōtra 93. dist. legimus. extra de elect.cum in cunctis.vbi dicitur, p ad canonicos spectat. Dic, p ad episcopum tantum spectat confirmatio, ad canonicos electio de iure: in talibus tamen cō sideranda est cōsuetudo, vt extra de electio cum ecclesia 2.

Archidiaconatum quis conferre possit.

scopus [a] in ecclesia sua, nisi diaconus sit, archidiaconum instituere, nec archipresbyterum, aut decanū, nisi presbyteri [b] sint, ordinare præsumat. Quod, vt districtius teneatur, apostolica auctoritate prohibemus, & interdicimus.

¶ In capitibus manuscriptis concilij Claramontensis habiti ab Vrbano II. (quæ non sunt decreta ipsius concilij, sed summa quadam ipsorum) in tertio hæc leguntur, quæ ad præsentem canonē faciunt: vt nullus fiat decanus in ecclesia, nisi presbyter; nullus archidiaconus, nisi leuita.

Item Calixtus Papa.

¶ Nullus in præpositum, vel archipresbyterum, nisi presbyter; nullus in archidiaconum, nisi diaconus ordinetur. Cap. II.

NVllus in præpositum, nullus in archipresbyterum, nullus in decanum, nisi presbyter; nullus in archidiaconum, nisi diaconus ordinetur.

Concordat Eugenius II. in concil. Rhemensi, c.6. Pann. li.3.c.140.

¶ Et rubrica, & caput emēdata sunt ex manuscriptis codicibus.

Item Innocentius secundus in concilio Romano, c.10.

De eodem. Cap. III.

INnouamus aūt, & præcipimus, vt nullus in archidiaconum, vel decanum, nisi diaconus, vel presbyter [c] ordinetur. Archidiaconi uero, vel decani, vel præpositi, qui infra ordines prænominatos existunt, si inobedientes ordinari [d] contempserint, honore suscepto priuentur. Prohibemus autem, ne adolescentibus [e], vel infra sacros ordines constitutis, sed qui prudentia, & merito vitę claresc unt, prædicti concedantur honores.

Horum vnum propter procacitatem quorundam statutum est, qui nomen præpositurę adepti, officiū contemnunt, nolentes fieri sacerdotes: aliàs enim inane esset, cum etiam in episcopum eligi possint in subdiaconatu constituti, iuxta illud Vrbani a Papæ.

[a] ¶ Vrbani.] In c.multis.extra de ata.& qualit. tanquam decretum Vrbani primi citatur: Apud Iuonem vero, & in Pannormia ex synode Beneuentana, qua tempore Victoris tertij, cui Vrbanus secundus successit, habita fuit: Nam Vrbanus primus centum, plus minus annis Nicænam synodum antecessit.

¶ Non eligatur in episcopum, nisi in sacris ordinibus constitutus. Cap. IIII.

Iuo par.5.c.72. Pann. li.3.c.3.

NVllus in episcopum eligatur, nisi in

[a] Vt extra lib.6. de ætate & qualit. Quę tamen

beat ætatem 1. Sed his ob. extra de elect. dudum.1. in fi. si uis sustinere dictum H. expone quod dicit illud c. præterea dispensatiuè f. ex dispensatione canonis. Non ob. cap. dudum in fi. quia potest intelligi de defectu talli, qui impediat promouendum ad talem dignitatem, de quo ibi fit mentio. vnde dicitur, quod acolythus possit eligi ad illam dignitatem, vt uidetur dicere littera sic scilicet intelligenda.

HORVM CASVS. Dicit Gratianus, p illud qđ dictū est de clericis non promouendis in archipresbyteros, vel decanos, nisi sint presbyteri, & in archidiaconos, nisi sint djaconi, statutum fuit ex causa.f.pp illos q promoueri contemnebant adeptis dignitatibus. Nam ēt in episcopos diaconi promouentur, quod probatur seq. c.

NVllus in episcopum.] CASVS. Statuit hic Vrbanus, vt nullus eligatur in episcopū, nisi fuerit in sacris

[b] ¶ Nisi presbyteri.] inf.23.q.4. sicut excellentiam. contra. ubi dicitur, p non gradus elegantior, sed vitæ melioris, &c. Sed dic, p non tantum ordo cōsideratur, sed ordo & meritum.

NVllus.] CASVS. Dicit Calixtus, p nullus in præpositum, vel archiepiscopum, vel archidiaconū eligatur, nisi sit diaconus, nec aliqs in decanū vel archipresbyterū eligatur, nisi sit presbyter.

INnouamus.] CASVS. Quidā erant electi in archidiaconos, qui nō erāt diaconi: quidam in archipresbyteros, vel decanos, q nō erant presbyteri. Inn. igit secundus cōfirmans antiqua decreta prohibet ne hoc de cętero fiat, & si qui infra prænominatos ordines existētes p̄sumpserint ordinari, suscepto priuentur honore. Itē prohibet, ne adolescētibus, & in minoribus ordinibus constitutis, & in dignis prædicti conferantur honores.

[c] ¶ Vel p̄sbyter.] red de singula singulis.

[d] ¶ Ordinari.] Cogitur ergo aliquis recipere ordinem, & sic est contra hoc.74 distin. gesta. sed illud ratione adiuncti ordinis.73.dist.c fi.

Ordinem recipere cogitur quis.

[e] ¶ Ne adolescentibus.] Intra xxv. an. 3. ut extra de elect. cum in cunctis.§. in feriora.

[3] Nec.n. ferendū est cū legitimā tutelā agere, C. de legit. tut l.vlt lo, de Fant.

cris ordinibus constitutus. Sacros autẽ ordines dicimus diaconatum, & presbyteratum, quos solum legitur primitiua ecclesia habuisse. Subdiaconi uero necessitate exigente de licentia Romani pontificis, vel archiepiscopi, si bonæ vitæ fuerint, possunt in episcopos eligi.

Laicus in epm̃ postulari potest.

a ¶In sacris] Postulari tñ potest in episcopũ laicus. 61. dist. cap. Ofius & 63. dist. c. Valentinianus.

b ¶Habuisse.] Supple sacros nã ẽt subdiaconatus fuit tpe Apostolorum, vt 35. dist. episcopus.

c ¶Romani pontificis.] Hodie licitè eligitur, vt extra de ẽta. & qual. à multis.

Metropolitanus, an possit circa ordinem dispentare.

d ¶Metropolitani.] Sicut ergo olim metropolitanus potuit dispensare circa ordinem, sic uidetur, q̃ adhuc possit, cum nõ auferatur ei hæc dispensatio, siue iurisdictio, arg. extra de sent. excom. nuper. 1.

† Etiõ dñt quidam, q̃ auctoritate mẽtis istius iuris adhuc hodie possit dispensare, acolytho eadem rõne, & hanc sententiam videtur sequi Tanc. Vinc. Gof. & B extra de ætate & qualit. a multis.

ALTERVM VERO CASVS. Respicit hoc illũ. §. horũ vnũ, ubi dictu est aliquẽ non esse eligendum in archidiaconũ, nisi sit diacon⁹, vel in archipresbyterum, nisi sit presbyter. hoc fuit statutũ pp cõtumaciá illorũ, qui ꝓmoueri nolebãt. Nunc aũt dicit, q̃ alterũ est statutũ pp ordinis dignitatem. s. vt nõ eligatur in episcopũ, nisi sit in sacris ordinibus.

ITem laici.] hæc dñt diuidit in quatuor partes in quarũ prima probat per xvij. auct. sanctorũ, q̃ ex laicis, licet sint boni, non debet creari eps sed a ibi, [Econtra.] Tertia ibi, sed aliud] Quarta ibi. [Item clerici.] Io. de Fan.

CASVS Hoc ponitur 61 dñt in qua dr. q̃ laici nõ sunt in episcopos eligẽdi, nisi prius p singulos ordines fuerint probati. & hoc ꝓbatur vsq; ad § [His omnibus] Postea probatur contrariũ in eod. § & ibi fit solutione. Et additur ẽt q̃ clerici alterius ecclesiæ non sunt præferendi clericis de propria ecclesia benemeritis in electione. Tractatur etiam in vlt. c. de visitato. ne eccl.

e ¶Item laici.] Hic ostendit q̃ laici non sunt eligendi in epos, sed possunt postulari. 2. hẽ ostendit, q̃ in de propria ecclesia facienda est electio. Deinde ostendit de visitatore, q̃ nihil debet præsumere de rebus illius ecclesiæ, cui datus est visitator. Et not q̃ quoad hic laicos illos, qui non sunt ordinati, & illos qui repente sunt ordinati. & nec illi, nec illi sunt eligendi. Ioan.

2 Vt inf. eã. §. his omnibus in c. Ofius § sed aliud.

Acerdotale.] CASVS. Brunichilda Regina Francorũ faciebat laicos in episcopos promoueri. vnde Gregorius ipsam redarguit, & reprehendit.

f ¶Subito.] Et ita iniquè, & malè. Iniquitas. n. omnia præcipitat, vt infra de pœn. dist. 3. inter hęc hircum. si tamen

Iniquitas omnia præcipitat.

sacris [a] ordinibus religiosè viuens fuerit inuentus. Sacros autem ordines dicimus diaconatum, & presbyteratum. Hos siquidem solos † primitiua legitur habuisse [b] ecclesia: subdiaconos vero, quia & ipsi altaribus ministrant, opportunitate exigente concedimus; si tamen spectatæ sint religionis & scientiæ. Quod ipsum non sine Romani Pontificis [c], vel metropolitani [d] licentia † β fieri permittimus.

† al. sacros.

† al. scientiæ.

Alterum vero, vt in episcopum, vel archiepiscopum, nisi in sacris ordinibus constitutus non eligatur, propter dignitatem ordinis statutum est.

β ¶Licentia.] *Sic mutatum est ex dicto cap. a multis. Ivone, & Pannormia, quamuis etiam in vetustis Gratiani codicibus legatur,* scientia.

DISTINCTIO LXI.

ITem laici [c] non sunt in episcopos eligendi: sed per singulos ordines prius sunt probandi.

Vnde Gregorius Brunichildæ Reginæ Francorum, lib. 7. reg. epist. 113.

¶Sacerdotes ex laicis non sunt ordinandi. Cap. I. Ansel. li. 6. c. 77. Poly. li. 2. tit. 1.

SAcerdotale officium vestris in partibus in tantã (sicut didicimus) ambitionem perductum est, vt sacerdotes subito [f], quod graue nimis est, ex laicis ordinentur.

Item Hormisda Papa episcopis per Hispaniam constitutis, epist. 3. cap. 1.

¶De eodem. Cap. II.

IN sacerdotibus eligendis curam oportet esse perspicuam. Irreprehensibiles enim esse conuenit, quos præesse necesse est corrigendis [g] *& infra.* ¶Longa [h] debet vitam suam probatione monstrare, cui gubernacula committuntur ecclesiæ. Polyc. ibidem. Anicl. li. 6. c. 22.

Item eodem loco continentur.

men necessitas est, in anno, & dimidio potest laicus recipere omnes ordines, ut 77. distinctio. monachus. cap. sequen.

IN sacerdotibus] CASVS. Duo prohibet Hormisda in hoc cap. Primum est, laicos in episcopos non esse eligendos, etiam si fuerint probatæ uitæ, & bonæ conuersationis. probatus enim debet esse quis antequam eligatur, & discere antequam doceat. Nam reprehensibilis & emendatus esse debet, qui præfertur, & orat pro populo. Secundum est, quod pœnitentes ad gradum episcopalem aspirare non possunt; nam præferens memorandi criminis labem non habet luculdam sacerdotij dignitatem.

g ¶Corrigendis] Sic 3. q. 7 iudicet & c. seq.

h ¶Longa] Sic supra 28 dist. priusquam.

Non

Pontifex debet esse humilis.

a NOn negamus.] ¶Præstare.] Vnde non petere exemplum, sed dare dignus erat ad idem. 16.q.1.prædicator.

b ¶Emendatiorē] Sic 1.q.1.qualis.1 q.1.c.vilissimus.

c ¶Humilitatis.] Quia nihil ita splendet in pontifice sicut humilitas, vt 100.dist contra morem.

d ¶Teste.] Quia publica publico egēt remedio delicta vt de pē.d.1.§.hoc ergo. & capit.quamuis,

e ¶Memorandi.] Et hoc propter memoriam præteriti delicti.fi.25.dist.cap vlt.& 48.dist.c.1. & 3.q.4.c.2. & ff.de decu.l.vlt.

f MIserum est.] ¶Qui nunquam.] sup.59.dist.ordinatos.2.

¶De eodem. Cap. III.

Anſ.ibidem. Polyc.ibidem.

NOn negamus esse in laicis Deo placitos mores; sed milites suos probatos sibi quærunt instituta fidelium. Discere prius quisque debet, antequam doceat, & exemplum religiosæ conuersationis de se potius alijs præstare [a] quàm sumere. Emendatiorem [b] esse conuenit populo. Longa obseruatione religiosus cultus tradatur, vt luceat: & clericalibus obsequijs erudiendus inseruiat, vt ad venerandi gradus summa perductus, quis sit fructus humilitatis [c], ostendat. *& infra*. ¶Nec tantum de laicis consecrari inhibemus; sed nec de pœnitentibus quidem quisquam ad huiusmodi gradum profanus temerator aspiret. Satis illi postulanti sit venia: qua conscientia absoluat reum, qui se peccata sua populo scit teste [d] confessum? Quis enim quem paulo ante vidit iacentem, veretur antistitem? Præferens memorandi [e] † criminis labem, non habet lucidam sacerdotij dignitatem.

†*al.miserādi*]orig.

¶In plerisque vetustis Gratiani codicibus caput hoc coniunctū est superiori, quemadmodū est in ipsa Hormisda epistola.

Item Innocentius Papa ad Aurelium Carthaginensem episcopum, epist. 12.

¶De eodem. Cap. IV.

Polyc.ibid. Ansel.l.6.c.34.

MIserum est, eum magistrum fieri, qui nunquam [f] discipulus fuit; eum summum fieri sacerdotum, qui nunquam in vllo gradu obsecutus fuerit sacerdoti.

Item Leo episcopus ad episcopos Africanos epist.85 al.87.c.1.

¶De eodem. Cap. V.

Iuo p.5.c.105.

MIrantur tñ apud vos per occasionē tps impacati aut ambientium præsumptionem, aut tumultum [g] valuisse populare, vt indignis quibusq; , & longe extra sacerdotale meritum constitutis, pastorale fastigium, & gubernatio ecclesiæ crederetur. Non est hoc consulere populis, sed nocere, nec præstare regimen, sed augere discrimen [h]. Integritas n. præsidentum [i], salus est subditorum; & vbi est incolumitas obediētiæ, ibi sana est forma doctrinæ. ¶Principatus. [k] a autem quem aut seditio extorsit, aut ambitus occupauit, ēt si moribus, atq; actibus nō offundii, ipsius † tñ initii sui est pernicios⁹ exēplo. Et difficile est, vt bouo peragantur exitu, quæ malo sūt inchoata principio. ¶Quod si in q̄buslibet ecclesię gradibus prudenter, scienterq, curādum est, vt in Dñi domo nihil sit inordinatum [l], nihilq; præposterum; quanto [m] magis elaborādū est, vt in electione eius, qui supra

3.q.1. c. principatus. Polyc.ibid. Ansel.l.6.c.2.

†*al.ipso.*

1 Nam peccantem publice, &c.45 d. sed illud. 32.q.3. nemo,

e ¶Quanto.] Nota quanto res est maior tanto maior est

M Iramur.] CASVS. Quidam archiepi quosdā laicos in epos promouebant occasione guerræ sedandæ, & popularis tumultus remouendi: quare Leo Papa eos ex hoc reprehendit, dicens, quod pro nullius persona faciendum est contra decreta sanctorū patrum. Et quod archiepi hoc facere nō dēant, ꝓbat quatuor rationibus. Prima est quia qui tales sublimat, nō cōsulit populo, sed nocet. Secūda est, qa qđ habet malū initium, vix est vt bono peragat exitu. Tertia est quia si minores ordines non dantur sine discussione, multo minus ordo episcopalis est sine discussione dandus. Quarta est, quia si laicus laboris inexpertus notari solet ambitus, si dignitatem appetat sæcularē multo magis eius nō tari ambitus solet, q ambit administrationem diuinorum.

2 Ad idem 48 distinct. Sed vī sufficere si per duos mēses sit apud magisterium. ff. de leg.3. fetuis. §. ornatic ib. Io. de Fan.

g ¶Aut tumultum.] Arg ꝙ non est deuiādum a iure communi ꝓpter tumultum popularem, nec propter sedandā discordiam, vt 62.distincti. docendus. 18.quæs.2. si quis abbas 8.q.1. If cet. sic C. de pœn. de curionum, & argum. extra de appe. constitutus argum. contra. ff ad l. Cor. de sica l. pen. & 28. distinct. de Syracusanæ, & 11.q.3. antecessor. & 50.d. vt constitueretur. extra de reg iur. qui scā dalizauerit.

Ius cōe pp tumultū populi non est violandum.

h ¶Discrimē.] ideſt periculum.

i ¶Præsidentium.] ideſt, sacris officiis deputatorum.

K ¶Principatus.] Prima.q.1.I principatus

l ¶Inordinatū.] Scilicet, vt potius eligat il

Eligēdus sit magis exercitatus.

leq̄ diu militauerit in ecclesia, vt inf eo.q8 ꝓdierit, vel ēt ille qui est in maiori ordine cōstitutus 3.vt 75.d.c.vl.

m ¶Quanto.] Nota quanto res est maior tanto maior

3 59 d.episcoporum.

Digitized by Google

est inquisitio facienda, vt 59 dist. ordinatos, & 47. dist. quantumlibet 42. distin. quiescamus. & 7. q 2. cap. vlt. & est hoc contra illos qui dãt, q in causis matrimonialibus non est ita districta examinatio faciẽda circa testes.

a ¶ Omnium.] Argu quod vni dicitur, ad alios extenditur, vt dixi. 38. d. ignorãtia. Et arg. 32. q 7. apostolus, & 11. q. 1. qđ. si. & C. de naturali. liber. auth. itẽ si quis.

Ius eõe propter pẽsonã non est relinquendum.

b ¶ Quid est cito.] vt 78. dist. c. quid est manus, & 86. d. tanta.

c ¶ Persona.] Nota q ꝓpter personã 1 non receditur a iure cõi. vt hic 50. d. ex pœnitentibus, & 89. dist. singula 59. distin. hoc ad nos. tamen quandoque receditur a iure, ꝓpter personã, vt fuit in Augustino, vt 7. q. 1. non autẽ. itẽ ꝓpter scandalum, qđ timetur in persona, vt 23. q. 4. nõ potest. Similiter pro miseratione, personę, vt 86. dist tanta. Sed dic q ibi ꝓsonæ fauore nõ receditur a iure: sed ꝓpter vtilitatẽ, puenientem ex persona.

1 Idest ꝓp amorem personæ non receditur. i. nõ debet recedi sic no. 1. q. 7. §. pro persona.

d ¶ Pro laboribus.] Nota q eo ipso q̃ qs electus est, præsumitur esse melior aliis, vt dist. 49. c. 1. & dist. 59. c. 1. & 40. dist. c. 1. Ar. cõtra. 8. q. 1. illud.

Electio facit quem præsumi meliorẽ.

c ¶ Documenta.] Hic mala vita probat aliquẽ ambitiose peruenisse ad dignitatem: sic econuerso merita alicuius excusant ipsum ā ambitione, vt 1. q. 1. quibusdam 2.

2 Et est bonũ. s. ad hoc quod hic dicit. 1. q. 7. sicimus. 1. responso. C. de re. mili. adfi. Io. de Fan.

EPiscopum] CASVS. Dicitur in hoc cap. quod episcopus consecrari non debet sine conscientia & iudicio metropolitani, & suorum suffraganeorum, & quod non debet eligi nisi probatæ vitæ & qui ante longo tẽpore probatus fuerit in sermone fidei, & conuersatione.

f ¶ Cõstituti.] Idest, consecrari. Solus. n. non debet consecrare episcopũ, licet solus ipsum possit confirmare, vt 64. dist. c. 1. & 51. di. c. vlt. cum tamẽ adsit cõsensus capituli sui vt extra de his quæ fiunt à prælatis, nonne.

g ¶ Multo.] Sic supra d 59. cap. vlt. & sup. eod. in sacerdotibus.

Quid

omnes gradus constituitur, non erretur? Nam totius familiæ Dõmini status, & ordo nutabit; si quod requiritur in corpore, non inueniatur in capite. Vbi est illa Beati Pauli Apostoli per spiritum Dei emissa præceptio? qua in persona Timothęi omnium [a] sacerdotum Christi numerus eruditur; & proinde vnicuique nostrum dicitur: [Manus cito nemini imposueris, neq; communicaueris peccatis alienis.] Quid est β cito [b] manus imponere nisi ante maturitatem ætatis, ante tempus examinis, ante meritum laboris †, ante experientiam disciplinæ sacerdotalem honorem tribuere non probatis? Et quid est communicare peccatis alienis: nisi talem effici ordinantem, qualis ille est, qui non meruit ordinari? ¶ Sicut enim boni operis sibi comparat fructum, qui rectum tenet † in eligendo sacerdote iudicium; ita graui semetipsum afficit damno qui ad suæ dignitatis collegium sublimat, indignum. Non. n. in cuiusquam persona [c] prætermittendũ est, quod institutis generalibus continetur: nec putandus est honor ille legitimus, qui fuerit contra † diuinæ legis præcepta collatus. *& infra.* ¶ Merito sanctorum Patrum venerabiles sanctiones, cum de sacerdotum electione loquerentur, eos demum idoneos sacris administrationibus censuere, quorum omnis ætas a puerilibus exordijs vsq; ad perfectiores † annos per disciplinæ ecclesiasticæ stipendia cucurrisset: vt vnicuique testimonium prior vita præberet, nec posset de eius prouectione dubitari; cui pro laboribus [d] multis, pro moribus castis, pro actibus strenuis celsioris loci præmium deberetur. ¶ Si. n. ad honores mundi sine suffragio temporis, sine merito laboris indignũ est peruenire, & notari ambitus solent; quos probitatis documenta [e] non adiuuant; quam diligens, & quàm prudens habenda est dispensatio diuinorum munerum, & cęlestium dignitatum?

Anse. l. 6. c. 15.

1. Tim. 5.

inf. dist. 78. quid est manus.

† *al. obedientia.*

Polyc. ibidem.

† *al. sectatur*

† *de praeuaricatione collatus.*] orig.

† *al. prouectiores.*

a † Principatus.] *In pleriſque manuſcriptis Gratiani codicib. legitur*, principatus, & cætera: & infra. Quod si, &c. *Id autẽ factum videtur, quia inf. 1. q. 1. c principatus. citatur hic verſiculus prout notatur in gloſſa, qua in illis etiam vetuſtis exemplaribus eſt: in quibus alia gloſſa non habentur.*

β † Quid est.] *Sic in ijſdem manuſcriptis legitur.* Quid est cito manus imponere, &c. & infra: Sic enim. *& in margine citatur*, inf. 78. quid est manus.

Item ex concilio Laodicensi, c. 12.

¶ Non sunt eligendi ad episcopatum, nisi quos probabilis vita commendat. Cap. VI.

EPiscopum non oportet præter iudiciũ metropolitanorum, & finitorum episcoporum constitui [f] ad ecclesiæ principatũ. Nec eligantur, nisi hi, quos multo [g] ante nota probabilisq; vita commendat; & nihilominus, si in sermone fidei, & † recta operatione per suam conuersationem fuerint probati.

su. dist. 24. c. episcopi.

† καὶ τῆ τοῦ ἔυ-ἀρὸς λόγου πολι-τέια.

Digitized by Google

Q Vid proderit.] CASVS. Cælestinus redarguit omnes, qui laicos eligunt vel ordinant in epos. qa si hoc fieret, nihil ꝓdesset clericis diu in castris Dominicis militasse: quare ꝓhibet, ne hoc de cœtero fiat, si contra fiat, pœnam depositionis minatur promouen-

suluit. Arg. contra. 8. q. 1. sunt in ecclesia, & 12. q. 1. habebat. 1. Sed dic quòd sperare potest, dum tamen nō principaliter ad hoc seruiat, vt 77. distin. in singulis. & 8. q. 1. qui episcopatum.

b ¶ Alienum.] Id est, alijs debitum: sic supra 13. distin. c. 1. ff. de adop. l. fi.

1 Itē argu. contra extra de elec. cum ad nostram. ibi de hoc. et adde quod not. 59. dist. hoc ad nos. Arch.

Item Cælestinus ad episcopos Apuliæ, & Calabriæ, epist. 3. cap. 2.

De eodem. C. VII.

Nicol. ad Mic. Impo. in epistola, q̄ incipit, *Principatum* Polyc. ibidem. Ansel. 7. c. 33.

† *al. præpostero,*

Q Vid proderit [a] per singula clericos stipendia militasse, & omnē egisse in Dominicis castris ętatem? si hi, qui pręfuturi sunt, ex laicis requirantur? q vacantes sæculo, & omnem ecclesiasticum ordinem nescientes, saltu præpropero † in alienum [b] honorem ambiunt immoderata cupiditate transcendere, & in aliud vitæ genus (calcata reuerentia ecclesiasticæ disciplinæ) transire? Talibus itaque fratres charissimi, qui iuris nostri, id est canonum gubernacula custodimus necesse est obuiemus; ne quis laicum ad ordinem clericatus admittat, & sinat fieri; vnde & illum decipiat, & sibi causas generet, quibus reus constitutorum † decretalium fiat.

† *constitutis decretalibus*] orig.

Item Leo, epist. 85. al. 87. c. 1. ad episcopos Africanos.

Polyc. Ibidem Ans. l. 9. ca. 138. Iuo p. 5. c. 105. in fine.

¶ Rudibus, & imperitis gubernacula ecclesiæ non sunt committenda. C. VIII.

† Concor. text. in authen. de defen. ciuita. cū bon. gl. in uer. maximorū. in §. quæ igitur. coll. 2.

S Tatuimus α, ne in aliquo Apostolica, & canonica decreta violentur; & ne his ecclesia Domini regēda credatur, qui legitimarum institutionum nescij †, & totius humilitatis ignari, non ab infimis [c] sumere, incremētum, sed à summis volunt habere principium, cū valde iniquū sit, & absurdum, vt imperiti magistris, noui [d] antiquis, & rudes præferantur emeritis.

α ¶ Statuimus.] *In epistola ipsa cōiūgūtur verba huius capitis cum extremis verbis capitos*, Miramur, *supra eo hoc modo*: quā diligens. & quam prudens habenda est dispensatio diuinorum munerum, & cœlestium dignitatum; ne in aliquo apostolica, & canonica decreta violentur, & his ecclesia Domini &c. *totaque per interogationem profertur.*

His omnibus [e] auctoritatibus laici prohibētur in episcopatum eligi.

2 *Econtra Beatus Nicolaus ex laico electus est in episcopū: beatus Seuerus ex lanificio assumptus est in archiepiscopū: beatus Ambrosius, cū nondum esset baptizatus, in archiepiscopum est electus.* ¶ *Sed sciendum est, quòd ecclesiasticæ ꝓhibitiones proprias habēt causas, quibus cessantibus cessant & ipsæ †. Vt enim laicus in episcopum nō eligeretur, hæc causa fuit, quia vita laicalis ecclesiasticis disciplinis per ordinem nō erudita nescit exempla religionis de se præstare alijs, quæ in seipsa experimento nō didicit. Cum ergo quilibet laicus merito suæ ꝑfectionis cleri-*

† Concor. l. generaliter. C. de epis. & cle. & l. si pater. G. de hę. insti. Ecclesiæ seruire spe stipendiorū licet.

S Tatuimus.] CASVS. Dr̄ in hoc c. q̄ illis ecclesia regēda non debet committi, qui nesciūt legitimas institutiones, & q in minorībus ordinibus incrementū non susceperunt, sed a summis volūt habere principium: cum absurdū sit, vt imperiti magistris, & noui antiquis præferantur.

c ¶ Ab infimis.] Sic 48. dist. sicut.

d ¶ Noui] Seniores in ecclesia sēp ꝑponendi sunt iunioribus ī electione 2. ī responsione, in subscriptione, vt 75. dis. ca. vlt. & 74. dist. episcoporū. & 17. dist. §. hinc etiam. &c. sequenti. 96. dist. bene quidem.

2 De hoc. no. 85. dist. Arch.

HIS OMNIBVS. CASVS. su. probatū est laicos nō esse eligendos. Nunc autē probatur contrariū tribus exemplis. s. Nicolai, Seueri, & Ambrosij. sed hanc contrarietatē soluit Gratianus, dicens, ideo esse prohibitū laicos promoueri, quoniā laici inscij esse consueuerunt, & imperiti; sed si periti sūt & clericos in bonitate transcēdunt, eligi possunt & promoueri exemplo Nicolai, Seueris & Ambrosij. Et hāc solutionem probat sequens cap.

e ¶ His omnibus.] Hæc solutio non valet, qa laicus quantumcunque sit ꝑfectus, non est eligendus, sed tantum postulandus, vt inf. ea. obitum. & sup ca. in sacerdotibus. & sup. dist. 59. hoc ad nos. quod autem dicitur de his tribus, nō obstat, quia diuina inspiratione fuit factū 4. q. 3. §. vlt. 3. vel dic quòd isti postulati fuerunt.

3 Subau. cui nemo dignesisteī pōt. 19. q. 2. cap. 2.

ECONTRA. Hæc est 2. pars, in qua probat contrarium supradictis, Ioan. de Fan.

uentibus & promotis.

a ¶ Proderit.] Nota, q̄ licitū est alicui seruire ecclesię spe stipendiorū, vt su. 59. dist. officia, & 74 dist. con-

NEophytus] CASVS. Vercellẽſes vituperabant electionem Ambroſij: quia neophytus erat: & neophytos Apoſtolus prohibuit ordinari. ſed reſpondet Ambroſius hoc ideo eſſe prohibitum ab Apoſtolo, qa neophyti conſueuerũt propter honores ſuperbire: ſed ſi humiles inueniãtur, poſſunt ordinari, quia ceſſante cauſa ceſſare debet effectus. vnde occidentales epiſcopi electionẽ ſuã legitimã eſſe iudicauerunt: & orientales eam exẽplo approbauerunt: qui multos tales elegerunt.

a ¶ Superbiam.] ſu. 48. d. quoniam.

b ¶ Cauſa. Videtur ergo q vbi prohibetur electio ex cauſa, q ceſsãte illa cauſa poſſit fieri electio, vt hic, & 28. diſt. de Syracuſanæ. 5. q. 1. qđ pro neceſſitate. Arg. contra 32. q. 1. dixit, & 59. q. 2. duæ ſunt. Vno modo ſic poteſt exponi, ceſſante cauſa ceſſat, & conſtitutio, id eſt, quando cauſa ceſſat actu & exemplo, ideſt, vt non poſſit trahi in perniciem exempli 1, 64. diſt. §. verum. Vel dic, q ceſſat circa perſonã illam, ad hoc tantum, vt diſpenſari poſſit ſecũ. Vel dic, q tunc ceſſat, quãdo hoc in iure exprimitur q ceſſare debeat: uel dic, qñ omnis cauſa ceſſat & impulſiua & finalis, & efficiẽs & neceſſionalis tunc ceſſat conſtitutio. ff. de poſt. l. 1. §. ſextũ.

c ¶ Iudicio] Id eſt, per ſententiam.

d ¶ Exemplo.] Simi les ordinãdo: ſed diſpenſatiuè. & ſic planum eſt.

OSi.] CASVS. dicitur in hoc ca. q ſi diues, vel literatus laicus, vel q s curialis fuit in epiſcopum poſtulatus, nõ debet cõſecrari, niſi per ſingulos ordines fuerit legitimè approbatus, deinde poterit ad epiſcopatum aſcendẽre.

e ¶ Aut diues laicus.] Qui de ſuis facultatibus aliquid dedit eccleſiæ, nõ tamen eſt recipiẽdus ideo; niſi alias dignus ſit, vt 1. q. 3. ex multis. nec enim diuites ſunt reiiciendi, vt 30. diſt. hæc ſcripſimus.

f ¶ Scholaſticus] Id eſt, literatus.

g ¶ De foro.] Scilicet cauſarum eccleſiaſticarum.

h ¶ De adminiſtratione.] Ciuili uel curiali.

i ¶ Ab lectoris.] inf 77. d. quicunque & 18. q. 2. q̃ ſit K. ¶ Presbyteri] Hoc totum non poteſt fieri intra tres menſes: & ita differri poteſt conſecratio epiſcoporum, quandoque vltra annum, vt q. 1. c onſtitutum. & 28. diſ. de Syracuſanæ.

Conſecratio epiſcoporũ. qñq; differtur vltra annum.

SED ALIVD. Hæc eſt tertia pars diſtinct. In qua diſtinguit, & bene Ioan. de Fan.

calem vitã tranſcẽdit, exemplo beati Nicolai, & Seueri, & Ambroſii, eius electio poteſt rata haberi.

Vnde idem Ambroſius in epiſtola 82. ad Vercellẽſes ait de ſe ipſo.

Cap. IX.

NEophytus prohibetur ordinari, ne extollatur in ſuperbiã [a]. Sed ſi non deeſt humilitas competẽs ſacerdotio; vbi cauſa [b] non hæret, vitium nõ imputatur. Itaq; ordinationem meam occidẽtales epiſcopi iudicio [c], orientales etiam exemplo [d] probarunt †.

† Concor. l. 1 § ſexum. cũ ibi not. ff. de poſtu. & l. ſi mili. tem. cum gl. C. de condi. ob. can.

Cõſtitutionis cauſa ceſſante an ceſſet ipſa cõſtitutio.

¶ In aliquot vetuſtis exemplaribus caput hoc coniunctũ eſt ſuperiori. Nam Gratianus (quod ſæpe facit) ſententiam potius beati Ambroſii afferre voluit: quã ipſa omnino atque eodem ſeruato ordine verba referre: locus enim in ægrè ſic habet. Quam reſiſtebam, ne ordinarer; poſtremo cum cogerer, ſaltem ordinatio protelaretur, Sed non valuit præſcriptio, valuit impreſſio. Tamẽ ordinationem meam occidentales epiſcopi iudicio; orientales etiam exemplo probarunt. Et tamen neophytus prohibetur ordinari, ne extolatur ſuperbia. Si dilatio ordinationi defuit; vis cogẽtis eſt: ſi non deeſt humilitas cõpetẽs ſacerdotio, vbi cauſa non hæret, vitium non imputatur.

Item obiicitur illud Sardicenſis concilij. c. 13.

¶ Scholaſticus ex foro; aut ex adminiſtratione poſtulari poteſt epiſcopus. Cap. X.

OSius epiſcopus dixit. Et hoc neceſſarium arbitror, vt diligentiſſime tracteturſi forte aut diues laicus [e] α, aut ſcholaſticus [f] de foro [g] aut de † adminiſtratione [h] β epiſcopus fuerit poſtulatus; vt nõ prius ordinẽt, niſi ante & lectoris [i] munere, & officio diaconi, aut presbyteri [k] fuerit perfunctus: & ita per ſingulos gradus (ſi dignus fuerit) aſcendat ad culmen epiſcopatus.

Bure. l. 1. c. 27. luo. p. 5 c. 72. † *al. ex adminiſtratore.*

2 Arg ff. de pœnis l. ſi qs aliquid. § abortionis. 1. q. 1. principatus.

α ¶ Laicus.] *Abeſt nox iſta a concilio: ſed ob gloſſam nõ eſt inducta.*

β ¶ De foro, aut de adminiſtratione.] *Græcè tantũmodo eſt, ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς.*

3 Sed aliud eſt [l] poſtulari, aliud eligi: poſtulatur nexibus curiæ adſtrictus ab Imperatore clericus alterius ciuitatis a ſuo epiſcopo; ſed nõ eligitur aliquis niſi in ſacris ordinibus conſtitutus. Fit enim electio cũ ſolẽnitate decreti omniũ ſubſcriptionib. roborati; poſtulatio verò ſimplici pe

In ordine Romano.

CASVS. Nunc aſſignat Gratianus differentiam inter poſtulare & eligere. Nam poſtulatu qui eſt alteri ſubditus laicus uel clericus. & fit hoc ſimplici petitione. Ille vero eligitur qui eſt in ſacris ordinibus cõſtitutus & hęc electio fit cum ſolennitate decreti. Vt hæc differentia probatur ſequenti capitulo.

Poſtu'atio qualiter fit

2 De hoc ſatis no. Inn. extra de poſtu. c. fi. ibi videas.

l ¶ Sed aliud eſt.] Poſtulatio fit his verbis, petimus vt facias te promoueri, quia volumus te eligere, & tunc dicitur poſtulari a ſeipſo. Ab alio autẽ fit poſtulatio,

vt

vt si clericus, vel laicus, sit de epatu alterius: tunc postulatur ab eo loci, vt 71. dist. primatus. & etiã a seipso, quia vnius consensus non sufficeret. Si autẽ laicus diceret: nolo tonsurari, nisi certus sim de electione, uel clericus diceret: nolo ordinari, nisi certus sim de epatu: de hoc.

Et alibi sæpe. & infra ead. c. obitum.

titione. Quam distinctionem B. Gregorius innuit in regesto, lib. 2. epist. 19. scribens Benenato episcopo.

¶ Electio episcopi debet fieri cum solemnitate decreti, omnium subscriptionibus roborati. Cap. XI.

EPiscopus[2], dum fuerit postulatus, cũ solemnitate decreti subscriptionibus [b]omniũ roborati, & dilectionis tuæ testimonio literarum ad nos sacrãdus occurrat.

Sic beatus Ambrosius [a] ante susceptum baptisma ab Imperatore est postulatus, non electus.

[a] ¶ Ambrosius.] *Quòd synodus elegerit Ambrosium, & non Imperator; ostenditur in c. Valentinianus. infra dist. 63. Ac de sua electione ipsemet Ambrosius refert aliqua lib. 1. offic. cap. 1. & de pœnit. lib. 2. cap. 8. & in epistola ad Vercellenses.*

¶ Item clerici alterius ecclesiæ non sunt præferendi in electione ijs, qui benè militant in propria ecclesia. Vnde Cœlestinus Papa ad episcopos Galliæ, epist. 2 c. 4.

¶ Extranei emeritis in suis ecclesijs non præponantur. Cap. XII.

Poly. ibidem. Ante. l. 6. c. 11. Deusdedit p. 1.

NEc emeritis [c] in suis ecclesijs clericis, peregrini, & extranei, & qui ante ignorati sunt, ad exclusionẽ eorum, qui benè de suorum ciuium meretur testimonio, præponantur.

Deusdedit ibi. Polycar. ibidem. Ansel. l. 6. c. 25. Burch. l. 1. c. 7. Iuo par. 5. c. 61. Pann. l. 3. c. 5.

Item ead. epist. c. 5.

¶ De eodem. Cap. XIII.

NVllus de alterius ciuitatis postulare in episcopum præcepit ergo Gregorius cuidam epo visitatori illius ecclesiæ, ut prius postuleꝫ, & postea eligatur: deinde Romã cum solẽnitate decreti, & cum epistola visitatoris consecrandus occurrat. a ¶ Episcopus.] id. est, dum aliquis postulatur, vt fiat eps, vt 63. dist. literas. b ¶ Subscriptionib.] in quibus cõtinetur de vita electi, vt inf. ea. Catinensis. & 7. q. 1. qualiter. Sed nũ quid adeo requirit hoc decretum, vt electio sine decreto facta sit nulla? Videtur, ꝙ sic, ut hic, & 36. dist. de Petro. & 2. q. 1. legum. & 7. q. 2 qualiter. & 2. q. 3. talia. & 12. q. 2. sine exceptione. & 63. dist. quanto. Sed dico, ꝙ licet in electione requiratur decretum cũ subscriptionibus canonicorũ: tñ electio facta sine ipso tenet. Duab. n. de causis fit subscriptio: vna causa ut si quis vellet uariare uota sua, inciperet ei obuiare propria confessio, vt 1. q. 7. saluberrimum, alia rõne, ut per subscriptionem sciatur, an omnes canonici fuerint præsentes in electione, arg. extra de his, quæ fiunt à prælat. quanto. in fi. licet ergo scriptura requiratur in electione: tñ si fiat sine ipsa, tenet. & est simile: Nam in matrimonio multa requiruntur interuenire, & tñ si non interueniant, tenet matrimonium. 30. q. 5. nostrates. 10. contra, extra de elect. innotuit. B.

Electio facta sine decreto tenet.

Beneficij spe ordinẽ recipiẽs nõ peccat.

de hoc nullum pactum est interponendum, ut 59. dist. hoc ad nos & 16. q. 7. per laicos. nec peccat, qui hac spe recipit ordinem, dum tñ principaliter eo proposito nõ ordinetur: sed ad hoc ut possit prodesse. 8. q. 1. sunt in ecclesia. Si ergo clericus est de eodem epatu, ille non postulatur, & est monendus, & ẽt cogendus suscipere sacros ordines, vt infra ea. bene. sed laicus de eodem epatu a seipso postulaꝫ, vt sup. ea. Ofius. Ille aũt à quo postulatur, nõ cogitur dare postulatũ nisi uelit, ut 63. di. literas. 15. dist. archidiaconũ. 76. dist. dilectionis. in auth. de san. epis. § nullũ. coll. 9 põt tñ per superiorẽ cogi, vt ipsum det qũ non subest iusta cã omittendi. arg. extra de iure patr. nullus. Sed quæro ad quem titulum ordinetur ille, cum adhuc non sit electus, nec aliquod habet beneficium? dico ad titulum ecclesiæ, ad quem est postulatus. Pone ergo, ꝙ alium postea eligant, hoc enim facere pñt, quia per postulationẽ non est ius quæsitum postulato, vt extra de postula. bonæ. & ea postulationẽ. & ita tenebit electio alterius. Dico, ꝙ licet nil iuris sit quæsitum postulato, tñ si potest eos conuenire, vt prouideant ei in stipendio conuenienti, ut extra de iure pat. pastoralis. non enim debuerunt mutare consilium in alterius iniuriam, ut 22. q. 2 primum. ff. de reg. iur. nemo. si autem nondum elegerunt alium, potest eos conuenire, ut eligant ipsum a d illum episcopatum, & hoc modo potest dici, ꝙ possunt uariare, si aliquis a seipso postulatur: si uero postulatur a superiore, & postulatio præsentata 1 est ei, & ille consentit; satis potest dici, ꝙ non possunt variare postulationem, ut extra de postu-

Postulatus potest postulantes cõuenire, ut sibi prouideant.

1 Maximè postquam fuerit Scrutinium publicatum, ab ea postulatione recedere non possunt, & ita no. Hu. extra. de postul. c. vlt. de elec. in causis in glo. vlt. &c. publicato.

BIS BEATVS. CASVS. Dicitur hic, ꝙ supra licto modo fuit Ambr. postulatus ab Imperatore, & non electus. Et contradicit iste § illi. § sup. his omnibus. Item probat Gratianus, ꝙ clerici alterius ecclesiæ non sunt præferendi illis, qui in propria ecclesia benè militauerunt, quod probat per sequentia capit.

ITEM CLERICI. Hæc est 4. pars dist. in qua probat quandam incidentiam. & dicitur, ꝙ nullus alterius ecclesiæ debet eligi, nisi primo omnes clerici illius ecclesiæ fuerint reprobati. Ad secundum inducit septem auctoritates supple hic, nisi maior pars eligat aliunde, quia licitum est eis renunciare iuri suo. extra de elect. cum inter. Ioan.

NEc emeritis.] CASVS. Dicitur in hoc c ꝙ ignoti & extranei non debẽt ꝓponi benè in sua ecclesia militantibus, & qui habent bonũ testimoniũ ciuiũ suorũ. c ¶ Emeritis] idest, benè meritis in vita & scientia. 1. q. 1. nihilominus.

NVllus.] CASVS. Quæritur fuit à Cœlestino, an clericus à inimico episcopus dari debeat de aliena ec-

cleſia? Et reſpondetur q̃ non, ne alter ſubripiat honorem alterius. Clerici enim debent habere liberam electionẽ; & tunc de aliena eccleſia eligantur: qñ in propria nullus inuenitur idoneus, & ſi clerici, ſe viderint in hoc prægrauari, ſit eis facultas appellandi, & contra dicendi.

de hoc not. extra de elect. cum inter canonicos. Sed qd ſi omnes eligunt de aliena eccleſia præter vnũ, qui eligit de propria? Hic dico non valere electionem vnius: quia nullum de propria poteſt eligere, cũ quilibet eorum conſenſit in alium: vnde in ſeipſum non poteſt con-

Epiſcopus, an inuitis poſſit dari.

a ¶ Nullus inuitis.] à principio. ſed ſi q̃ negligentiam nemi nẽ elegiſſent, benè daretur eis inuitis, vt 80. diſt. volumus. ſimiliter vbi minor pars cõtradicit, nec habet iuſtam cauſã contradictionis, benè datur eis epiſcopus inuitis. Idẽ poteſt dici de laicis, q̃ eis inuitis non eſt dandus epiſcopus ſi hñt iuſtã cauſam cõtradictionis, ut 63. diſt. ſi forte. De hoc no. 23. di. c. illud

inuitis [a] detur epiſcopus. Cleri æ, plebis, & ordinis conſenſus, & deſiderium requiratur. Tunc autem alter de altera eligatur eccleſia; de ciuitatis [b] ipſius clero, cui eſt epiſcopus ordinandus, nullus dignus (quod euenire non credimus [c]) poterit reperiri. Primùm enim illi reprobandi ſunt; vt aliqui de alienis eccleſijs meritò præferantur. Habeat vnuſquiſque fructum [d] ſuæ militiæ in eccleſia, in qua ſuam per omnia officia tranſegit ætatem. In aliena ſtipendia minime alter obrepat: nec alij debitam alter ſibi vendicare audeat mercedem. Sit facultas clericis reniten di, ſi ſe viderint prægrauari, & quos ſibi ingeri ex trãſuẽr ſo agnouerint: non timeant refutare. Qui etſi non debitũ præmium [e], vel liberum [f] de eo, qui eos recturus eſt, debent habere iudicium.

Electio an poſſit fieri de eo, qui non eſt de gremio.

b ¶ Ciuitatis.] Nunquid per hoc intelliges prius clericos totius ciuitatis vel diœceſis eſſe reprobandos? Vñ q̃ ſic, ut inf. 61 diſt. ſacrorum & c. plebs. & c. noſſe. & extra de uſu pal. cũ ſuper, illi enim videntur eſſe de aliena eccleſia, cum totũ nõ ſit aliud à parte, ut ext. de elect. cũ nobis olim. & qui incõtinentibus ædificijs demorantur, Romæ morari uidentur, ut ff. de verb. ſig. l. qui incontinentibus. & l. ædificia & 1. pupillus. §. incola. ſicut I tutela reprobandi ſunt oẽs de ciuitate antequam eatur ad vicinas ciuitates, vt ff. de tut. & cur. l. diuus & præſes debet eſſe de diœceſi, vt C de incol. l. verum. lib. 10. & hoc concedit H. Sed credo ſufficere, quòd reprobati ſunt omnes de maiori capitulo. arg. extra de uerb. ſig. cum clerici. & de reſcript. cum Rodulphus. Sed quid, ſi maior pars eligit extraneum, & minor eligit de gremio ſuo 1? Videtur quod hic præualebit electio paucorũ, vt 7. q. 1. denique. nam in poſtulatione omnes erant concordes, vt 63. diſt. literas. io. Sol. hoc falſum eſt. ſufficit enim, q̃ duæ partes conſentiant in poſtulatione de elect. ſcriptum. B. Item minor pars iuſtam habet cauſam contradicendi. Vnde licet ſint pauciores, auditur eorum contradictio, vt extra de his quæ ſi. à maior. par cap. cum in cunctis 31. diſt. Nicæna. Arg. cõtra extra de elect. cũ nobis. olim. & c cum inter Dico tenere electionem minoris partis, cum eligunt ſecundum formam canonum de ſuo gremio. Vnde ſi diuerſi ſunt clerici: prius examinatur ille, qui eſt de propria, q̃ qui eſt de aliena eccleſia, vt diſtin. 85. archidiaconum Florentinum. Nec obſtant præmiſſæ decre. Ideo enim tenuit ibi electio maioris partis, q̃ a nullus fuit ibi ex aduerſo electus. Sed adhuc ob. extra eo tit. in cauſis. vbi præualet poſtulatio trium de aliena eccleſia electioni duorũ de propria. Sed hoc fuit propter formam mandati: quia ita conuenerant, vt in quem maior pars conueniret, ille eſſet potior, & conſentire. Item quid ſi data eſt aliquibus poteſtas vt eligant, & ipſi poſtulant extraneum? Tenet poſtulatio. vt extra de renunc. poſt tranſlationem. extra de elect. in cauſis. de poſtulat. bonæ. licèt, autem apertè ſint expreſſiones mãdati, tñ fecerunt id, quod eſt vicinum mandato, vt ff iudi ſol. iam tñ §. ult. Ioan. Quidquid dicat Ioan. eius opinio non ſeruatur de electione 2. minoris partis de eadem eccleſia. vnde cum totum capitulum facere videatur, quod fit à maiori parte capituli, vt extra de his quæ fil. à maio. par. cap. cum in cunctis: tenebit electio extranei, vt dicit T. per decre. ſuperius allegatas: quia multa fieri non debent, tamen facta tenent: nam melior eligi debet, ut qõ 1. licet tamen: ſufficit ſi bonus eligatur, vt extra de elect. cum nobis & cap. cum dilecti. & C de ſtatu. & ima. l. ult. Bar.

Ex regula S. Benedicti, c. 64.

IN ordinatione prępoſiti illa ſemper cõſideretur ratio, ut hic conſtituatur, quem ſibi omni concors cõgregatio ſecundum timorem Dei, ſiue etiam pars congregationis (quamuis parua) ſaniori conſilio elegerit. Vitæ autem merito, & ſapientia eligatur, qui ordinandus eſt, etiã ſi ultimus fuerit in ordine congregationis. Quòd ſi etiã omnis congregatio vitijs ſuis (quod abſit) conſentientẽ perſonam pari conſilio elegerit, & vitia ipſa aliquatenus in notitiam epiſcopi, ad cuius diœceſim pertinet locus ipſe, vel † ad alios vicinos prępoſitos, vel Chriſtianos clarũerint; prohibeant paruorum pręualere conſenſum, & domui Dei conſtituant dignum diſpenſatorem.

† *vel abbatibus, vel Chriſtianis vicinis clarũerint.*

1 Ad hoc extra de electio. c. eccleſia 2. vbi de hoc plene p Ihi. Arg. cõtra eo. lit. licet. in fi. De hoc not. 23. diſt. cap. 1. in glo. ergo aliquis. ibi videas.

c ¶ Non credimus.] No. benignam præſumptionem, q̃ ſemper præſumitur, q̃ aliquis ſit dignus in eccleſia, vt in inf. ea obitum.

d ¶ Fructum.] Sic. ff. de adopt. nec ei. §. præterea.

e ¶ Præmium.] ſcilicet obtinet, ut aliquis de ipſis eligatur. Per hoc uidetur, quod licèt aliqui perdiderint ius eligendi, quo poſſunt excipere contra illum, qui datur eis: videtur tamen, quod excipere non poſſunt, ſed tantùm agere, vt extra de app. conſtitutus. in fi.

f ¶ Vel liberum.] Vel, ideſt, ſaltem,

2 Idẽ ſenti Goff. extra de elect. in cauſis.

Studij.]

STudij. CASVS. Neapolitani elegerũt Petrum in epiſcopũ: ſed quia dicebatur ſimplex & vſuratius, mãdat Gregorius, vt alium eligant cũ illo de eadem ciuitate, vt ſi ille fuerit reprobatus, ſecundus confirmet, ſic dixit H. in ſumma. Beneuen. ſic dixit: Neapolitani eligere, vt ſi vnus nõ obtineat, alter ſaltem obtineat. arg. 85. dist. archidiaconum, & 8. q. 1. in ſcripturis. maxime vbi diffidũt de iure ſuo, vt extra de poſtu. bonæ Sed nõ ne priuati debẽt eſſe iure ſuo, Vt extra. de elec. cũ in cũctis Sed hæc & ſimilia loquunt in eo caſu, qñ eligẽtes latebat vitiũ electi. ſic 21. dist. de Syracuſanæ ẽm alios ſecũdus põt eligi ſub cõditione, vt ſi primus non obtineat, ſecundus maneat, vt 85. dist. archidiaconum Florentinum, ſi extra de electio. cũ terra. ſic 7 q. 1. quamuis. & ca. paſtoralis. Hodie euacuatur totum per cap. Inno. 4 quod incipit, in electionibus. de ele. lib. 6.

Ecclesia poteſt in duos conſentire.

1 Dicas ꝙ hic non ordinat quod alium debeat eligere antequã Petrus reprobetur: dicẽ, vt ꝙuideant alium quem Petro reprobato eligant & hoc planum eſt. Archid.

a ¶Palea.] *Hæc palea abeſt ab omnibus vetuſtis exemplaribus Gratiani, quæ ſunt collata. Extat autem in regul. S. Benedicti, ex qua nonnulla ſunt emendata.*

Item Gregorius clero, & nobilibus ciuibus Neapolitanis lib. 8. reg. epiſt. 48.

¶De eodem. Cap. XV.

Anſel. l. 6. c. 13.

† quæ] orig.

† vt ſi forte huic ordini hic non videatur idoneus.] orig.

STudij vetuſti, ſit etiam alium, qui aptus ſit, prouidere, vt † ſi forte Petrus, quem à vobis. electum aſſeritis, huic ordini non videatur idoneus; ſit in quem † ſe veſtra declinare [a] poſſit, electio. Nam graue cleri illius erit opprobrium, vt ſi hic fortaſſe approbatus non fuerit, alium ſe dicant, qui eligi debeant, non habere.

Item Gregorius Barbaro epiſcopo, lib. 11. epiſt. 16.

¶De eodem. Cap. XVI.

Io. dia. l. 3. c. 21. Deuſdedit p. 1.

OBitum Victoris Panormitanæ ciuitatis antiſtitis directa relatio patefecit. Quapropter viſitationis deſtitutæ eccleſiæ fraternitati tuæ operam ſolemniter [b] delegamus. Quam ita te conuenit exhibere, vt nihil de prouentib. clericorum, redditu, ornatu, miniſterijſque, vel quidquid eſt in patrimonio eiuſdem a quoquam præſumatur, eccleſiæ. Et ideo dilectio tua ad prædictam eccleſiam properabit, & aſſiduis adhortationibus clerum, plebemque eiuſdem eccleſiæ admonere feſtinet, vt remoto ſtudio [c], vno eodemque conſenſu talem ſibi præficiẽdum expetant ſacerdotem, qui tanto miniſterio dignus valeat reperiri, & à venerandis canonibus nullatenus reſpuatur. Qui dum fuerit poſtulatus, cum ſolennitate decreti omnium ſubſcriptionibus roborati, & dilectionis tuæ teſtimonio literarum ad nos ſacrandus occurrat. ¶Commonemus etiam fraternitatem tuam, vt nullum de altera eligi permittas eccleſia; (niſi forte inter clericos ipſius ciuitatis, in qua viſitationis impendis officium, nullus ad epiſcopatum dignus, quod euenire non credimus, potuerit inueniri) prouiſurus ante omnia; ne ad hoc [α], cuiuslibet conuerſationis, vel meriti laicæ perſonæ aſpirare præſumant; ne & conatus eorum habeatur ineffícax, & periculum [d] ordinis tui (quod abſit) incurras. Monaſteria autẽ, ſi qua ſunt in ipſius conſtituta parochia [e], ſub tua cura, diſpoſitioneque, quouſque illic proprius fuerit ordinatus epiſcopus, eſſe concedimus.

Polyc. ibidem.

OBitũ.] CASVS. Mortuo epõ Panormitano Gregorius poſuit ibi quendam viſitatorẽ, cui quatuor commiſit, vt admoneat cleruꝫ & plebem dignũ pſonã in epiſcopum eligere: & vt de alia eccleſia nullũ ibi eligi patiatur, niſi i ea non inueniretur idoneus. Nec aliquis laicus ad hoc officium aſpirare pſumat: & vt omnia monaſteria eius diſpoſitione regãtur, quouſque illis ꝓprius epiſcop' fuerit ordinatus.

Viſitator ante ius habeat i electione.

b ¶Solenniter.] Idẽſt ita plene quaſi epiſcopus omnia diſponet, vt 12. q. 1. quoniam Velina.

c ¶Studio.] Idẽ, diſſẽſione, vel inuidia.

d ¶Et in periculũ.] Et ita videt ꝙ ſi vitioſa ſit electio, imputaꝫ viſitatori. Et per hoc. c dicit Hu. viſitatorem habere ius i electione, vt ſ. c proximo. & 63. d. plebs. alias non vꝫ quare pateretur pœnam Sed dico, ꝙ nõ plus habet iuris, q̃ ꝓ canonem exprimat. argu 18 q. 2. hoc tantum. vnde non dico ipſum poſſe eligere, vt 61. di. §. ex his ea

α ¶Ne ad hoc.] *Similis clauſula eſt etiam eodem lib. proxima epiſtola 17. & lib. 2. indict. 10. epiſt. 19. Benenato epiſcopo, &*

gerunt Petrum minus idoneum: quia idoneus non inuenitur, præcipit Greg. vt alium inueniant de eadem ciuitate, in quem electio eorum valeat declinare, quẽ ſi non inuenerint, graue ipſius cleri erit opprobrium. Poteſt tamen dici, ꝙ antequam inuentus eſſet minus Idoneus, mandauit eis, vt alium inuenirent in eadem ciuitate, & hoc videtur melius literæ conſonare.

a ¶Declinare.] Argu. ꝙ eccleſia põt in duos conſentire.

autem facit viſitator, quæ per ſacerdotes non poſſunt expediri, vt 7. q. 1 pontifices. Item niſi intra annũ procuret, ꝙ ſit ibi epꝰ ipſe remouetur. 9 q. 1. conſtitutum. & viuet de rebus eccleſiæ. 12. q. 2. charitatem. &c. eccleſiaſticis. Item viſitator dare poteſt prẽbẽdas & eccleſias vacantes. vt hic inuenit in fi. c. & 12 q. 2. nõ liceat.

e ¶Parochia.] In tota diœceſi habebit ille ꝓuiſionem vt 12 q. 1. quoniam Velina, vt patet in fine capituli.

Catinẽsis eccleſiæ.] CASVS. Defuncto epiſcopo Catinenſi Pelagius commiſit Eucarpo epiſcopo illius eccleſiæ viſitationem, & negotia gubernanda donec ibi per ipſum paſtor dignus eligatur: præcipit ergo ei vt illuc pergat, & de eodem clero talem eligi faciat, qui nec vxorem habeat, nec filios, & qui non ſit criminoſus: & eo electo Romam veniat conſecrandus.

Impoſſibile multipliciter dicitur. 1 Ad hoc C. de cur. fur. l. penu. ff. de ele. & effu. cùm ſa ne. ff locati. cum plures, §. 2.

a ¶Impoſſibile.] id eſt, non cõmode aliter fieri potuit: quia iſte erat vicinus 1. ſic ſumit ff. de ver. ſign. nepos proculo. Item dicitur impoſſibile quod non eſt honeſtum. ff. de condi. inſtitu. filius. Itẽ quod non inſtè fit. 24 q 2. ſane 22. q. 2. faciat homo.

Filius qñq; facit quem præſumi maiorem.

b ¶Nec filios.] Tamen alias quãtũ ad ſæculares honores ipſunt filii, vbi filius pro anno cõputatur ff. de minor. l. 2. Sed nunquid iſtud eſt cõtra præceptum Apoſtoli, qui dixit vnius vxoris virum? Solu. hic loquitur quãdo præſumptio eſt, q̃ propter filios dilapidet bona eccleſiæ. ſic 21. diſtinct. de Syracuſanæ. & tũc dabit cautionẽ, & faciet inuẽtarium 12. quæſt. 1. ſint manifeſtæ. Idẽ dico d̃ nepotibus, vt in authe. quomodo oportet epiſcopos. §. 1. coll. 1.

Epiſcopatũ ſuſcipere poteſt quis cogi. 2 Hoc non habetur hic ſed potius clerici ſunt compellendi ad faciendam electionem ſecundum Hug. & ſic nõ bene arguit glo. Arch.

c ¶Compellat.] Ergo aliquis poteſt cogi ad epiſcopatũ 2. licet ad alios ordines; vt 40. diſt. ante omnia. 92. diſtinct. ſi quis epiſcopus per manus. 74. diſt. placuit Ioan.

BEne nouit.] CASVS. Aprutiana eccleſia diu fuit deſtituta paſtore, & lõgo tẽpore quæſiuit Gregorius, nec ibi dignũ potuit inuenire. Tandem inuentus eſt ibi quidã Opportunus laudabilis vitæ quare præcipit Gregorius Paſſiuo epõ, vt illũ Opportunum moneat, vt in bonis ſtudiis creſcat: & ſi nulla crimina ei obſtant, monachus vel diaconus fiat: & demum epiſcopus conſecretur.

Electio ex cauſa poteſt differri. 3 Etiã cuiuſcunq; beneficii. Laur. Et p̃ hoc vide quod leg. & not. 35. d. 2.

d ¶Vbi diu.] Argumentum, quod differri poteſt electio 3. cum non inuenitur idoneus & licet aliqui intra tempus ſtatutum iuſto impedimento detenti non eligant, non priuantur electione, vt extra de electione pro defectu. nã non currit præſcriptio contra illum, qui non poterat eligere, vt extra de conceſ. præben. & eccle. non vacan. quia diuerſitatem. & argu. C. de annal. excep. l. 1. in fi. C. de inoffi. teſt. contra. ff. ex quibus cauſis ma. l. quod quidam 4.

e ¶Vel 4 Ex p̃dictis patet, q̃ tẽpus deputatum ad electionem celebrandam eſt vtile non continuum: nam nõ currit iuſto impedimento detẽtis: nec etiam ignorantibus. Archi,

epiſt. 26. Ioanni epiſcopo Syllaceno, & lib. 7. indict. 2. epiſt. 25. Fortunato epiſcopo Neapolitano. Ex quibus lectis, collatis veteribus codicibus harum epiſtolarum emendatur eſt hic locus, ut nõ multùm diſcrepet ab antiqua lectione Gratiani. Verùm in recentioribus editionibus epiſtolarum B. Gregorij in epiſtola hic citata legitur. ne ad id cuiuslibet conuerſationis, vel meriti laicam perſonam aſpirare permittas.

Item Pelagius Papa Eucarpo Meſſanenſi epiſcopo.
¶De eodem Cap. XVII.

CAtinenſis eccleſiæ viſitationem tibi iniungimus, cuius epiſcopum de hac luce tranſiſſe ſuſcepta cleri relatione didicimus. Impoſſibile [a] enim eſt, vt nos in prouincia illa duntaxat in Syracuſanis partibus alij cuilibet cauſas, quę ad Deum pertinent, committamus, niſi forte talem per te Deus nunc in Catinenſi eccleſia eligere voluerit; de cuius conſcientia poſſimus eſſe ſecuri, vt à te labores iſtos paululum remouere poſſimus. Mox ergo dilectio tua ad ſupradictam Catinenſem eccleſiam pergat, & hominem de clero, qui nec vxorẽ habeat, nec filios [b], nec crimen aliquod canonibus inimicum, eligi cum auxilio Dei compellat [c], atque ſuadeat: & ſtatim eum ad vrbẽ Romam cum decreto, & teſtificatione relationis tuę tranſmitte.

Polyc. ibidem. Anſel. l. 6. c. 44.

Item Gregorius Paſſiuo epiſcopo, lib. 10. epiſt. 13.
¶Qui in epiſcopum eligitur, non ſit reus criminum, quæ ſacra lex morte punit. Cap. XVIII.

BEne nouit fraternitas veſtra, quàm longo ſit tempore Aprutium † paſtorali ſolicitudine deſtitutum †: vbi diu [d] quæſiuimus, qui ordinari debuiſſet, & nequaquã potuimus inuenire. Sed quia Opportunus mihi in moribus ſuis, in pſalmodiæ ſtudio, in amore orationis valde laudatur, & religioſam vitam omnimodo agere dicitur; hunc volumus, vt fraternitas veſtra ad ſe faciat venire, & de anima ſua admoneat, quatenus in nobis ſtudijs creſcat. Et ſi nulla ei crimina, quæ per legis ſacræ regulam morte mulctanda ſunt, obuiant, tunc hortandus eſt, vt vel monachus [e] vel à vobis ſubdiaconus fiat: & poſt aliquantum temporis, ſi Deo placuerit ipſe ad paſtoralem curam debeat promoueri.

† *Aprutium ciuitas.*]orig.
† *deſtituta.*]orig.

Cui autem viſitatio iniungitur, nihil de rebus eiuſdem eccleſiæ a quoquam præſumi patiatur.

Vnde Gregorius Gaudentio epiſcopo, lib. 4. epiſt. 12. ſeu cap. 56.

e ¶Vel monachus.] Sed quare monachus? forte quia erat monaſterium cui decerat prælatus. Vel ideo quia ſi eſt monachus, citius poteſt promoueri ad ſacros ordines, ve 77. diſtinct. 10. monachus. Sed nonne hic diutius expectabitur, quàm per tres menſes: quod eſſe non debet. vt 50. diſt. poſtquam. ſic ſu. eod. Oſius, & 7. quæſt. 1. conſtitutum.

Quoniam

QVoniam Festus.]CASVS. Capuanus archiepiscopus Romæ defũctus est, & ideo Papa præcipit cuidam episcopo, vt illuc visitator accedat, & nil de rebus ecclesiæ minui patiatur, sed & clerum & plebẽ illius loci moneat. vt in vigilijs mortuorum, & in obsequio

¶ Non patiatur à quoquam præsumi de rebus ecclesiæ, cui eius fuerit iniuncta visitatio. Cap. XIX.

Anſ.l.5.c.18.

QVoniam Festus Capuanæ ecclesiæ episcopus in Romana ciuitate positus de hac luce migrauit; curæ nobis fuit (quæ vniuersis ecclesijs a nobis impenditur) ad fraternitatem tuam præsentia scripta dirigere, vt memoratæ ecclesiæ visitator [a] accedas; sic tamen, ut nihil de prouentionibus † clericorũ, redidru [b], ornatu, ministerijsque, vel quidquid præfati loci esse patuerit, à quoquam præsumi patiaris; sed omnem vigilantiam, atque cautelam circa clerum, plebemque eiusdem ecclesiæ exhibere conuenit, vt in vigilijs, obsequioque ecclesiastico sedulò, ac deuotè debeant deseruire.

† *al. prouẽtionibus.*

DISTINCTIO LXII.

BReuiter [c] monstratum est, ex quibus ordinibus in quos gradus sunt eligendi. Nũc vidẽdum est, a quibus sunt eligendi, & cõsecrãdi. Electio clericorũ est a petitio plebis. Vnde Leo Papa Rustico Narbonensi episcopo, epist. 90. al. 92. c. 1.

a ¶ Est.] *In vulgatis editionibus sequebatur* consensus principis. *In manu scriptis uerò partim legitur*, cõsensus plebis, *partim*, petitio plebis.

¶ Non sunt habendi inter episcopos, qui nec à clericis eliguntur, nec à plebibus expetuntur. Cap. I.

Poly.l.2 tit.1. Burch.l.1 c.2. Anſ.l.6. c.74. Iuo p.5.c.65.

NVllaratio finit, vt inter episcopos habeãtur, qui nec à clericis sunt electi; nec à plebibus [d] experiti, nec à prouincialibus † episcopis cum metropolitani iudicio consecrati. Vnde cum sæpe quæstio de malè accepto honore nascatur, quis ambigat nequaquam istis esse tribuẽdum [e], quod nec † docetur [f] fuisse collatum? Si qui [g] autem clerici ab istis pseudo episcopis in eis ecclesijs ordinati sunt, *&c. vt infra in causa simoniacorum.*

† *al. comprouincialibus.*

† *al. non.* infra 1. qõ. 1. si qui.

Item Cœlestinus, Papa ad episcopos Appuliæ, & Calabriæ, epist. c. 3.

Polyc l.6 tit.1. Burc.l.15.c.13. Iuo p.16.c.14. Deusdedit p.1.

D¶ Populus non debet præire, sed subsequi. C. II. Docendus est populus non sequendus: nosque, si neNVllaratio.] CASVS. Quòd episcopi non fuerunt electi à clericis, nec à populo expetiti: nec metropolitani iudicio consecrati. Quæritur de istis talibus episcopis, & de ordinatis ab eis, an debeant inter episcopos poni, & ordinatos reputari? Et rñ. Leo Papa q̃ non: potest tñ dispensari cũ clericis ab eis ordinatis, vt infra 1. q. 1. si qs à pseudo epis.

d ¶ Nec a plebib.] Consensus plebis requirit in electione, & eo ipso cõsentiũt, q̃ perhibent ei testimonium, quia testimonium plebis æquale est electioni, vt 24. dist. 4. & 67. di. reliqui. Sed q̃d si aliq̃s est cõsecratus, qui non habuit cõsensũ plebis, nunquid cassabitur consecratio? vr̃ q̃ sic, in odium consecrantium & eligentium. cũ contẽptus est: licet ex gratia populus sit requirendus vel vocãdus, vt 16. q̃. 7. decernimus. 31. q. 2. cap. 1. & 70. dist. c. 1. Nã semp consensus plebis est requirendus, vt 8. q. 1. licet. Item quia laicus potest excipere cõtra electũ, & dicere q̃ ei inuito nõ est dandus epũs, ut infra 63. di. c. si fortè. &c. Hadrianus. H. dicit si oritur scandalum ex hoc, q̃ cassanda sit electio, & consecratio, sed dico 1 nõ iõ cassandã, licet nõ affuerit, quia plura exiguntur, quæ tñ

Consensus plebis est in electione requirendus.

1 Et bene secundũ Lau. & Io. de Fã-

quio diuino sedulè seruiat & deuotè.

a Visitator.] Hic habes, q̃ Papa visitationis committit officium. Sed an metropolitanus possit visitatorem constituere, sicut præses curatorem, ut Institu. de curat. §. ult. Non credo. Ioan. Ego dico, quod sic, cum non inueniam prohibitum argumentum. extra de sent. excom. nuper. B.

Visitatorẽ quis constituere põt.

b ¶ Redditu.] A quo custodiri debent, bona vacantis ecclesiæ, notaui infra 2. q. 2. charitatem, &c. illud.

c Reuiter.] CASVS. Supra dictum est, ex quo ordine, & in quem debeat quis promoueomissa non vitiant factum. argum. 30. qõ. 5. nostrates, quia huiusmodi, leuia omissa non vitiant rem, vt ff. de ventre inspicien. l. 1. in fin. eo ipso autem intelligitur laicus consentire, si non dissentit, vt 24. dist. si seruus. ff. solut. matr. l. 2. §. ult.

e ¶ Tribuendum.] Isti tamen dant ordinem, & habent eum: sed nõ iustè, vt inf. de consec. dist. 4. nullus autem.

f ¶ Nec docetur.] Si extra de iure pat. quod autem.

g ¶ Si qui.] 1 qõ. 1. sacerdotes. & cap. si qui à pseudo epiſcopis.

DOcendus.] CASVS. Quidam populus nolebat episcopum eligere, nec pmittebat eligere clericos,

quæ ſitum fuit à Cœleſtino quid in hoc caſu ſit faciendum. Et reſpondet, populum eſſe docendum, vt prohibita non attentet: qui ſi non corrigitur, punietur eccleſiaſtica ſeueritate, ſcilicet excommunicatione.

a ¶ Per ſeueritatem.] Scilicet excommunicationem, ferro.n. reſecãda ſũt vulnera, &c. vt 16.q.3.in canonibus.

NISI. CASVS. In hoc §. & ſeq. c. dr, q̃ epiſcopus cõſecrari nõ debet, niſi fuerit canonicè electus. & caſum p te videbis.

b NVllus.] ¶ Deponatur] 1.q.1. ſi quis epiſcop' &c. ſi qui epiſcopi. ſup diſt. 50 ex pœnitentib. ſup 36. diſtin. qui eccleſiaſticis.

LAici.] Hęc diſt. diuiditur in quatuor partes. In prima ꝓbat p̃ 8. auctoritates ſanctorum, quod laici non debent eligere, nec electioni intereſſe niſi vocati. Secunda ibi, [Cõtra.] Tertia ibi, [Principib'.] Quarta ibi, [Verum q̃.] Ioan. de Fan.

CASVS. Supra dictũ eſt, q̃ electio eſt clericorũ. Sed quia laici volebãt intereſſe electionib' clericorum, ideo ſupponit hanc 63. diſt. in qua primo oſtendit, q̃ laici non debent intereſſe electionibus vſque ad §. [His omnibus.] Deinde probatur contrarium. Deinde in §. [Electiones] ponit ſolutionem.

c ¶ Laici] In præcedenti diſt. oſtenſum eſt, quòd laici tantũ debent cõſentire electioni plenius hic ꝓſequitur, q̃ nullo modo debent intereſſe 1. & hoc facit uſque ad illum §. [His omnibus.] deinde probat cõtrarium vſque ad illum §. [Electiones.] & ibi ſoluit, deinde oſtẽdit q̃ priuilegia fuerunt Imperatoribus data circa electiones, quæ poſtmodum fuerunt eis ex cauſa ablata. Vltimo dicit, q̃ religioſi viri nõ ſunt excludẽdi ab electionibus. ergo hęc veritas, q̃ nullus laicus debet intereſſe electioni, ẽt in cõuentuali eccleſia, niſi hoc habeat ex cõſuetudine præſcripta, vt extra de iure pat. nobis 2. dicẽt. H. dixerit, q̃bi poterit bene patronus intereſſe, ut 18.q.2. abbatem. & hoc c. dicit intelligi de non patronis: æqualiter autem eſt patronus, qui minus dat, ſicut qui plus, qa vnus põt ſupplere per operam, quod ei deeſt in patrimonio. ff. pro. ſolut l. 5 & plenius no. 16.q.7 pie.

NVllus.] CASVS. Hadrianus Papa prohibet in hoc c. vt nullus laicus, etiam in maxima poſitus dignitate ſe inſerat electioni Patriarchæ, & archiepiſcopi; & quicunque laicus canonicam electionem voluerit diſturbare. debet Anathematizare donec obediat.

d ¶ Communem] Cum ergo hæc tria requiruntur .ſ. communis, conſonans, & canonica, ſi vnum iſtorum deeſt, vitioſa eſt electio, vt arg. 38. diſt. quæ ipſis. non. n. ſufficit ſciunt eos quid liceat, quidve non liceat, commonere, nõ his conſenſum præbere debemus. Quiſquis verò conatus fuerit tentare prohibita: ſentiet cenſuram ſedis Apoſtolicæ minimè defuturam. Quæ enim ſola admonitionis auctoritate nõ corrigimus, neceſſe eſt, vt per ſeueritatem a congruentem regulis vindicemus. Per totas ergo hoc, quæ proprijs rectoribus carent, eccleſias, volumus innoteſcat, vt nullus ſibi aliqua ſpe forſitan blanditus illudat.

Electio ſit cõis, conſonans, & canonica.

Niſi autem canonicè electus fuerit, cõſecrari non dẽt. Vnde Calixtus Papa ſecundus.

¶ Non conſecretur in epiſcopum, niſi canonicè electus. Cap. III.

NVllus b in epiſcopum, niſi canonicè electum conſecret. Quod ſi præſumptum fuerit, & conſecrans & conſecratus abſque recuperationis ſpe deponatur.

In Pontificali eſt mentio huius decreti.

DISTINCTIO LXIII.

LAici c verò nullo modo ſe debent inſerere electioni.

Vnde Hadrianus Papa in eſtaua ſynodo Conſtantinopoli ſub ipſo celebrata.

¶ Laici electioni Pontificum non ſe inferant. Cap. I.

NVllus laicorum principum, vel potentum ſemet inferat electioni, aut ꝓmotioni Patriarchę, metropolitę, aut cuiuslibet epiſcopi, ne videlicet inordinata hinc, & incongrua fiat confuſio, vel contentio; præſertim cum nullam in talibus poteſtatem quenquam poteſtatiuorũ, vel cæterorum laicorum habere conueniat. *& infra.*

Anſ. l. 6. c. 23. & 72. Iuo p. 5. c. 232. Paun. l. 3. c. 8. Deuſdedit p. 1.

¶ Quiſquis autem ſæcularium principum, & potentium, vel alterius dignitatis laicus aduerſus communem d & conſonantem, atque canonicam electionem eccleſiaſtici ordinis agere tentauerit: anathema ſit, donec obediat, & cõſentiat, quidquid eccleſia c de electione, & ordinatione proprij præſulis ſe velle monſtrauerit.

inf. c. proximo. Poly. l. 2. tit. 1.

§ Vel facias continuationem non ad proximã diſtin. ſed ad 63. diſt. vbi dicit, q̃ laici non debent eligi, ſic nec eligere, vt in hac diſt. Io. de Fan.

Electione nullus laic' debet intereſſe *

* Idem not. infra ea. diſ. ꝓxima.

§ Argu. ad hoc 92. diſt. ca. pe. & ibi de hoc. arg. ad hoc 18. qõ 2. ſi quis abbas.

e ¶ Eccleſia.] Eccleſiam hic vocat viros eccleſiaſticos; quandoque vocatur congregatio fidelium, vt infra de conſecra. diſt. 1, eccleſia. De hoc dixi. 7 q. ſcire.

Hadria-

HAdrianus.] CASVS. Ignatius Patriarcha Constantinopolitanus iniustè fuit depositus, & Photius loco eius substitutus quam præsumptionem Nicolaus voluit remouere, sed morte præuentus non poruit, sed Hadrianus successor eius misit nuncios tres Constantinopolim ad Basilium Imperatorem, & ad filios eius, cũ quibus fuit Cancellarius Romanæ sedis, & ibi octaua synodus congregata, duo fecit. Prim o Photium deposuit, & Ignatium restituit. Secundo constituit, ut clericorum sit electio tantũ, & ꝙ nullus laicus inserat se electioni Patriarchæ metropolitani vel episcopi, sed silere debet, & attendere quid clerus faciat, nisi à clericis inuitaretur ad remouendos, & impugnandos malos.

a ¶Disposuerat] Arg. successorem debere consummare quod antecessor inchoatur, ut hic 1. & 12. q. 2. hęc huius & q. 5. quia.

¶Hic citantur partes quadam vigesimi secundi canonis octaua synodi sub Hadriano Papa II. habita, & ab Anastasio Bibliothecario latinitate donata.

Item ex octaua synodo, actione prima.

¶ De eodem. Cap. II.

Aus. li. 6 c. 23. Iuo p. 5. c. 122. Pann. li. 3. c. 8. Deusdedit p. 1.

HAdrianus Papa secundus (quod Nicolaus prædecessor eius disposuerat [a]) missos suos, Donatum. s. Hostiensem episcopum, & Stephanum Nephesinum episcopum, & Marinum diaconum sanctæ Romanæ ecclesiæ ad Basilium Imperatorẽ, & ad filios eius Constantinũ & Leonem Augustos [b] Constantinopolim direxit, cum quibus & Anastasius bibliothecarius [c] Romanæ sedis, vtriusq; linguæ Græcę & Latinę peritus perrexit, & synodo congregata (quam octauam vniuersalem synodum illuc conuenientes appellauerunt) exortũ schisma de Ignatij depositione, & Photij ordinatione sedauerunt, Photium anathematizantes, & Ignatium restituentes. In qua sic statutum est: Consecrationes † [d], & promotiones episcoporum concordans prioribus cõcilijs clericorum electione, ac decreto episcoporum collegij fieri sancta hæc & uniuersalis synodus deffinit & statuit: atque iure promulgat, neminem laicorum [e] principum, vel potentum semet inserere electioni, vel promotioni Patriarchæ, vel metropolitæ, aut cuiuslibet episcopi; ne videlicet inordinata hic, & incongrua fiat confusio, vel contentio; pręsertim cum in talibus nullam potestatem quemquam potestatiuorum, vel cęterorum laicorum habere cõueniat, sed silere, & attendere sibi vsquequo regulariter à collegio ecclesiæ suscipiat finem electio futuri pontificis. Si vero quisquam laicorum ad contractandum † [f], & cooperandum inuitatur [g] ab ecclesia, licet huiusmodi, cum reuerentia, si fortè voluerit, obtemperare se asciscentibus. Taliter enim dignum pastorem sibi regulariter ad suam ecclesia † salutem promouet α.

Cap. 22.

Poly. li. 2. tit. 1.

† *Promotiones & consecrationes.*] orig.

† *al. concertandum*] orig. & alij collect.

† *al. & Ecclesia.*

Caput est collectoris arbitratu compositum.

α ¶Promouet.] *Si hic additur ver.* Quisquis. *ex capite antecedente, erit integer 22. canon 8 synodi. In vulgatis sequebatur vox,* clerus, *quæ in vetustioribus est glossa interlinearis.*

Item ex historia Tripartita, lib. 7. c. 8.

¶Electioni episcoporum Imperator interesse non debet. Cap. III.

VAlentinianus Imperator veniẽs ab oriẽte ad Hesperias partes (vt refert historia ecclesiastica) mortuo. Auxẽtio Arrianæ perfidiæ magistro, qui Mediolanensem

1 Et 1°. q. 1. dudum.

ADDITIO. Ad idẽ extra de rescrip. litteris. ubi de hoc & 11. q. 3. si episcopus ante damnati. Papa tamen non tenebatur ad hoc, nec hoc dicitur quòd teneretur: bene tamen fecit. 8.

b ¶Augustos.] No. ꝙ filij Imperatorum dicuntur etiã Augusti, quia sperabatur, ꝙ essent futuri Imperatores, & quasi ꝑ augurium hoc sperabatur. Vel sicut Imperator dicitur Augustus, qa illius propositi debet esse, ꝙ augeat; sic & filius põt dici Augustus, quia & hoc propositũ debet hr̃e, cũ habebit imperium 2.

Imperator quare dicat Augustus.

c ¶Bibliothecarius.] .i. cãcellarius. supra 21. dist. submittitur.

2 Hoc valet ad solutionẽ eius qd̃ habetur 21. dis. nũc autem. 7. q. 1. in apibur. L.

d ¶Cõsecrationes.] hæc sunt verba concilij

e ¶Laicorum.] infra 96. dist. bene quidẽ.

f ¶ Ad contractandum.] idest, simul tractandum.

Laici ad aliqua spũalia inuitantur.

g ¶Inuitatur.] Hinc inuitantur laici ad electionem, alibi ad sermonẽ faciendũ, vt 23. distin. mulier. quandoq; ad causas mr̃imoniales, vt 35. q. 5. ad sedem causis autem fidei intererunt etiam nõ uocati, vt 96. di. vbi nam. Sed nunquid subscribent laici? arg ꝙ sic 7. q. 1. eps de loco. 3.

VAlentinianus.] CASVS. Cũ ecclesia Mediolan. vacaret pastore, mortuo Auxentio hæretico, qui Mediolan. ecclesiã, vt lupus diluniarat, venit ab Oriente Valentinianus Imperator, & suasit epis cõgregatis, vt talẽ in archiepiscopũ eligerẽt. cui etiã ipse Imperator se syncere submittere possit: episcopi verò cum rogarent Imperatorem, vt eligeret, ipse noluit assentiri. demum Ambrosium elegerunt nondũ baptizatum. vnde Imperator gratias referens, quod electus esset ad saluandas animas: cui curam corporum commiserat, confortauit cum

3 Ad idem quod leg. & no. inf. ead. quanto. in gl. ex hoc loco, in fi. &c.

Digitized by Google

eum vt non timeret, dicens; Deus te adiuuabit, & ego te semper defendam, & pro te pugnabo.

Electio ad quē spectat de iure cōi, 1 Vt est ecclesia Rauēnas.

a ¶Episcopos.] Ergo electioni metropolitani intererunt omnes epi comprouinciales, vt inf. eo. metropolitano, & 66. dist. c. 1. 10. sed in his non attendo 1. nisi cōsuetudinem, vt extra de ele. cum ecclesia. & extra de postu. bone. 10. De iure cōmuni omnis electio spectat ad capitulū, ut extra de cau. poss & ꝓprie. cū ecclesia. li. 6.

b ¶Solo.] Sic magistri moribus, & facūdia alios dēnt pēcedere, vt C. de ꝓfes. & me. magistros li. 10. c ¶Testemq;.] Nota, ꝙ conuersatio pōbet alicui testimonium, vt 1. q. 7. cum pastoris.

Imperator pōt ab episcopo excōmunicari.

d ¶Submittamus.] Arg. ꝙ Imperator est minor quolibet episcopo, & excōicari pōt ab ēpo, vt hic innuitur, & 18. dist. qm̄ quidem. 96 dist duo tm̄. Imperator est maior in spalibus illis, qui ab eo recipiunt temporalia, sed minor est in spiritualibus. extra de ma. & obed. solitæ. 2. q. 7. §. item cum Dauid.

e ¶Sup vos.] Idest, ad uos spectat. sic respōdit Theodoricus 17. distin. §. hinc. vel ideo hīc dicit, super uos; quia electio est periculo eligentiū 2.

Electio est periculo eligentium. 2 Vt 61. dist. quid prod. sit & c. obitum.

si quis enim malum nominat, tenetur de omni damno, & dispēdio, quod per eū acciderit. C. de periculo nōtatorum l. 1. lib. 11. Item si inhabilē nominat, & appellatur, tenetur dare sumptus, quos fecerant aduersarij. C. de decur. l. 2. li. 10. 3.

3 Et de sūp. secu. l. vna. lib. 10. Arch.

f ¶Electus.] Et ita maledicit G. ꝙ fuerit postulatus 8. 61. di. §. his oīb. & §. sic btūs. in fi. Sed potes dicere, ꝙ fuit electꝰ in postulādū 4. vt extra de renunc. post translationem. 10 & dicit T. ꝙ clericus alterius ecclesiæ in sacris ordinibus constitutus eligi potest. Ita not. in illa decre. post translationē. nisi sit eps, vt vī dicere dec. ext. de ele. cū inter canonicos. & potiea dēt postulari B.

4 Sic ēt no. inf. c. quāto. in glo. 1. Ad idem ext. de elec. in causis.

Electio tm̄ sic celebrata non est initialis, sed p̄paratoria ad electionē faciēdam ſm Io. & Gotf.

5 Adde Bal. plenè hoc

g ¶Corpora.] Et ita fuit curialis, sed absolutus fuerat, nec ex officio contraxerat irregularitatem, alioquin non promoueretur. 51. dist si quis post.

h ¶Ordinem.] Ex hoc verbo dixerunt quidam, ꝙ Imperator debet habere ordinem subdiaconalem, sed non est verū 5. quia habet militarē characterē, vt 1. q. 1. qđ quidā. gerit tm̄ officiū subdiacōi cum ministrat ēpo.

POrro.] CASVS. Lotharius Rex non permittebat aliquē ad episcopatum eligi in regno suo, nisi fauentē sibi, idest, nisi esset amicus suus, vel nisi sibi iuraret ideo præcipit ei Nicolaus, vt in ecclesia Treuerēsi, & in Agrip-

examinātē, & renentem pro opinione gl. in ꝓ. G. & doc. in c. venerabilem. ext. de elec. & Spec. in tit de leg. §. nūc ostendū. vers. 19.

ecclesiam vt lupus dilaniauerat, cū vellet catholicū, Deo ordinante, ibi consecrare episcopum, euocās episcopos a hæc eis locutus est. Nostis apertè, eruditi quippe diuinis eloquijs, qualem oporteat esse pontificem, & quòd non deceat eum verbo solo b, sed etiam conuersatione gubernare subiectos, & totius semetipsum imitatorem virtutis ostendere, testemque c doctrinæ conuersationem bonam habere. Talem itaque in pontificali cōstituite sede, cui & uos, qui gubernamus imperium, sincerè nostra capita submittamus d, & eius monita, dum tanquam homines delinqueremus necessariò, velut curātis medicamenta susci piamus. Hæc cum dixisset Imperator, petijt synodus, vt magis ipse decerneret sapiens, & pius existens. At ille, super vos a c est, inquit, talis electio. vos enim gratia diuina potiti, & illo splendore fulgentes, melius poteritis eligere. Tunc sacerdotes egressi de episcopali sede tractabant. *& infra.* ¶Cum autem ordinatione diuina Ambrosius nondū baptizatus, electus f fuisset; exultans Imperator ait. Gratias ago tibi domine Deus omnipotens, & saluator noster, quoniam huic viro ego quidem cōmiseram corpora g; tu autem animas, & meam sententiam ostendisti tuæ iustitiæ conuenire. Cumque S. Ambrosius contristaretur de hoc quod acciderat (vt idem in suis epistolis scribit) confortauit eum Imperator, & ait: Noli timere, quia Deus, qui te elegit, semper te adiuuabit, & ego adiutor, & defensor tuus (vt meum ordinem h decet) semper existam.

In epist. ad Vercellense.

a ¶Super vos.] *Vera lectio est, supra nos. μεῖζον ἢ καθ' ἡμᾶς. Sed ob glossam non est restituta.*

Item Nicolaus Papa I. Lothario Regi.

¶Auctoritate apostolica, non Regio fauore episcopus est eligendus. Cap. IV.

Iuo p. 5. c. 337.

POrrò scias, quia relatum est nobis, quòd quicunque ad episcopatum in regno tuo prouehendus est; nō nisi fauentem i tibi permittas eligi k. Idcirco Apostolica auctoritate sub diuini iudicij obtestatione iniungimus tibi, vt in Treuerensi vrbe, & in Agrippina Colonia nullū eligi patiaris antequam relatum super hoc, nostro Apostolatui fiat.

Item ex concilio Parisiensi, c. 8.

Agrippina Colonia nullum eligi patiatur in episcopū, nisi prius sedi Apostolicæ referatur.

i ¶Fauentem.] In crimine adulterij cum Gualdrada. Vel fortè fecit eos iurare ei fidelitatē quod clerici non debent facere laico. 22. q vlt. c. vlt. nisi habeant ab ipso regalia 22. q. 5. de forma.

K ¶Eligi.] Videtur ergo, ꝙ in illis duabus ecclesijs non possit fieri electio, nisi voluntas Papæ requiratur. sicut est in ecclesia Rauennate, vel illud pro tempore fuit statutum. Vel dic eligi, idest, consecrari 6. vel instituī.

6 Sic ēt exponitur 8. 9. 1. episcopo. 2. in fine. Ecclesiā recipiens al laico, est excōicandus.

Si per

¶Non recipiatur à comprouincialibus, qui regia ordinatione, episcopale culmen est adeptus. Cap. V.

Iuo p.5.c.123. Patri.l.3.c.9.

† al. episcopus.

SI per ordinationem regiam honoris istius culmen peruadere aliquis nimia temeritate præsumpserit, a comprouincialib. loci ipsius episcopis † recipi [a] nullatenus mereatur, quem indebitè ordinatum cognoscunt. Si quis de comprouincialibus recipere eum contra interdicta † præsumpserit, sit a fratribus omnibus segregatus, & ab ipsorum omnium charitate semotus.

† al. indicta.] orig.

Item ex concilio Laodicensi, c. 13.

¶De eodem. Cap. VI.

Burc.l.2.c.8. Iuo p.6.c.28. Anicl.l.6.c.38.al.45. Deusdedit par.1.& 4

NOn est permittendum turbis, electionem eorum facere, qui sunt ad sacerdotium promouendi.

Item ex septima α synodo quæ est secunda Nicana, ecclesiæ episcoperum.

¶Irrita sit electio episcopi, vel presbyteri, vel diaconi a principibus facta. Cap. VII.

Can.Apost.31.inf.16 q.7.c.si quis. Iuo p.5.c.120. Anicl.l.6.c.8. Burc.l.3.c.109. Deusdedit ibidem.

OMnis electio episcopi, vel presbyteri, vel diaconi a principibus facta, irrita maneat, secundum regulam [b], quæ dicit: [Si quis episcopus sæcularibus potestatib. vsus ecclesiam per ipsos obtinuerit, deponatur; segregentur & ab ecclesia omnes, qui illi communicant.

α ¶Ex septima.] *Citabatur antea ex secunda actione sexta synodi. Restitutus est locus ex Iuone.*

β ¶Et segregentur.] *In aliquot vetustis Gratiani exemplaribus est*: segregetur. *Sed plerisque cum vulgata lectione conuenit. In canone 31. Apostolorum Græcè sic legitur.* καθαιρείσθω καὶ ἀφοριζέσθω, καὶ κοινωνοῦντες αὐτῷ πάντες, *& infra 16 q.7.cap. si quis epus vbi hic idem canon ex alia refertur versione, legitur*: & segregetur, omnesque, qui illi communicãt *eodemq; modo est apud Anselmum, verum in versione Anastasij bibliothecarij legitur quemadmodum apud Gratianum, & conuenit cum uersione priscæ, ac Dionysiana.*

Apud Martinum. Bracarensem, c.1.

Item ex concilio Martini Papæ, c.1.

¶Non eligantur à populo, qui sunt promouendi ad clerum. Cap. VIII.

su.d.24.epi & d.61. episcopum. Burch.l.1.c.10. Iuo p.5.c.64. Anicl.l.6.c.6.al.12.

NOn licet populo electionem facere eorum, qui ad sacerdotium promouentur: sed in iudicio episcoporum sit, vt ipsi eum probent, si in sermone, & fide, & spirituali vita edoctus sit.

†Et pria Iustiniani magni, qui est Taurisio natali solo vili Dalmatiæ pago metropolim fecit, & de suo nomine nuncupauit, vt in nouel. constit. 131. de eccles. statu. cano. 1. princ.

His omnibus auctoritatibus laici excluduntur ab electione sacerdotum, atq; iniungitur eis necessitas obediendi, non libertas imperandi.

2 *Contra* [c] *verò scribit B. Gregorius Ioanni episcopo prima* [d] *Iustiniana* † *Illyrica, lib. 4. epist. 15. sen c. 59.*

¶Voluntas principis in ordinatione Pontificis desideratur. Cap. IX.

Anscl.l.6.c.95.

QVia igitur susceptæ fratrum, & coepiscoporũ nostrorum relatio ad locum vos sacerdotij, totius

[a] SI per ordinationem.] CASVS. Statutum fuit in concilio Parisiensi, vt nullus per regiam potestatem ad honorem ascendat prælaturæ: & si quis præsumpserit, ab alijs episcopis non recipiatur & qui eum receperit, ab aliorum epõrũ cõione segregabit. Sequentia tria cap per se patent.

a ¶Recipi.] th ille q recipit ecclesiã a laico, non est excõmunicatus, sed est excõi cãdus vt extra de iure pat. præterea nisi a sacramentis. 16.q.vl. c.quoniã, & c.si quis deinceps. si tñ post dñem laici. accesserit consensus epi, cõfirmatur donatio 1, vt extra d iure pat. cura pastoralis. Ioã. hodie etiam talis intelligibilis sit, vt extra de electio. quisquis. Bar.

1 Scilicet facta ab ipso laico, vt donatario, si vt a prælato puta quia ius dat patronatus nõ enim intelligo, qđ ꝑcribat ecclesia quam quis habeat a laico, vt a prælato: secundũ Laur.

[b] OMnis electio.] ¶Regulã] 16. q.7.quis deinceps.

NOn licet.] his.] CASVS Hactenus probauit, ꝙ laicus nõ debet interesse electioni. Modò vult Gratianus probare contrarium.

CONTRA. Hæc est secunda pars dist. in qua probat sophistice, ꝙ laici possunt & debent interesse electioni episcopi & archidiaco Ioã. d Fan. dicit c. ad hoc inducta esse int elligenda quod tantum debẽt consentire, non autẽ eligere, nisi hoc habeant ex priuilegio speciali: vel sunt vocandi ad tempus ex causa.

2 Vt inf. ea. §. electionis.

c ¶Cõtra.] Tu dicas, ꝙ laici debent interesse nõ ad eligendum sed ad continendum inf. ead. nosse 2.

d ¶Primæ Iustinianæ.] idest, Salonitanæ, quæ sic dicta est quia Iustinianus ibi natus est. Alij dicũt d auẽna, ꝙ vtraq; est Illyrica, vel adiacet Illyrico mari.

QVia.] CASVS. Ioannes de cõmuni voluntate

lantate totius concilij & principis electus est in episcopum primæ Iustinianæ: quod cum audisset Grego. retulit gratias Deo, & confirmauit eundem: & rogauit Deũ, vt ipsum custoditet.

Metropolitanos confirmare ad quẽ pertinet.

a ¶Concilij.] ideit collegij.

b ¶Consentimus.] confirmando electionem tuam: & ita Papa confirmat omnes metropolitanos, vt infra. eod. quanto, & c. Salonitanæ, & 100. distinct. quoniam, quod verum est, cum non habent primatem sed ei nullo medio subsũt, vt inf. ea. cum longe, & infra. dist. proxim. quia per ambitiones. nisi velis dicere, q eo ipso q̃ qs recipit pallũ a Papa intelligitur cõfirmari ab ipso. imò & plerique archiepiscopi non confirmantur. nec cõsecrantur, nisi a suis subditis: nec petitur cõfirmatio a Papa, sed tantũ pallium, vt dixi. De hoc 51. distin. qui in aliquo.

concilij [2] vnito consensu, & serenissimi principis voluntate declarat accersiri, gratias omnipotenti Deo creatori nostro magna cum exultatione retulimus, qui vitam actusq; vestros ita de præteritis fecit esse probabiles, vt otium vos; quod est valde laudabile, faceret placere iudicio. Quibus nos quoq; in personam fraternitatis tuæ per omnia consentimus [b]: atq; omnipotentem Dominũ deprecamur, vt charitatem vestram, sicut sua gratia elegit, ita in omnibus sua protectione custodiat.

2 Ista etiam fuit hic sententia H. q̃ fouet Gofr. extra de nãt. latio.

Idem Gregorius Ioanni subdiacono, lib. 2. Indict. 11. epist. 30. seu c. 69.

¶Clerus, & populus Pontificis electioni interſint. Cap. X.

QVantò Apostolica sedes, Deo auctore, cũctis prælata cõstat ecclesijs: tantò inter multiplices curas & illa nos valde solicitat, vbi ad consecrandum antistitem, nostrum expectatur arbitriũ. Defuncto igitur Laurentio ecclesiæ Mediolanensi episcopo, sua nobis relatione clerus innotuit, in electione de filij nostri Cõstantini diaconi sui vnanimiter consensisse. Sed quoniam eadem non fuit subscripta relatio [c], ne quid, quòd ad cautelam pertinet omittamus, huius idcirco præcepti auctoritate suffultum Genuã [d] te proficisci necesse est. Et quia multi

Ansel. l. 6. c. 26. Polyc. l. 2. tit. 5.

QVantò] CASVS. Laurentio Mediolanensium archiepiscopo sublato ã medio, Cõstãtinus diaconus electus est in eius locum vnanimi consensu a clericis, qui supplicauerunt Papæ, vt ipsum confirmaret. Sed quia in petitione eorum non continebantur clericorũ subscriptiones, ideo Gregorius præcipit Ioanni subdiacono, vt Genuam proficisceretur: & voluntates Mediolanensiũ, qui illic coacti barbarica feueritate detinebantur inuestigaret, & si omnium voluntatis in electione eius perdurare cognosceret, auctoritate apostolica faceret a suffraganeis consecrari.

c ¶Relatio.] Ex hoc loco quidam dixerunt, q̃ electio potest variari vsque ad subscriptionem: sed post non. argu. 1. q 7. salubertimum, & 27. q. 1. omnes fœminæ, & argu. pro eis extra de cen. olim. Alij dicunt vsque ad cõfirmationem esse ambulatoriã voluntatem eligentium, vt extra de prebẽ. cũ non ignores, & ex eo q̃ dicit hic, perdurare. inf ea. Salonitana. 28 dist. de Syracusanæ 71. dist. studij, vnde & propria stipẽdia retinet electus vsq; ad confirmationem, vt extra de electio. cum in cunctis. nec cogitur inscribere qui excipit contra electum non confirmatum, quia non dejicitur ab obtento, sed ab obtinendo, vt extra de accusa. super his. Item quia ante cõfirmationem non renunciat electus episcopatui, cum adhuc nihil iuris sit consecutus, vt extra de transla. inter. Sed tu dicas, q̃ per consensum eligentiũ ius est acquisitum electo: dum tamen ipse consentiat 1, vel consentire velit, vt extra de electio. cum inter canonicos. in fine. Ioan. nec possunt post electionem variare: sed ante publicationem scrutinij possunt, vt extra de elec. publicato. B. Si q̃ras quale ius acquiritur electo per electionem, dico q̃ ius prælaturæ, & ius administrandi: sed nõ exercitium prælaturæ vel administrationis. per confirmationem enim nihil iuris non acquiritur, sed tantum exercitium: extra de rescript pastoralis in fine. 16. q. 1. §. ecce. electio enim facit Imperatorem, vt 93. dist. legimus. Sed quæritur vtrum per nominationem aliquid acquiritur: nam per talem nominationem exprimitur consensus de futuro, & est sensus; nomino talem, ideſt, nomino eum eligendum sicut etiam aliquis eligitur in postulandũ, vt extra de reuun. post trãslationẽ. & su ea. Valentinianus. sicut non contrahitur matrimoniũ carnale per hæc verba; nomino te in mulierem, sed si per denominationem exprimitur consensus de præsenti, tunc denominato ius est acquisitum: quia non refert quibus verbis quis exprimat consensum. vt 22. q. 5. humanæ: maxime. si consuetudo est alicuius ecclesiæ, q̃ talia verba celebretur electio: tunc in talibus ad communem intelligentiam verborum est recurrendum, vt extra de spon. ex litteris 1. Quid de postulatione iuris sit, dixi. su. 61. dist. §. sed aliud. Sed quare reprobatur hic electio propter defectũ subscriptionis? sed intellige q̃ hic non erant duæ partes præsentes 3. quæ ad minus debent esse in electione, & ideo in fraudem nolebant subscribere, ne eorum paucitas reprehenderetur. vnde cum ab initio non fuerit consensus eorum legitimus, bene dicit Papa si perdurat sic su. 28. d. de Syracusanæ & 39. d. Petrus. Sed videtur, q̃ non effet denuo requirendus eorum consensus, vt ff de ser. rub. præd. per fundum, sed illud non est simile: quia seruitus concedi potest separatim, sed electio debet esse communis, vt hic dicitur, & su. cad. c. 1 sed cum Gratianus intelligat hoc c. q̃ consensus laicorum hic requirebatur quare ergo dicit subscripta relatione, cum laici non subscribant? Videtur q̃ subscribant, vt 7. q. 1. episcopus de loco, & 1. q. 6. si quit autẽ episcopatum. Item subscriptio non est de electione, sed de solennitate, vt 61. dist. episcopus.

Electo ius acquiritur q̃ consensum eligentium. 1 Intellige ſm id quod habetur extra lib. 6. de elect. quam sit. Greg. 10. Electus qd ius habet. Nominatio an tribuat aliquod ius nominato.

3 Vel eligẽt indignũ: secundum Vincen. & B. qd dic vt not. extra de postu. bonæ 2. glo. ideo dicit, &c.

Absentes vade vocantur ad electionem.

d ¶Genuã.] Not. q̃ vocantur absentes a Mediolano vsque ad Genoam: sed non vsque ad 12 dietas, vt extra de elect. cum inter. Quid de hoc iuris sit, dixi 8. q. 1. factus. extra de elect. in genesi.

a ¶Bar-

illic Mediolanenſiũ coacti barbarica [a] feritate conſiſtũt, eorum te voluntates oportet cõuocatis eis in commune perſcrutari. Et ſi nulla eos diuerſitas ab electionis unitate diſterminat, ſiquidem in prædicto filio noſtro Conſtantino omnium voluntates, atque conſenſum perdurare [b] cognoſcis; tunc eum a proprijs epiſcopis, ſicut antiquitatis mos exigit, cum noſtræ auctoritatis aſſenſu [c] ſolatiante & auxiliante Domino, facias conſecrari, quatenus huiuſmodi ſeruata conſuetudine, & Apoſtolica ſedes prõprium uigorem retineat, & à ſe conceſſa alijs ſua iura nõ minuat.

† *al. Gerontio.*

Item Gelaſius Papa Philippo, & Geruntino † *epiſcopis.*

¶ In electione epiſcopi populus debet adeſſe. C. XI.

Anſl. 5. c. 30.

PLebs Diotrenſis data nobis petitione defleuit diu ſine rectoris proprij gubernatione diſpergi. Ac ſicut aſſeritur, is qui à uobis iam probatus dicitur, à paucis, & tenuibus [d] putatur electus, cum ad uos † pertineat, † *al. nos.* uniuerſos aſſidua admonitione cõpellere, ut omnes in unũ, quem dignum ſacerdotio viderint, & ſine aliqua reprehenſione, conſentiant. Et ideo fratres chariſſimi diuerſos ex omnibus [e] ſæpè dicti loci parochijs presbyteros, diaconos, & vniuerſam turbam vos [f] oportet ſæpius conuocare, quatenus non, prout cuilibet libuerit, ſed concordantibus animis talem, vobis admonentibus [g], ſi quærant ſola diuinitatis attentione perſonam, quam nulla contrarietas, à conſtitutis poſſit reuocare præſcriptis.

Item Stephanus epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei Romano archiepiſcopo Rauennati.

¶ De eodem. C. XII.

Anſl. 6. c. 36.

NOſſe tuam fraternitatem volumus ad noſtras aures fore peruentum, Imolenſem [h] epiſcopum ab hac luce migraſſe, in cuius ſucceſſoris electione, populi diuiſionem proueniſſe audiuimus. Quod quia ſæpè [i] contingere ſolet (quærentibus ſingulis quæ ſua ſunt, non quę Ieſu Chriſti) non adeo miramur. Veruntamen in hoc tuam plurimum oportet adhiberi ſolicitudinem, ut conuocato clero [k] & populo, talis ibi eligatur per Dei miſericordiam; cui ſacri non obuient canones. Sacerdotum quippe eſt electio, & fidelis populi conſenſus adhibendus eſt; quia docendus eſt populus, non ſequendus.

Philip. 2.

ſup. 62. diſt. e. docendus.

Item Nicolaus Papa Ioanni Rauennati archiepiſcopo.

¶ De eodem. C. XIII.

EPiſcopos per Aemiliam [l] non conſecres, niſi poſt electionem cleri, & populi.

a ¶ Barbarica.] Propter hõc verbum inducit magiſter cap. vt etiam conſenſus laicorũ requiratur.

b ¶ Perdurare.] Arg ꝙ non eſt conſenſus, niſi duret, ut de pœn. diſt. 1. dimittium. extra de verb. ſign. nam & ego ff. de in rem ver. ſi pro parte. §. verſum.

c ¶ Aſſenſu.] Hic habes, quòd Papa confirmat electionem metropolitani, ut dixi ſupra cap. proximo.

PLebs. CASVS. Vacante eccleſia Diotrenſi, electus eſt ibi quidam a paucis, & tenuibus, cæteris diſcordantibus, cuius electionem Philippus, & Geruntius viſitatores illius eccleſiæ reprobauerunt; quod cum audiſſet Gelaſius, præcepit viſitatoribus, ut omni turba clericorum, & laicorum conuocata moneant eos talem perſonam eligere in prælatum, quæ non poſſet pati repulſam.

d ¶ Et tenuibus.] Id eſt, modicę auctoritatis. & ſic non tantum numerus, ſed etiam auctoritas eligentium conſideratur. argum. 19. diſtinctio. in canonicis. Argum. contra extra de elect. duduũ.

e ¶ Ex omnibus.] Ergo in electione epiſcopi totus clerus ciuitatis interest, ut hic, & inf. ea. obeuntibus. & 8. q. 1. licèt. ſed verum eſt, ꝙ intererunt ad conſentiendum, non ad eligendũ, uel interſunt ſi eſt conſuetudo lõga. extra de cau. poſſ. & proprie. cum eccleſia. Electioni epiſcopi qui debeant intereſſe.

f ¶ Turbam.] Hoc c. & omnia quæ dñt laicos vocari ad electionẽ, intelligit H. de patronis. Dic ut ſup. in prin. hui' di. g. Admonentibus.] Ergo patet hic, quod viſitator non eligit, vt dixi 61. diſt. obitum.

NOſſe.] CASVS. Defuncto Imolenſi epiſcopo vota populi ſe diuiſerunt in partes in electione ſucceſſoris. Vnde præcipit Stephanus archiepõ Rauẽnati, vt clero, & populo conuocato monente eo talis in epm eligatur, cui non poſſint canones obuiare. Dicit ẽt ꝙ clericorũ eſt eligere: populi vero conſentire. Sequens cap. patet.

h ¶ Imolenſem.] Tẽ tẽpore Stephani non erat Imola ſedes epiſcopalis. ſed iuxta, ĩ caſtro ſãcti Caſſiani 1. Et ſic eſt arg. quod non uitiatur reſcriptum, licèt quis nominet epiſcopus nõ nomine cathedræ, ſed hoc ideo fecit, quia locus ille celebriorerat.

i ¶ Sæpè.] In ſra ea. cap. vlt. & infra 8. q. 1. nec nouum.

k ¶ Clero & populo.] Et nota uerbum ſemel hic poſitum, æquiuocè poni: ſic 28. diſt. presbyterorum.

l EPiſcopos per Aemiliam.] Aemilia dicitur a Rauenna uſque ad Placentiam,

i ¶ Tpe' Imperatoris Friderici antiqui. & Othonis quarti epiſcop' Imolenſis, appellabatur epiſcopus Cornelienſis. ſic uidi contineri in priuilegio prędicti Othonis, qđ eſt ipſios epiſcopi Imolẽſis. & eccleſia uocabatur eccleſia Cornelien. Arch.

Lite-

LIteras. CASVS. Iulianus episcopus Grumentinus signãuit Pelagio, q̃ clerus, & populus Marcellian. ecclesiæ postulabat in episcopum Latinum diaconum suum. Papa vero rescribit, quod si gaudet, si vult ipsum concedere. & deinde si potest electus occurrat ante Pascha, ut & tunc in sabbato immediatè post Pascha ordinet.

a ¶ Omnes.] Hic colligitur, q̃ omnes cõsentire debent in postulatione extranei, vt dixi sup. 61. dist. nullus. & ideo dicit decret. q̃ postulatio nõ admittitur in discordia, ut ext. de postul. præbonæ. quod tamen uerum est secundum distinctionem eius, quod legitur extra de electio. scriptum est.

b Et vis.] Hic habes quod clericus alterius epi est postulandus, ut 61. dist. §. sed aliud. & c. Ofius. & laicus etiã est postulandus, ut ibi dicitur: & illegitimus, vt extra de elect. innotuit. Item hic habes, quod episcopus non cogitur dare postulatum, ut 85. dist. Florentinum Nemo enim cogitur emancipare filium suũ, ut Instit. qui mo. iusp. patr. pote. sol. §. vlti. Sed pone quod eligatur talis clericus, & episcopus eius postea non consentiat, nunquid isti sunt priuati electione, quia elegerunt eum, quem non poterant habere: vel nunquid consensus illius a quo erat postulandus. confirmat electionem? argu. q̃ non confirmat extra eod. auditis. Argum. quod sic, extra eo. quod sicut. & extra de iure pat. cura pastoralis. Ad hoc dico, q̃ si eligitur in postulandum r. bene tenet talis electio, vt extra de renunc. post translationem. Vel dic, quod si elegerunt eo proposito, vt statim debeat tenere electio, non ratificatur per sequentem consensum illius a quo esset postulandus. Si vero sciebant electionem per se inualidam esse, sed sperabant, quod Dominus Papa eam ratam haberet: tunc ratificatione Domini Papæ confirmatur sic 9. quæst. 2 Lugdunensis. Similem distinctionem facit lex. ff de fol. si quis offerenti. Vel dic, q̃ non est inconueniens, si clericus alienus eligatur, quia talis primò debet eligi, & postea postulari, ut dixi 61. dist. §. sed aliud. Item obijcitur, cum clericus contradicente episcopo possit fieri Monachus, vt 19 q. 2. c. 1. ergo multo fortius potest promoueri ad episcopale regimen, cum illa transeat pro priuata utilitate, iste pro communi, quæ præiudicat priuatæ, ut 7. qõ. 1. scias. & 8. quæstio 1. in scripturis. extra de postu bonæ t. Respon. monachus transit ad locum deiectionis ubi nulla præsumitur ambitio: hic uero præsumitur ambitio ex eo, quod nolente episcopo ultro se ingerit, qui potius trahi deberet, ut 8. qõ. 1. sciendum 2. male tamen fecit episcopus, si eum absque iustitia negat, vt 7 quæst. 1. omnis qui. & per superiorem cogi potest. argum. extra de iure patr. nullus principali.

PRincipali.] CASVS. Milites Centumcellenses impetrarunt rescriptum a ¶ principe, in quo dabat eis licẽtiã, ut in ecclesia Centũcellensi. ordinaretur vnus presbyter, & vnus diaconus, & subdiaconus: quod cũ Papæ significassent, præcepit Laurentino episcopo, ut si personas illas inculpabiles inueniret, & bonæ uitæ, & laudabilis testimonij, aduenientè mediana hebdomada vnũquemquè per præfata officia promoueret. Et dicit H. q̃ ista 4 c. intelliguntur de ecclesijs, in quibus Imperator habebat iuspatronatus, uel isti erant curiales, qui postulati fuerunt ab Impeeatore. Nota q̃ ista tria seq. c. s. Reatina. nobis. & electis. de vno, & eodem clerico loquuntur: s. Colono. & illud c. lectis præcedit alia duo cap. & primo debet legi secundum naturã rei gestæ. Est ergo casus illius c. lectis. Reatina ecclesia pastore destituta, Colonus diaconus ab oibus unanimiter est electus pro quo ordinando, & consecrando Guido comes Stephano Papæ supplicauit. Stephanus vero noluit eum ordinare: quia Imperialem epistolam absolutionis iuxta morem non detulerat. & ideo ne molestaretur Imperialis animus, eius petitionem non admisit, sed suadet comiti, ut acquirat epistolam Imperialem, & tũc habita licentia iuxta eius uoluntatem consecrabitur.

c ¶ Principali.] Ex cap. isto & sequen. dicit H patronum debere eligere cum alijs in ecclesia conuentuali: alii dicunt quod ecclesia episcopalis non habet patronum.

d ¶ Principis.] Sed quaré petebatur istud ab Imperatore quia forte isti curiales erant, uel forte patronus erat. Et ita est argum q̃ patronus non tantum prælatum, sed etiam subdiaconum, & diaconũ potest instituere. argu. 19 q. 2. Eleutherius. 16. qõ. 2. si quis eporum in auth. de sanct. epi. §. si quis oratorii dom um, coll. 9. & extra de fil. presby ex transmissa. dum tamen hoc fiat cum conscisu prælati ut extra eod. tit. proposuit. Sed verius credo hoc spectare ad ipsum 3. prælatum, ut ipse possit ministros præficere, quos uelit, ut extra de iure patr. postulasti. Quid iuris habeat in electione patronus, dicit decre extra de iure patro. nobis. b.

¶ *In vetusto codice Mutinensi sex Cõcilij Roma habiti referuntur capitula, quorum secundum est hoc. Et de hac eadẽ re habentur multa in pontificali manuscripto in gestis Nicolai primi.*

Item Pelagius Papa Iuliano episcopo Grumentino.

¶ De eodem. C. XIIII.

¶Ordinationes presbyterorum, vel leuitarum qua hora fieri debeant. Cap. III.

Poly l. 2. tit. 28. Ans. l. 7. cap 41. Burc. l. 2. cap. 3. Iuo p. 6. c. 23. & 57.

ORdinationes [c] presbyterorum, leuitarumque, tempore [f] congruo, multis coram adstantibus, solemniter agite; & probabiles, ac doctos viros ad hoc opus prouehite, vt de eorum societate, & adiumẽto plurimum gaudeatis.

Item Leo episcopus Dioscoro Alexandrino episcopo, epist. 79. c. 1.

¶Presbyteri, & leuitæ qua hora ordinandi sunt. Cap. IIII.

Polyc. ibidem. Ans. l. 7 cap. 44. Iuo p. 6. c. 71.

QVòd à patrib. nostris propensiore cura nouimus esse seruatum, a vobis quoque volumus custodiri; vt nõ passim diebus oĩb. sacerdotalis, vel leuitica ordinatio

b ¶Necessitas.] Propter quam quæque posset differri per totam vitam electi, maximè confirmati, vt si vitiotur in corpore arg. extra de elect. cum in cunctis. licèt sit arg. contra extra de æta. & quali. c. 1. vel si non reperiretur idoneus in ecclesia, nisi in minoribus ordinibus, vt 7. q. 1 constitutũ, sup. d. 6. Osius 28. d. de Syracusana.

c ¶Episcoporũ.] vel metropolitanorum. vel electorum, q episcopi sunt destinatione cõtra vtrosque. n. pęna est statuta 100. dist. quoniam.

d ¶Apud œconomũ.] de hac materia dixi inf. 12. q. 2. illud.

CAETERORVM. Hæc est tertia pars huius dist. in qua dicitur, q ordinationes clericorum non debent fieri nisi congruo tempore. Ioan. de Pan.

CASVS. Supra dictũ est, quo tempore ordinentur episcopi. Nunc vero docet Gratianus quo tempore cæteri debeant ordinari. Et dicit, quòd certis temporibus, scilicet sex, i. in quatuor temporib. anni, & in sabbato sancto, & in sabbato qđ est ante Dominicã de passione Dñi, vt inf. eo ea. vl. Minores etiam ordines possunt conferri in die Dominica ab episcopis, vt extra de temp. ordi. ¶Casus seq. cap. planus est.

c ¶ORdinationes.] ¶Leuitarum.] Hoc idem in subdiacono: nisi in Papa tãtum. extra de temp. ordi. c. 1. sed fm hæc decreta nõdum subdiaconatus erat sacer ordo. arg inf. e. c. pœn. 60. dist. c fi.

f ¶Tempore.] Et in maiori ecclesia, vt arg. su. d. 67. reliq. & arg 24. dist. c. vlt. minores autẽ ordines, vbi, & qñ libuerit põt episcopus cõferre 1, vt extra eo. c 3.

QVoniam.] CASVS. Duo dicuntur in hoc c. Primum est q nullus archiepiscopus differat ordinationes episcoporum vltra tres mẽses, nisi necessitas compulerit amplius protelari. Secundum est, q reddit⁹ viduatæ ecclesiæ debent esse in potestate œconomi, donec episcopus eligatur, & confirmetur.

Electio dẽt fieri intra trimestre.

a ¶Tres.] vsque ad tres menses sit electio. 50 dist. postquam. & vsque ad alios tres menses consecratio, vt hic dictur, & 100. dist. quoniam.

& omnes simul si consuetudo habeat hoc in prouincia extra de eo qui fuit ordinat. cum H. lator.

QVòd à patrib.] CASVS. Quæsiuit Dioscorus Alexandrinus patriarcha à Leone, vtrum indifferenter omnib diebus sacri ordines possint, vel debeãt conferri. Et respondet q nõ: sed tantum post diem sabbati, & post exordia noctis, quæ lucescit in prima sabbati, vel in Dominica in mane continuato ieunio sabbati vsque ad diem Dominicam, in quibus, ideſt intra

1 Ad idẽ infra quando plena est.

Digitized by Google

quæ tempora ieiunis, & à ieiunantib. debet fieri conſecretio. ſic vt videtur Beneuen. & etiam mihi caſus ponendus: licèt non ſeruetur de conſuetudine.

a Sabbati.] Quidam intelligunt hoc capit. de ſabbato paſchali, vt ſi quis tunc velit conferre ordines, debeat eos conferre in occaſum ſolis: quia Miſſa tunc non eſt cantanda niſi illa finita:

3 Ad hoc de conſecr. d. 1. §. i ieiunijs. ibi videas.

1. vt inf. de conſecra. diſt. 3. ſabbato, quod patet ex eo quod dr tunc: Deus, q hanc ſacratiſſimam noctem. H. dicit q oēs ordines ſunt conferendi die Dñico. Et dicit q veſpera præcedentis noctis trahitur ad diem ſequētem 2. vt ſiue de veſpere in ſabbato, ſiue de mane in Dñico conferantur, ſemper in die Dominico videantur conferri. ſed certe ſecundū hoc nō eſſet neceſſaria continuatio ieiunij. Præterea omnia iura dicunt, quod tātum in ſabbato cōferēdi ſunt ordines, vt extra. eo. c. 3. Alii dicūt, quòd omnes ordines ſabbato conferuntur, & dicunt, q mane Dñicę diei potius trahitur ad veſperam præcedētem quàm veſpera ad mane. Et ita ſiue conferātur veſpere in ſabbato, ſiuę in mane ſequentis ſemper fictione canonica conferentur ſabbato: & ſecundùm hoc de iure debet continuari ieiunium. Innoc. autem non determinat, an mane trahatur ad veſperam præcedentem, an veſpera ad mane. de temp. ordi. literas. conſuetudo tamen habet, q tantum circa horam nonam ſabbati fiunt ordinationes. ſecundum H. exponitur poſt diem ſabbati. 1. poſt finitum diem ſabbati. Alii exponunt poſt diē ſabbati, ideſt, poſt incœptum diē ſabbati. Io. certe H. opinio vera videtur: & malè reprehendūtur de cōtinuatione ieiunij: quia iam incepta eſt dies Dominica: & ideo eſt neceſſarium ieiunium, licèt non ſeruetur de conſuetudine. niſi velis dicere, q hæc cap. ſint abrogata p decre. extra eo. tit. c. 3. B. in conſecratione autem epiſcopi non eſt neceſſaria continuatio ieiunij: cum tantùm die Dominico conſecretur: & in mane quilibet intelligatur ieiunus, vt extra eod. literas. ſed licèt quis poſſit ordinare aliquem in ſacerdotem in ſabbato, & in mane in epiſcopum 3. tamen alium ordinem non poſſet eidem conferre in mane cui vnum contulerat in ſabbato. extra eo. literas. Sed nunquid Dominico die in mane poteſt quis ordinari in ſacerdotem, & eadem die hora tertia in epiſcopum? H. dicit, q ſic, quia nunquam inuenitur prohibitum.

Epiſcoporū conſecratio ſit tantū die Dominico.

2 Hoc etiam de plano cōcedunt Vin. & Ioan. vt no. extra de tēp. ord. literas. Sacramenta cōferri poſſunt poſt cō meſtionem.

b ¶In prima] ideſt, mane die Dominico.

c ¶Eligantur.] ideſt, electi conſecrentur. Hypallage. 18. quæſt. c. diffinimus.

d ¶Quod eiuſdem.] ideſt, conferantur ordines.

e ¶Cōtinuato.] Ab ordinatoribus vel ordinandis. Lau.

f ¶Ieiunio.] Quid ſi pranſus conferat ordinem: nunquid conferetur ordo? H. dicit q ſic, & idē dicit in aliis ſacramentis. præterquam in Euchariſtia, & fortè idem poſſet dici de Euchariſtia. arg de conſec. diſt. 2. Liquido, quod concedo, quia pranſus bene poteſt conficere, licet non debeat, arg illius, c. liquido.

g ¶Declaratur.] Legitur enim in quadam homilia Bedæ, quæ legitur nocte illa ſuper Euangelio illo: Veſpere autem

celebraretur; ſed poſt diem ſabbati [a] eius noctis, quæ lucescit in prima [b] ſabbati, exordia † conſecrandi eligantur, [c] in quibus his, qui conſecrandi ſunt, ieiunis, & à ieiunantibus ſacra benedictio conferatur. Quod eiuſdem [d] obſeruantiæ erit, ſi mane, ipſo Dominico die continuato [e] ieiunio [f] ſabbati celebretur: à quo tempore præcedentis noctis initia non recedunt, quod † ad diem reſurrectionis (ſicut etiam in Paſcha Domini declaratur [g]) pertinere nō dubium eſt.

† *Exordia deliganter, hoc eſt ſub lege diuini officij ſubliſtuantur.* orig.

† *quam)* orig.

Item eodem capite:

¶Quare die Dominico ſacerdotum ordinationes celebrentur. Cap. V.

QVòd [a] die [b] Dominico † ordinationes ſacerdotum [i] celebrentur, non tantum ex conſuetudine, ſed etiam ex Apoſtolica nouimus venire doctrina; ſcriptura manifeſtante, quòd cum Apoſtoli Paulum & Barnabam ex præcepto ſpiritus ſancti ad Euangelium gentibus mitterent prædicandum, ieiunantes, & orantes impoſuerunt eis manus; vt intelligamus, quanta & dantium, & accipientium deuotione curandum ſit, ne tantę benedictionis ſacramentum negligenter videatur impletum. Et ideo pie, & laudabiliter Apoſtolicis morem geſſeris inſtitutis; ſi hanc ordinandorum ſacerdotum formam per eccleſias, quibus Dominus præeſſe te voluit, etiam ipſe

Iuo p. 6. c. 70. Pann. l. 3. c. 13.

Act. 13.

† Ex iſto tex. infertur, q dies Dominicus nō accipitur generaliter. ſi. in l. 1. § hoc autem. & ibi Bart. ff. de ope. no. nū. 4 Aliàs adeo ſed non eſt bona litera & ſic etiam ponit Laur. & Io d Fāt. 5 Iſta eſt figura tribuēs toti, qd eſt partis, vt cū dr Ethiops eſt albus, p pter dentes, quos habet albos. Nec .n. Dominus ſicut, ſiue fuit in vētre terræ p tres dies, & noctes, niſi ſic loquendo. nam & aliàs totum ponitur p parte. vt 1. diſt. 5. ſcire. immo totū non eſt aliud à ſuis partibus, vt no. 61. d. nullus. ſm Io. de Fan. 6. Argum. ad hoc 95. d. c. olim Io. de Fan.

autem ſabbati, vbi dicit Beda, q in die iſta noctes incipiūt præcedere dies, ideo 4 fortè, vt tres dies & noctes haberi poſſint, in quibus Dominus fuit in vētre terræ, quod, nec ſic habetur niſi ſynecdochice. 5. vel declaratur, quia Miſſa non decantatur in ſabbato, ſed in principio ſequentis noctis. & dicitur: Deus qui hanc ſacratiſſimam noctem, &c. & ita eſt de die Dominica nox illa. Lau.

QVod die.] Hæc eſt quarta pars huius diſtinctionis, in qua probat, q epi ſemper debēt conſecrari die Dominico more Apoſtolorum, qui de mandato Domini impoſuerunt manus Paulo & Barnabæ, & quia eodē die Dominus reſurrexit. Io. de Fan.

CASVS. Leo Papa in hoc oſtēdit, q ordinationes ſacerdotum dēnt tātùm in die Dominica fieri, quæ dies Dominica initium habet à veſpera ſabbati: quod probat per conſuetudinē, & etiam per doctrinam Apoſtolorū qui die Dominica Paulum, & Barnabam conſecrauerunt. Nam in hac die mundus ſumpſit exordium, & vita principium, & mors interitum habuit.

h ¶Quòd die.] H. ponit fundamentum ſuæ opinionis in caſto q ſcilicet in die Dñico poſſunt ordines cōferri. quod patet p hoc qđ dicit ordinationes ſacerdotum, & per id quod dicit initium, & c. nos qui contrariū dicimus, exponimus, ordinationes ſacerdotū, ideſt epiſcoporū cōſecrationes ſex, p quo intellectu bene facit q infra ſubiicit, ex Apoſtolica, &c. Nam Paulus & Barnabas epiſcopi fuerūt, vnde per eorū exemplum nihil probat niſi de epiſcopis: & quod dicit, cui initium. &c. dic nihil facere ad rem, ſed dicit incidenter, immo adſcribitur ei fictione canonis, non veritate.

i ¶Sacerdotum.] Ideſt epiſcoporū, ſic non erit pru H,

a ¶Vt

ſeruaueris, vt his, qui conſecrandi ſunt, nunquam benedictio †, niſi in die Dominicæ reſurrectionis tribuatur: cui a veſpera ſabbati initiũ conſtat adſcribi *; & quę tantis diuinarum diſpenſationum † myſterijs eſt conſecrata, ut quidquid [a] eſt à Domino inſignitus conſtitutum, in huius diei dignitate ſit geſtum. In hac mundus ſumpſit exordiũ: in hac per reſurrectionem Chriſti, & mors interitum, & vita accepit initium. In hac, &c.

† *al. benedictiones tribuãtur.* orig.

* Concor. tex. in l. more Romano, ff. de feriis. Bar. in l. aut facta. §. tps. ff. ad Sylla.

a ¶ Quòd die.] *Sumptum eſt caput hoc ex eodem loco, vnde & antecedens, mutato tamen verborum ordine, & nonnullis initio adiectis. In ipſa enim epiſtola poſt vltima verba precedentis capitis, ſequitur continenter.* Nam præter auctoritatem conſuetudinis, quam ex Apoſtolica nouimus venire doctrina, etiam ſacra ſcriptura manifeſtat, quòd cum Apoſtoli, &c.

[*Item ordine Romano, c. de gradibus eccleſiæ.*]

¶ De eodem. PALEA. Cap. VI.

Anſ. l. 7. c. 61. † *al. non.* Et Gregorius 2. epiſt. 3.

QVando & vbi libitum fuerit, vſq; ad ſubdiaconatus officium ordinantur clerici: diaconi vero, atq; preſbyteri nunquam † niſi in publica ordinatione.

Item Gelaſius ad epiſcopos per Lucaniam, epiſt. 1, c. 13.

¶ De temporibus ordinationis. Cap. VII.

Poly. 2. tit. 28. Anſel. l. 7. c. 45. Iuo p. 6. c. 74. Pann. l. 3 cap. 25. † *mediana quadrageſima die ſabbati ieiunio* } orig.

ORdinationes presbyterorum, & diaconorum, niſi certis temporibus, & diebus exerceri non debent; id eſt quarti [b] menſis ieiunio, ſeptimi [c], & decimi [d], ſed & etiam quadrageſimalis [e] initij, ac medianæ † [f] hebdomadæ, & ſabbati ieiunio circa ueſperam nouerint celebrandas, nec cuiuslibet vtilitatis cauſa, ſeu presbyterum [g], ſeu diaconum his præferre [h], qui ante ipſos fuerint ordinati.

DISTINCTIO LXXVI.

Vibus temporibus [i] ieiunia celebranda ſint, Calixtus Papa determinat ſcribens Benedicto epiſcopo, epiſtola prima.

¶ Quibus temporibus ieiunia celebrentur. Cap. I.

Poly l. 3. tit. 15. Iuo p. 4. c. 27. Pann. l. 2. c. 175.

IEiunium, quod ter in anno apud nos celebrare didiciſti, conuenientius nunc per quatuor tempora fieri decernimus; vt ſicut annus per quatuor voluitur [k] tẽpora,

Annus a Martio quãdoque incipit.

a ¶ Vt quidquid.] 16. q. 1. c. vlt. de conſecr. diſt. 4. quęris. ADDITIO. Ex hoc colligitur, quòd generalis ſermo non accipitur generaliter, ut ibi not. Archid.

ORdinationes.] CASVS. Duo dicuntur in hoc cap. Primum eſt, quod ordinationes ſacerdotũ, diaconorum, & ſubdiaconorum non ſunt faciendæ, niſi in ſex tpibus anni. ſ. in quatuor tpibus, & in ſabbato ante dominicam de Paſſione Dñi, & in ſabbato ſancto. Secundum eſt, q̃ nullus eps debet præferre poſteriorẽ priori.

b ¶ Quarti.] Id eſt, ieiunij. hoc ſemper in omni ſeptimana Pentecoſtes occurrit, & loquitur ſecundum antiquam computationem Latinorum, qui incipiebant annum a Martio.

c ¶ Septimi.] Id eſt, Septembris.

d ¶ Decimi.] Id eſt, Decembris.

e ¶ Quadrageſimalis.] Id eſt, in prima ſeptimana quadrageſimæ.

f ¶ Medianæ] In qua cantatur, Sitientes, quæ præcedit Dominicam de Paſſione.

ADDITIO Et extra de temp. ord cap. 3.

g ¶ Seu presbyterum] De hoc dixi ſup. 74. diſt. epiſcoporum. 8. q. 1 licet ergo.

h ¶ Præferre.] Ecce hic, habes q̃ prius ordinati præferuntur 1. alijs, ut i habẽdis honoribus, & in alijs, uti 7 diſt. §. hinc. & extr. de ma. & obed. c. 1. & 74. diſt. epiſcoporum etiam. ſcĕt poſteriores ſint meliores. non obſtat 23. q. 4. ſicut 7. q. 1. licet ut ibi notatur, licĕt ſit argu. contra. ſup. diſt. 16. ſexta 2. ver. ſ. 10. Hodie ſufficit ſi electus a maiori parte capituli ſit bonus, ut extra de elec. cum nobis. B.

1 Et ita attenditur hic tpis prioritas. ſic 17. d. § vlt ext de ma. & obed. c. 1. & alibi excellentia ordinantis, ff. de albo. ſcri. l. vlt extra de maio. & obed per tuas. Archi. 2. Al. Sancta.

i ¶ Quibus tpibus.] In hac diſtin. 76. agit magiſter de temporibus ieiuniorum. Oſtendit etiam diuerſas origines eorum. Poſtea ponit differentiã inter nos, & Hebræos in computatione menſium. Oſtendit etiam, quod non ſit ieiunandum a Paſcha Domini vſq; ad Pentecoſtem, nec eſſe flectenda genua. 4

3 Vt inf. ea. ieiunium. 4 Vt inf. ea. ſcire. & cap. ſeq.

IEiunium.] CASVS. Quæſiuit Benedictus epiſcopus a Calixto quoties quatuor tempora eſſent in anno celebranda, qui reſpondit dicens, quod hactenus ter celebrata fuerunt: ſed melius eſt, ut quater in anno celebretur ſolemne ieiunium, ad inſtar quatuor temporum anni, per quæ uoluitur annus.

Annus in æſtatẽ & hyemem diuidi tur.

K ¶ Voluitur.] Lex tamen in æſtatem, & hyemem annum diſtinguit. ff. de aqua quotidiana, & æſtiua, l. 1. §. hoc interdictum.

Digitized by Google

sic & nos quaternum solenne agemus ieiunium per anni quatuor tempora.

Item ex concilio Moguntino primo, cap. 34. [sed ibi fusius; hic summatim.]

De eodem. Cap. II.

CONstituimus [a], vt quatuor tempora anni ab omnibus communi †ieiunio obseruentur, idest in mense Martio, hebdomada prima; in Iunio, secunda, in Septembri, tertia; in Decembri, quarta. Capitul. 5. c. 86. Burch. l. 13. c. 2. Iuo par. 4. c. 35. Pann. l. 2. c. 180. † al. cõm.

¶ *Auctor Micrologi, cap. 24. & 25. de hoc ipso Moguntini concilij canone disputans, aperte ait hoc ex ignoratione traditionis ecclesiasticæ fuisse profectũ. Vnde Leo Papa ait,* Huius obseruatione, &c *quòd refertur infra eod. dist. c. 6. Et ne quis occasione horum conciliorum Germanicorum deciperetur, Gregorius septimus (quod in eodem Micrologo narratur) veterem Romanæ ecclesiæ cõsuetudinẽ renouauit. De qua re in cõcilio Claremõtensi Vrbani secundi: canone primo sic statuitur.* primum ieiuniũ quatuor temporum semper fiet prima hebdomada Quadragesimæ; Secundum in hebdomada Pentecostes absque genuũ flexione, cum alleluia, & Gloria in excelsis Deo, & vestibus solennib. fiet; tertium plena hebdomada ante Natale Domini uigilia eiusdem excepta. *Et idem repetitur in altero cõcilio Placentia postea habito, quod est in bibliotheca Vaticana, & citatur infra eod. c. statuimus.*

Item ex concilio Salegunstæ habito, c. 2.

¶ De eodem. Cap. III.

DE ieiunio autem incerto quatuor tẽporũ hanc certitudinem statuimus, vt si Kalẽdæ Martiç [b] in quarta feria, siue antea euenerint, eadẽ hebdomada ieiuniũ celebretur. Si aũt Kal. Martiæ in 5. feriam, aut 6. aut sabbatũ distenduntur: in sequentẽ hebdomadã ieiuniũ differatur. Simili quoq. modo, si Kal. Iunij [c] in 4. feria, aut antea euenerint; in subsequẽti hebdomada ieiuniũ celebretur: & si in 5. aut 6. feria, aut sabbato cõtigerint; ieiuniũ in tertiã hebdomadam reseruetur. ¶ Et hoc sciendum est, [d] ꝙ si qñ ieiunium mensis Iunij in vigilia Pentecostes secundum prædictam regulam euenerit; non ibi celebrandũ erit, sed in ipsa hebdomada solenni Pentecostes: [quia vigilia [a] simul & ieiunium celebrari [e] non debent. & tunc propter solennitatẽ spiritus sancti, diaconi dalmaticis induãtur, & alleluia cantetur; & flectamus genua, non dicatur. ¶ Eodem modo de Septembris ieiunio cõstitutum est, vt si Kalendæ Septembris in quarta feria euenerint, aut antea; ieiunium [f] in tertia hebdomada celebretur; & si in quinta, aut sexta, aut sabbato cõtigerint, in quarta hebdomada ieiuniandum erit. ¶ In Decembri [g] vero illud obseruandum erit, ut proximo sabbato ante vigiliã natalis Domini celebretur ieiuniũ, quia si vigilia in sabbato euenerit, simul vigiliam & ieiunium celebrare non conuenit. Burc. in fine. Iuo p. 4. c. 35. Pan. l. 2. c. 180.

a ¶ Quia uigilia. [*Hactenus ad uerbum*, debent, *non sunt in ipso concilio impresso ex Burchardo: eadem vero sententia repetitur in fine capitis.*

a ¶ Constituim⁹.] Hoc c. est abrogatum.

De ieiunio.] CASVS Hoc c. habet duas partes. Prima est abrogata, q̃ a non habet locũ, qđ in ea dicitur. Scda est authẽrica, ubi dicitur, ꝙ ieiuniũ ⁊ festiuum celebrandũ est in prima hebdomada post Pentecostẽ: in quo tpe diaconi dalmaticis induant & alleluia cantetur, sed genua nõ flectamus. Ieiuniũ vero autũnale celebratur in Septembri in 3. die Mercurij Septẽbris, cõputãdo à prima die Mercurij eiusdẽ mensis, Hiemale autem ieiunium celebrandum est in mẽse Decẽbri ante vigil. natiuitatis Dñi. Secũda pars incipit ibi, & hoc sciẽdum.

b ¶ Martiæ.] Non semper, imò prima septimana quadragesimæ

c ¶ Iunij.] Nec hoc semper, immo in septimana Pẽtecostes.

d ¶ Et hoc sciendũ est.] Quod abhinc dicitur, manet immutatũ, superiora ꝙ sequẽtem canonẽ mutantur. ſ statuimus, & ita vtile nõ vitiatur per inutile. contra. 9. dist. si ad sacras. Lau.

e ¶ Celebrari.] Cedit ergo in ieiunio mⁱⁿ⁹ dignũ digniori. arg. ff. de mino. verũ. §. vlt ext. đ cõse. eccl. vel alta. c. [illegible] in dubijs. Et est arg. ꝙ si festũ alicuius Apostoli die lunæ euenerit, sabbato, vigilia ieiunãda est. quia ieiunium, & Dñica simul concurrere nõ possunt ext. de obser. ieiu. c. 1. arg. cõtra extra de verbor. sig. quæsiuit Lau.

Dominica & ieiunium simul cõcurrere nõ possunt.

f ¶ Ieiuniũ.] Inf. de cõse. dist. quoniam.

g ¶ In Decembri.] Prima quadragenæ seruat ieiunia Veris Pneumatis hebdomada seruare scđa iuberis. Tertia Septẽbris cultũ fert mercuris i istum Sabba ta ieiu-

Ieiunia quatuor temporum.

a Nominatiui casus, & fœminini generis.

et ieiunent vigilem præcuntia Christum.] Lau.

STatuimus.] CASVS. In hoc rectè continetur in quibus temporibus ieiunia quatuor temporum sunt celebranda: & corrigit & emendat illud c. constituimus, & primam partem illius capituli, de ieiunio.

a ¶In

Contra Vrbanus in concilio Placentino, c.15.

¶De eodem. Cap. IIII.

Poly.li.3.tit.25.

STatuimus etiam, vt ieiunia quatuor temporum hoc ordine celebrentur: primum in initio Quadragesimæ: secundum in hebdomada Pentecostes: tertium verò in Septembri [a]: quartum in Decembri more solito fiat.

Item Leo Papa, sermone primo de ieiunio Pentecostes.

Poly.ibidem.

De eodem. Cap. V.

IGitur post sanctæ lætitiæ dies, quos in honorem Domini à mortuis resurgentis, ac deinde in cœlos ascendentis exegimus, postque acceptum sancti spiritus donũ, salubriter, & necessariè consuetudo est ordinata ieiunij, vt si quid fortè inter ipsa festiuitatis gaudia negligens libertas, & licentia inordinata præsumpsit, hoc religioſę abstinentiæ censura castiget.

Item sermone octauo de ieiunio decimi mensis.

¶De eodem. Cap. VI.

HVius obseruantię vtilitas, dilectissimi, in ecclesiasticis præcipuè est constituta ieiunijs; quæ ex doctrina Sancti spiritus ita per totius anni circulum distributa sunt, vt lex abstinentiæ omnibus sit adscripta tẽporibus. Si quidem ieiunium uernum in Quadragesima, æstiuum in Pentecoste, autumnale in mense primo, hyemale autẽ in hoc, qui est decimus, celebramus; intelligentes diuinis nihil vacuum esse præceptis, & verbo Dei ad eruditionẽ nostram omnia elementa seruire, dum per ipsius mundi cardines, quasi per quatuor Euangelia inceſſabili tuba discimus, quod & prædicemus, & agamus.

a *Primum* [b] *verò mensem, quartum, septimum, & decimum, nõ Hebræorum ratione, sed nostra debemus accipere. Primus enim mensis apud illos est Aprilis, quartus Iulius, septimus October, decimus Ianuarius. In quibus, & præterea in quinto mense, qui est Augustus, quæ fuerit eis causa ieiunij, Hieronymus in commentarijs ad c. octauum Zachariæ exponit dicens.*

¶Quare in suprascriptis mensibus ieiunia lex imperauit. Cap. VII.

Poly.ibidem.

IEiunium [c] quarti, & ieiunium quinti, & ieiuniũ septimi, & ieiuniũ decimi (ὡς τὸ κοινοῦ enim subauditur mensis) domui Iudę, & Hierusalem in dies festos vertetur, &

HVius.] CASVS. Dicitur in hoc cap ꝙ ex doctrina sancti spiritus constitutum est, vt quaternum ieiunium celebretur in quatuor tpibus anni, scil in vere, & æstate, & autumno, & in hieme; ad instar quatuor elementorum, & quatuor Cardinum mundi, & quatuor Euangeliorũ. Et primũ est ieiunium in Quadragesima. Secũdũ. s. æstiuum post Pentecostẽ. Autumnale est in Septembri. Hiemale i Decẽbri. PRIMVM. Hæc est secunda pars huius dist. in qua dr unde habuerunt ortum ieiunia Iudæorum, ꝙ aliter cõputãt quàm nos. Io. de Fa n.

CASVS. Iste §. respicit illud c. ordinationes. sup. 75. distin. in quo facta est mentio de primo mense, quarto, septimo, & decimo. Et dicit Gratianus, ꝙ debemus ibi intelligere primum mensem, & cęteros ſm computationem nostram, & non ſm cõputationem Hebræorum. apud quos Aprilis est primus mensis. quartus Iulius: septimus October: & Ianuarius decimus. Sed Romani olim primum mensem dicebant Martium; nũc vero Ianuariũ. Præterea quare Hebræi ieiunabant in Augusto, qui est eis quintus mensis, rationem assignat Zacharias in seq. cap.

b ¶Primũ.] Accipe in superiori dist. c. 6.

IEiuniũ.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima ponit Hiero. verba Zachariæ, ubi dicitur, ꝙ Hebræi ieiunant in quarto, quinto, septimo, & decimo mẽse, & ostẽdit, ꝙ Latini expositores hunc locũ variis modis exposuerunt, & dissonantibus. In secũda pte ponit multiplices causas quare ieiunãt Iudæi in prædictis mensibus. In tertia parte primò exponit uerba Zachariæ ſm literam: postea ſm anagogicum intellectum. Secunda pars incipit ibi [Cogimur.] Tertia ibi. [Hoc igitur est omne.] Et verba sunt ꝓphetæ vsq; illud, [In hoc loco.] & quod dr ibi, [Quarti, &c.] subauditur mensis. [in hoc loco,] verba sunt Hier. inserta illi auctoritati.

c ¶Ieiunium quarti.] Subauditur mensis, & arg sumi

potest

a ¶In Septembri.] ſm distinctionem, c. superioris. in fi.

IGitur.] CASVS. Docet Leo, ꝙ post quinquaginta dies lætitiæ, computandos à die resurrectionis, quos in honorem Domini celebrauimus, inducitur ieiuniũ, vt si quid per abundantiam lætitiæ deliquimus, abstinentia ieiunij castigetur.

Præcepta etiam moralia unt per eccleſiã mutabilia.

poteſt ex hoc c. quòd etiam ea, quæ moralia ſunt, immutantur per eccleſiam hodie. Nam alijs temporibus celebrabantur olim hæc ieiunia, alijs nunc.

a ¶ In hoc loco.] Verba Hiero.

b ¶ Dixerunt.] Oſtendendo cauſas conſtitutionis talis uel talis ieiunii.

c ¶ De fonte.] Colli ge in dubijs ad rei originem recurrendũ: & plus magiſtro quã diſcipulis credendũ, vt dixi diſt. 9. vt vetu rum. & diſ. 20. de quibus 24. q. 1. loquitur. ſup. 12. præceptus Argum. contra nunquã ad rei originem recurrendum. ff. de leg. & ſenatuſ. & ideo nã dicit lex, quòd non de omnibus, quę cõſtituta ſunt reddi ratio poteſt, &c. ff. tit. eo. non omnium.

Magiſtro pluſquã diſcipulis credendum eſt.

d ¶ De riuulis.] Arg. nõ ualere trãſumptũ ſine originali. C. de eden. Authen. ibi poſita. arg. cõtra ext de fideiuſ. puenit. Dicit Alberic. q̃ ſi eſt tranſcriptũ per manũ tabellionis valet: arg. ff de admin. tu. chyrographis. Azo dicit non ualere, niſi q̃ iudicẽ fiat translatio, ut in authen. ut fratrũ filij. §. illud coll. 9. C. de teſt. publicatu. Io. Hæc qõ determinatur hodie per decre. quã habes extra de fide inſtr. cap. vlt. vbi dr, q̃ exẽplata inſtrumenta aliqua iuſta cã auctoritate iudicis ſcripta eandem uim habeãt cum authenticis, & originalibus. B.

Tranſcriptũ an ualeat ſine originali.

ADDITIO. De hoc not. 100. diſt. contra morem. & extra de verborum ſignificat. abbate. Archid.

e ¶ Quærere.] Sup. diſt. 9. vt veterum.

f ¶ Quarti.] Menſis, ſcilicet ſecundum Hebraicam computationem.

g ¶ Abiecit.] Cum inueniſſet Iudęos conflaſſe uitulum, vt 45. diſt. diſciplina. inf de pẽ. diſt. 2. §. item opponitur.

h ¶ Ciuitatis.] A Nabucodonoſor, qui cum Chaldæis cępit in ciuitatem Hieruſalem 23. q. 5. §. hinc. in fine.

i ¶ Omnes.] Quj diffidere cęperunt, ſed cum Moyſes non diffideret, & eſſet maior xx. annis, quare non intrauit terram promiſſionis? rationem habes 23. q. 4. §. his omnibus. Et dic, omnes, qui a 10. annis, & ſupra exiuerunt de Aegypto.

k ¶ Multa.] Sed quare inducit hoc de Tito, & Veſpaſiano, cum ante per multa tẽpora fuerit illud ieiunium cõſtitutum? & dicimus, quod iſtud non facit ad propoſitum: unde eſt arg. q̃ quandoq; aliqua interuntur decretis, quę non faciunt ad propoſitum principale. arg. ſup. prox. diſt. quod die. ver. cui initium.

l ¶ Hieroſolymis.] Legitur 1 in pſalterio. Vt quid Deus repuliſti, q̃ Hieruſalem capta eſt eo tempore, quo interfecerunt Ieſum Chriſtum, ſ in Paſcha poſſumos dicere, quòd tunc fuerit capta: ſed illæſa conſeruata in ſe vſque ad Auguſtum, quando fuit accenſa ab Iſmael, qui

1 Dic legitur, id eſt. habetur in Ioſepho: ſecundũ Goff. Hieruſalem quando fuit capta.

gaudium: veritatem tãtum Deus quęrit, & pacem. In hoc loco [a], noſtrorũ multi multa dixerunt [b], & inter ſe diſſonantia. *& paucis interiectis.* ¶ Cogimur igit ad Habręos recurrere; & ſciæ veritatem de fonte [c] magis, quàm de riuulis [d] quærere [e] †. *& paulo poſt.* ¶ Ieiunium quarti [f] mẽſis, qui apud latinos uocatur Iulius, die ſeptima, & decima eiuſdẽ menſis illud arbitrantur, qñ deſcendens Moyſes de monte Sinà tabulas legis abiecit [g] atque cõfregit, & iuxta Hieremiã muri primũ rupti ſunt ciuitatis [h]. In 5. menſe, qui apud latinos appellatur Auguſtus, cum propter exploratores terræ sãctæ ſeditio orta eſſet in populo, iuſſi ſunt montẽ non aſcẽdere, ſed per quadraginta annos longis à † terra ſancta circumire diſpendijs, ut exceptis duobus, Chaleb, & Ioſue, oẽs [i] in ſolitudine caderẽt. In hoc menſe, & à Nabuchodonoſor, & multa [k] poſt ſæcula a Tito, & Veſpaſiano templum Hieroſolymis [l] incenſum eſt, atque deſtructũ: capta vrbs Bethel, ad quam multa millia confugerant Iudæorum: aratum tẽplum in ignominiam gentis oppreſſæ à Tito Annio Rufo. In ſeptimo verò, qui apud nos appellatur October, ſicut ſupra diximus, occiſus eſt Godolias, & Iudæ tribus, ac Hieruſalem reliquię diſſipatæ. Legamus Hieremiam. Menſe decimo (qui apud nos Ianuarius dicitur, eo quòd ianua anni ſit, atque principium) Ezechiel in captiuitate poſitus audiuit, & cunctus populus captiuorum, quinto menſe templum eſſe ſubuerſum: quod pleniſſimè in eodem propheta cognoſcimus. Hoc eſt igitur omne [m], quod dicitur. Dies planctus, & ieiuniorum, quos hactenus habuiſtis in luctum, ſciatis vobis (quia cogitaui, ut benefaciam Hieruſalem, & domui Iuda) in lætitiam & gaudium, & ſolemnitates eſſe uertendos: ita duntaxat, ſi veritatem diligatis, & pacem. Iuxta anagogẽ [n], quia tunc ieiunamus, quando ſponſus aufertur à nobis, & non meremur eius habere præſentiam: cum reuerſus fuerit Dominus ad nos, & cogitauerit, ut bene faciat nobis; omnis triſtitia vertetur in gaudium, & fames [o] priſtina ſermonis Dei præſentia doctrinarum eius, & cęleſtis panis ſaturitate penſabitur.

Exod. 32. *Hier.* 52.

Num. 14. † *ad terram ſanctam.*] orig. 4. *Reg.* 25. *Hier* 39. & 41.

Hier. 52.

Ezechiel. 33.

Ioan. 16.

† Ex iſto tex. infert, q̃ quandoq. magis conſiderãtur accidentale. con cor. l. 2. §. ex actis. ff. de orig. iur. & l. i. §. beſtias. ff. de poſtul.

a Hiſtoria ſecundũ iſi. in 1. l. etym. dicitur ab hiſtorein Græcè, quod eſt Latinè cognoſcere, vel uidere. apud veteres. n. nullus ſcribebat hiſtoriam, niſi qui interfuiſſet. Alii dñt, q̃ dr ab hiſtoron Græcè, quod eſt geſticulatio, id eſt geſtuum repręſentatio: vnde & hiſtrio uocatur geſticulator. i. aliorum geſtorum recitator, & repręſentator. Archidiac. Scriptura diuina quadrupliciter exponi põt.

m ¶ Hoc igitur eſt õmne.] Id eſt, hoc ſignat apud nos: nam apud Græcos decimus inuenitur October, ut ſupra diſt. 18. propter.

n ¶ Anagogen.] Id eſt, ſuperiorem, & ſpiritualem, uel moralem intellectum: nam ana, ſupra: goge, ducere: inde pedagogus quaſi ductor. hoc modo exponitur. hic eſt enim quidam intellectus hiſtoricus 2, allegoricus, moralis, ſiue tropologicus, & anagogicus: ſicut diximus ſupra. diſtinctio. 37. vino, ſic hæc vox, Hieruſalem, hiſtoricè ſignat ciuitatem illam terreſtrem: allegoricè eccleſiam: moraliter animam fidelem: anagogicè cœleſtem Hieruſalem. Moralis intellectus attendit, quæ iuxta nos ſunt: allegoricus, quæ intra nos: anagogicus, quæ ſupra nos. hic ergo ponitur anagogicus pro allegorico.

o ¶ Et fames.] Infra. 8, q. 1. audacter.

Digitized by Google

NON AVTEM. Hæc est tertia pars huius dist. in qua dicitur, q̃ a pascha vsque ad pentecostem non debemus de necessitate ieiunare. Io. de Fan.

CASVS. Dictum est supra in c. de ieiunio, q̃ post pentecostem ieiunium quatuor temporum est celebrandum: modo.

3 Non autem videtur [a] *ieiunia quarti mensis posse celebrari ante diem Pentecostes. A die enim Dominicæ resurrectionis vsque in diem Pentecostes inducuntur obseruanda ieiunia* [b].

Vnde Ambrosius in eiusdem diei sermone sexagesimoprimo, qui sic incipit.

¶ De eodem Cap. VIII.

SCire debet [a] sanctitas vestra. Per hos quinquaginta dies nobis est iugis, & cõtinuat a festiuitas: ita vt hoc omni tempore neq; ad obseruãdum indicamus ieiunia, neq; ad exorandum Deum genib. succedamus † [c]. *& infra.* ¶ Instar ergo Dñicæ, tota quinquaginta dierum curricula celebrantur, & omnes isti dies, velut dominici deputantur. Resurrectio. n. Dominica est. Nam in Dominica resurgens saluator reuersus ad homines est, & post resurrectionem tota quinquagesima [d] cum hominib. commoratus est. Aequalis ergo eorum [e] necessariũ, vt esset festiuitas, quorum æqualis esset sanctitas †. Sic. n. disposuit Dñs, vt sic eius passione in quadragesimæ ieiunijs contristaremur; ita eius resurrectione in quinquagesimæ ferijs lætaremur. Nõ igit ieiunamus in quinquagesima; quia in his dieb. nobiscum Dominus commoratur. ¶ *Item in Apologia* [f] *Dauid.* Hunc numerũ [quinquagesimum videlicet:] læti celebramus post Dñi passionẽ remisso culpæ totius debito, chirographo quoq; [g] euacuato [h], ab omni nexu liberi, & suscipimus aduenientẽ in nos gratiam Spiritus sancti: die Pentecostes vacante ieiunio laus dicitur Deo, alleluia cantatur [i].

† *succidamus*] orig. & aliquot Gratiani exẽplaria vetusta, & recentes editiones.

† *sic quantitas*] orig.

C. 8. Gloss. 2.

a ¶ Scire debet.] *In multis manuscriptis exemplaribus a capite,* ieiunium. *vsque ad c.* post Pascha. *in aliquot etiam vsq; ad vltimum, nulla est distinctio capitum. Tanquam. n. vnico cõtextu continentur multæ auctoritates a Gratiano citatæ: Ideo verba ista,* Scire debet sanctitas vestra, *cohærent cum extremis verbis Gratiani ad finem præcedentis capitis, atque ita legendum,* Vnde Ambrosius in eiusdem diei sermone 61. qui incipit, Scire debet sanctitas vestra; *ac deinde subiungendũ,* Per hos quinquaginta, &c. *Suo enim modo aptauit hunc locum Gratianus. Nã apud B. Ambrosium paulo aliter habetur.*

Necessariò ergo ecclesia constituit, vt post diem Pentecostes ieunia celebrentur. Sed quòd in illis quinquaginta diebus ieiunandum esse negatur; ex obseruãtia [k] *necessitate intelligitur.*

modò vult hic Gratianus ostendere, quare non ante. s. quia a Pascha resurrectionis vsq; ad pentecostẽ non indicuntur ieiunia ex necessitate, & hoc probat per seq. c.

Fluuius etiã qãque arescens dicitur perennis.

a ¶ Non autem videntur.] Improbat quod dictum est su. d ieiunijs. su. ea. c. statuimus, & c. de ieiunio. in princ.

b Ieiunia.] inf. de consec. dist. 3. rogationes. cõtra Sol. licèt ibi ieiunemus tribus diebus, nihilominus tñ est ibi cõtinuata festiuitas. Nã dicit lex q̃ perẽnis est flue cõtinuus fluuius, licèt quãdoq; exaresc at. ff. de flu. l. 1. resp.

Vel dic consuetudinem sequen. dam. r. 12. dist. illa.

SCire debet.] CASVS. Docet Ambro. q̃ quinquaginta dies a pascha resurrectionis vsque ad pentecos. reputantur velut dies resurrectionis, & dies Dominici: quia resurrectio die Dñica fuit: & hos dies cum hominibus & discipulis suis fetit, & ideo sicut in resurrectione gaudendum est, & non ieiunamus: sic & in his quinquaginta diebus gaudendum est, nec ieiunia sunt indicenda: nec genua flectimus.

c ¶ Succedamus.] quia vnum genu succedit alij: & ita factũ notat.

d ¶ Quinquagesima.] si quadragesimam dixisset, melius dixisset nam post quadraginta dies ascendit in cælum. de consec. dist. 5. ieiunium, & sic ponitur totum pro parte. sic 23. q. 4. cum superna sic econuerso pars ponitur pro toto. 14. q. 5. pœnale.

e ¶ Eorum.] Arg. pro omnib. vigilijs Apostolorum ieiunãdis, vel pro nullis: quod falsum est: ecclesia tamen Romana consueuit in vigilijs omnium ieiunare. extra de obser. ieiunio. consilium. nisi Ioannis, Philippi, & Iacobi, vt ibi Lau.

f ¶ In apologia.] id est sermone excusatorio de adulterio, quod Dauid commisit cum Bersabee apo, quod est re: & logos, quod est sermo: quasi responsio pro aliquo.

g ¶ Chirographo quoque.] id est, peccato quo tenebamur diabolo obligati tanquã chirographo.

h ¶ Euacuato.] vt C. de plus pe. l. vna. & est arg. q̃ cancellato instrumento liberatur debitor a. quod verum est nisi creditor probet contrariũ. ff. de prob. si chirographum.

i ¶ Cãtatur.] inf. de consec. d. 3. ne quis, & c. ieiunium.

Christus post dies 40. ascẽdit in cœlũ.

Ieiunandum est i vigilijs omnium Apostolorũ nisi Ioannis Philippi, & Iacobi.

a De hoc no. extra de renunc saaè in glo. & sic. & extra vt lite pen. eccles. 2. in fi Arch.

Vigilia pentecostes est necessario ieiunanda.

NECESSARIO. CASVS. Concludit Gratianus supradicto cap. dicens q̃ ecclesia necessario instituit ieiunium post pentecostem: quod dicitur non esse ieiunandum in his quinquaginta diebus, intelligitur ex necessitate: de facto tamen ieiunamus in vigilia pẽtecostes, sicut in vigilia resurrectionis, & ad hoc inducitur sequẽs cap.

K ¶ Obseruantiæ.] Hic malè dicit, & in seq. §. immo vigilia

gilia pentecostes necessario ieiunanda est, vt infra cap. nosse & su. cap ieiunio. non obstat c. scire, quia pro vno die, nec plus nec minus 1, sed q̃ ieiunare debeat hoc ha

1 De consec. d. 2. seuera, & vide qđ dixi 03. d. c. j

Nbet ecclesiæ consuetudo generalis.

Osse credo.] CASVS. Docetur hic, quòd cum tanto gaudio celebrandus est dies pentecostes, quanto dies resurrectionis. Et hoc probat per similẽ ob seruantiam: quia vigilia Pentecostes celebratur sicut vigilia resurrectionis, vnde similis obseruantia simili debet gaudere lętitia.

a ¶ Pernoctantes.] per totam noctem significat. ff. de verbo. sign. vrbana. ff. pernoctare.

b ¶Necesse est.] Idest cõueniens est a secundum G. nam consilium est. non enim quidqd consulitur, iuris necessitati subijciur. de pœn. dist. 6. c. in fi. ff. de iudic. non quidquid.

2 Adde glo. concor. in l. de pupil. §. meminisse, ff de no. op. nun. & in l. 3. ff. de offi. præfec. præto. Arch.

OBSERVANTIA.

CASVS. dicit Gratianus, quòd similis obseruantia est, quo ad factum, & non quo ad necessitatem, consuetudo tñ ecclesiæ p̃ iudicat ei qđ Gratianus dicit.

POst Pascha.] CASVS. Quęsitũ fuit ab Isidoro, vtrum monachi, vel clerici vel laici possint ieiunare a resurrectione vsque ad pentecostem? qui respondet dicens, quod licèt ecclesia relaxet ieiunia, & abstinentiæ rigorem, si quis tamẽ vult ieiunare, põt ad imitat Antonii & Pauli, & cæterorũ patrũ. qui in his diebus in eremo ieiunauerunt, exceptis diebus Dominicis.

c ¶Relaxauerit.] Interdicendo ieiunia.

VTinã.] CASVS. Lucinius quæsiuit a Hieronymo an sit peccatum ieiunare in 50. dieb. post Pascha resurrectionis, & in diebus dominicis. Et respondet q̃ non. Et hoc probat exemplo Pauli, & aliorum credentium, qui in illis diebus ieiunauerunt: non tamen cogitur quis ieiunare, sed vnaquæque prouincia in sensu suo abundat & leges maiorum interpretatur.

d ¶In actibus.] su. 30. d. si quis tanquam, contra.

e ¶Contextas.] idest, interseras solemnitates, vel contextas idest, iugos & continuatas supra. ea. scire,

f ¶Auferam.] Dicendo tunc esse ieiunandum. ADDITIO. q.d. Nolo his diebus indicere ieiunium. Archid.

g ¶In suo.] Vt morem obseruet in ieiuniis, sicut dicitur de vigilia Bartholomæi. extra de obser. ieiu. consilium.

h ¶Apo.

Vnde idem Ambrosius in eiusdem diei sermone 60. qui sic incipit.

¶ De eodem. Cap. IX.

NOsse credo[a] vos fratres. Non minore lętitia celebramus diem Pentecostes, quàm sanctum Pascha curauimus. Tunc.n. sicut modo fecimus, ieiunauimus sabbato, vigilias celebrauimus: orationibus pernoctantes [a] † institimus; vnde necesse est [b], similem † obseruantiam similis lætitia subsequatur.

† *pernoctanter.*] orig.

† *similis obseruantia similem lætitiã subsequatur.*] orig.

a ¶Nosse credo.] *Idem euenit in hoc capite: quod in superiore euenisse notatum est. Coharet enim cum superioribus, prima sermonis periodo, quasi in summam redacta.*

Obseruantia verò similis dicitur quod ad factum, non quò ad necessitatem.

Vnde Isidorus lib. 1. de ecclesiasticis officijs, c. 42.

¶ De eodem. Cap. X.

POst Pascha vsq; ad Pentecosten, licet traditio ecclesiarum abstinentiæ rigorem prandijs relaxauerit [c]; tamen si qui monachorum, vel clericorum ieiunare cupiunt, non sunt prohibendi; quia Antonius, & Paulus, & cæteri patres antiqui etiam his diebus in eremo legũtur abstinuisse, neque soluisse abstinentiam, nisi tantum die Dominico.

Item Hieronymus ad Lucinium, epist. 28.

¶ De eodem. Cap. XI.

VTinam omni tempore ieiunare possimus; quod in actibus [d] Apostolorum diebus Pentecostes, & die Dominico Apostolum Paulum, & cum eo credentes fecisse legimus. *& infra.* ¶Nec hoc dico, quòd Dominicis † diebus ieiunandum putem, & contextas [e] quinquagintа † diebus ferias auferam [f]: sed vnaquæque prouincia abundet in suo [g] sensu: & præcepta maiorum, leges Apostolicas [h], arbitretur.

Poly. l. 3. tit. 23. Act. 13. 20. & 27.

† *al. festiuis.* †*al. sexagintа*] ori.

Item Pelagius Papa Petro episcopo Potentino.

¶Sabbato magno post horam baptismi episcopus valeat ordinari. Cap. XII.

DIlectionis tuæ scripta suscepimus, quib. significas Latinum ecclesiæ Grumentinæ diaconũ ad episcopatũ Marcellianẽsis ecclesiæ, siue Clusitanæ † ab omnib. fuisse electũ: quod iam ante hoc tẽpus retulisti, & iussi-

su. d. 63. litera. Poly. l. 2. tit. 28. Ant. l. 6 c. 59.

† *al. Cusilinatis.*

h ¶Apostolicas.] Consuetudo enim interpretatur legẽ ff. de verb sig. anniculus.

DIlectionis.] Hoc c. inducitur ad ostendẽdum varietatẽ computationis inter Latinos, & Hebręos. Nã secundum Latinos quartus est mensis Iunius: secundũ Hebręos Iulius: & ita facit ad propositum Gra. est ergo casus. Latinus diaconus ecclesiæ Grumentinæ fuit electus ab omnibus in episcopum Marcellianẽsem, qđ negotium

gotium totum Petrus Pontinus episcopus Papæ significaut. Rescribit ergo Pelagius, q̃ iam iusserat Latinum prædictum Romam venire, credens eum habere literas dimissorias à suo episcopo: quod si verum est, mãdat Petro, vt faciat eum venire ad Vrbem in Sabbato sancto: quia

sup. dist. 54. 68. sequens,

mus, vt veniret [a]; credentes eos de persona eiusdem ab episcopo [b] suo dimissorias accepisse. Quod si modo fecerunt, facite eum velociter ad vrbem Romam accurrere, vt si Deus iusserit, in Sabbato magno post horã baptismi ordinetur. Quòd si ante memoratum diem non accurrerit, cogetur vsque ad quarti [c] mensis ieiunia sustinere.

DISTINCTIO LXXVII.

Epist. 81. Anastasio.

His temporibus [d] secũdum Anacletum, Zepherinum, Gelasium, & Pelagium, episcopi, presbyteri, & diaconi sunt ordinandi. Metropolitanus iuxta Leonem ex presbyteris eiusdem ecclesiæ, vel ex diaconis optimus ordinetur. Ex monachis autem, vel laicis nullus nisi per gradus ecclesiæ, debet ad summum sacerdotium peruenire.

Vnde Cains Papa Fœlici episcopo, epist. vnica in extremo.

¶Non nisi per distinctos gradus quisquam ad sacerdotium aspiret. Cap. I.

ILlud nos statuentes vobis, & omnibus seruare mãdamus, vt ad ordines ecclesiasticos sic ascendant in ecclesia, qui ordinari merentur: ideſt, si quis episcopus esse meretur; sit primũ [e] ostiarius, deinde lector, postea exorcista, inde sacretur acolythus, demũ verò subdiaconus, deinde diaconus, & postea presbyter; & exinde, si meretur, episcopus ordinetur.

Vnde Zozimus episcopus vrbis Romæ ait ad Isychium, epist. 1. c. 3.

¶Quæ interualla temporis in singulis gradibus seruanda sint. Cap. II.

Anſ. lib. 7. cap 49. Rabanus de instit. cler. l. 1. c. 13.

IN singulis gradibus hæc tempora sunt obseruanda

Temporum interstitia. sunt in ordinib. obseruanda.

quicunq. alia in monachis, quia monachus ex dispensatione intra annum promouetur, laicus intra annum & dimidium, vt infra ea. monachus & docet no. huius dist quòd gradatim debet fieri ordinatio.

d ¶His temporibus.] Hic intitulatur 77. distin. in qua tractat de interstitijs temporũ obseruandis. No. ergo, q̃ si qs ab infantia sit mancipatus militiæ cleri cali, anno 7. põt ordinari clericus, ostiarius, lector, & exorcista, & sic stabit vsq; ad annum 12. exinde acolythus vsque ad annum 20. & postea in 21. subdiaconus, in 25. ann. diaconus, in 32. presbyter, exinde potest esse episcopus, vt inf. ead. in singulis. & c. quicunque. 28. dist. de his. sed si adultus velit ordinari, sic potest fieri ordinatio, vt per 7. annos recipiat ordines omnes in duob. primis quatuor minores, in reliquis quinque ordinetur acolythus, subdiaconus, diaconus, presbyter, & eps si electus fuerit.] ead. quicunque. Si autẽ secus factum fuerit, deponi debet.] ead. dist. subdiaconus ex generali tamen consuetudine his omnibus capitulis derogatũ est. ubi uero maior necessitas ecclesiæ incumbit, laicus p annũ & dimidiũ, monachus verò per annum potest recipere oẽs ordines, vt infra ead. c. vlt.

ILlud.] CASVS. Docet Gelasius in hoc c. quòd si quis quia si nunc non venerit, cogetur subsistere, ad vsque ieiunia quarti mensis, ideſt, Iulij.

a ¶Vt veniret.] Quia forte fuberat, Papæ iste episcopus nullo medio.

b ¶Ab episcopo.] Arg. quòd clericus alicuius episcopi in alia prouincia non debet eligi, nec ipse debet cõsentire nisi habeat literas dimissorias, quibus absoluatur ab obnoxietate sui episcopi. arg. 35. distin. Florentinum archidiaconum. & dist. 71. fraternitatem arg. contra, quòd scilicet non exigatur consensus episcopi, instit. de adopt. §. sed si quis nepotis. De hoc dixi supra 61. dist. §. sed aliud.

c ¶Ad quarti.] Supra 71. dist. ordinationes.

HIs temporibus. CASVS. Ostenso quibus tẽporibus sint clerici ordinandi, nunc in hac 77. distin. ostendit quæ vel quanta interstitia temporum in singulis ordinibus sint seruanda, & super hoc triplex regula seruatur. Nam alia seruãtur in pueris, qui per interstitia promoentur, ¶sunt inf. ead. in singulis. & quicunq. alia in grand ætate, qui intra 7. an. recipiunt ordines, vt inf. ead. vult ad episcopatum ascendere debet gradatim promoueri, ut primo ostiarius, deinde lector, &c. quod oportet per interstitia temporum fieri.

e ¶Primũ.] Supra 21. dist. cleros. contra. sup. dist. 32. seriatim contra 3. 44. dist. non oportet 1. contra 59. dist. si offic. cõtra. nã ibi colligit, q̃ psalmistatus sit ordo primus; sed melius colligitur ext. de ætã. & qual. cũ contingat. Sed dic, q̃ hæc dictio, primũ sequẽtia respicit, nõ q̃ sit prim' ordo ostiarius, sed primus est respũ sequẽtiũ. ADDITIO. Ista fuit sententia Laur. Vel potest dici, q̃ ideo tacet de psalmista hic, & 82. distin. à subdiacono. quia ille ordo à simplici sacerdote potest conferri. 23. distin. psalmista. & noluit enumerare, nisi illos qui ab episcopis conferuntur secundum Hug.

1 Psalmistatus est primus ordo.

IN singulis.] CASVS. Zozimus docet hic, tẽpora esse seruanda in ordinibus suscipiendis, vt si ab infantia literas didicerit à septennio vsque ad annos duodecim recipit tres minores ordines, post annũ 12. fiat acolythus. in 21. subdiaconus fiat. post 25. diaconus. post triginta presbyter: deinde mereatur episcopus ordinari. Eadem interstitia seruentur in defensoribus, ideſt,

patronis

patrornis eccleſiæ,ſi uolueint ad clericatũ promoueri.

a ¶Si ab infantia.] Ideſt ſeptimo anno. C. de iure delib. l. ſi infanti. Ioan.

b ¶Nomẽ.] Vt ſcribat in matricula. 50. di. contumaces.

c ¶Quinquennio.] Poſt ſeptẽniũ. inf. e. c. ſubdiaconus.

d ¶Exinde.] Poſt xij. annos cum voluerit.

e ¶ Vel ſubdiaconus.] Vel pro, ideſt, hoc probatur in cap. ſeq arg. C. de verbo. ſign. l. ult. argu. extra de eo qui fur. or. re. cap. 2.

f ¶Xiiij. annis.] Cõputatis à tempore ſeptemnij hoc reſpicit quod dicit de infantia, ideſt ſeptennio, & ita in xxj. an. ſubdiaconus fiat.

f ¶Xiiij. annis] Hæc determinatio xiiij. ann non reſpicit, niſi tantum ſubdiaconatũ. quod patet ex cap. ſeq. ubi dicitur, quòd ab eccleſſu adoleſcentiæ: vſque ad xx. annum fiat acolythus, & ſubdiaconus, ſed in xv. anno acolythus, in xxj. ſubdiaconus.

g ¶ Pontificatum.] inf. de conſec diſt. 5. de his vero ſup. diſt. 18 ſi epiſcopus. & di ſtin. 59. ſi officia.

h ¶Defenſores.] Ideſt aduocati caſtaldi. 1. q. 3. ſaluator 1.

i ¶Ex laicis.] infra diſt. 29. indicatũ. cõtra. Sed hic iſti laici erant de foro eccleſiæ, ibi non & conſtitui debent iſti quòd ad temporalia, non quo ad ſpiritualia. 16. q. 7. in nona.

k ¶in ordine.] Contra. Nonne iſti ſunt grandæui, cũ eis cõmittatur adminiſtratio. ergo per ſeptem annos tm̃ poſſunt aſcendere ad omnes ordines, vt infra c. prox quare ergo hic dicit, ſupradicta obſeruatione. Reſpon. ideo ut gradatim omnes ordines recipiant, & nullum prætermittant. nec tamen per tanta interſtitia, vel hoc corrigitur. Io.

QVicunque.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima proſequitur de pueris: in ſecunda de grandæuis. In prima igitur dicitur, q̃ pueri ante pubertatis annos baptizari debẽt, & fieri oſtiarii, lectores, & exorciſtæ, deinde, vſque ad xx. ann ita quod, vſque, teneatur incluſiue: inde fiat acolythus, & ſubdiaconus: poſt xxv. diaconus: poſt xxx. presbyter, poſt decennium computãdum à xx ann. fiat epiſcopus, quia poſtquam eſt presbyter ſtatim poteſt fieri epiſcopus. In ſecũda vero parte dr̃, q̃ ſi quis eſt grandis ætatis, prius baptizet, & in primo biennio fiat oſtiarius, lector & exorciſta In ſequenti quinquennio fiat acolythus & ſubdiaconus, poſtea diaconus, poſtea presbyter, poſtea epũs. Sed a pars incipit ibi, [Qui verò iã.] Sed duo ſequentia c. plana ſunt.

l ¶Pubertatis.] Ideſt annum xiiij. ſecundum quoſdam ſm H. ante xij. Inſti. quib. mo. tute. finitur. in prin. extra de deſpõ. impub. puberes. 20. q. 1. illud vbi incipit adoleſcẽtia, ex ſufflatur & exulat pubertas. Ioã. quod dicit H. de xij.

Pubertas qñ finitur.

ſi ab infantia [a] ætate eccleſiaſticis miniſterijs nomẽ [b] dederit, vt inter lectores & exorciſtas quinquennio [c] teneatur, exinde [d] acolythus, vel ſubdiaconus [e] xiiij. annis [f] fiat; & ſic ad benedictionem diaconatus, ſi meretur, accedat: in quo ordine quinque annis, ſi inculpatè ſe geſſerit, hærere debebit. Exinde ſuffragantibus ſtipẽdijs, per tot gradus datis proprię fidei documentis, presbyterij ſacerdotium poterit promereri: de quo loco (ſi eum exactior ad bonos mores vita perduxerit) ſummum Pontificatum [g] ſperare debebit. *& infra.* ¶Defenſores [h] etiam eccleſiæ, qui ex laicis [i] fiunt, ſupradicta obſeruatione teneantur, ſi meruerunt eſſe in ordine [k] clericatus.

a ¶Si ab infantia.] *Prior hæc huius capitii pars ſummatim refertur. Integre locus ſic habet.* Si ab infantia eccleſiaſticis miniſterijs nomen dederit, inter lectores vſq; ad vigeſimũ ætatis annum continuata obſeruatione perduret. Si maior iam, & grandæuus acceſſerit, ita tamen vt poſt baptiſmum ſtatim ſe diuinæ militiæ deſideret mancipari, ſiue inter lectores ſiue inter exorciſtas quinquennio teneatur; exinde acolythus, vel ſubdiaconus quatuor annis: & ſic ad benedictionem, &c. *Ac ſanè in vno etiam perueturo Gratiani codice, & apud Rabanum, lib. 1. c. 13. de inſtitut. cler. legitur,* quatuor annis, *non,* quatuordecim. *Sed ob gloſſas nihil mutatum, additumve eſt.*

Item Syricius Papa ad Hymerium Tarraconenſem; epiſt. 1. cap. 9.

¶ De eodem. Cap. III.

QVicunque itaq; ſe eccleſiæ vouerit, obſequijs à ſua infantia; ante pubertatis [l] annos baptizari [m], & lectorum debet miniſterio ſociari. Qui ab acceſſu adoleſcentiæ, vſq; ad vigeſimũ α ætatis annum; ſi probabiliter vixerit, vna tantùm, & ea quam virginem communi, per ſacerdotẽ bñdictione perceperit, vxore cõtentus, acolythus [n], & ſubdiaconus eſſe debebit; poſteaque ad diaconij [o] gradum (ſi ſeipſum primitus, cõtinentia præeunte, dignũ probauerit) accedat. Vbi ſi vltra β quinque annos Iuo p. 6. c. 91. & 92.

1 Adde hic, q̃ defenſor appellat patronus ſiue aduocatus eccleſiæ ext. de elect. venerabilem. Item reus dr̃ defenſor. 4. q 4. ca. 1. Itẽ cuſtos patrini Romanæ eccleſiæ. 23. diſt. quia sũt culpæ. Item cuſtos cuiuſlibet eccleſiæ, vt hic. Item exorciſta. inf. eod. monachus nouitius. Ar chid.

Baptiſmus eſt omnium ſacramentorum ianua.

Ordines minores an ſimul conferri poſſunt.

m ¶Baptizari.] Sed quare dicit, q̃ tunc debeat baptizari, cum ſit dubium & periculoſum intantum differri baptiſma, vt de conſec. diſt. 4. q̃ quis. &c. ne qd abſit? ideo dicit, quia cum baptiſma ſit ianua omnium ſacramentorum, vt 32. diſt. §. verum. in ſi non poſſet ordinari ſi non eſſet baptizatus, ext de presbyt. non bapti. c. 3. nõ q̃ debeat differri, ſed ſi caſu dilatum eſt, baptizari dẽt.

n ¶Acolythus.] Et ita videtur, q̃ de iure non debeant minores ordines ſimul conferri: quod credo, niſi dispenſatiuè: vel niſi ſit conſuetudo, vt extra de eo. qui fur. or. re. cum H. lator.

o ¶Ad diaconi.] Continentia præeunte: ideo hic non dixit de ſubdiaconatu, quia nondum erat ſacer ordo tempore Syricij, qui antiquiſſimus fuit. 32. diſt. erubeſcant. hodie verò eſt ſacer ordo.

a ¶Exin-

laudabiliter ministrauerit, congrue presbyterium consequatur. Exinde [a] post decennium episcopalem cathedram potuerit adipisci: si tamen per hæc tempora integritas vitæ, ac fidei eius fuerit approbata. Qui vero iam ætate grandæuus [b] melioris propositi cõuersatione prouocatus, ex laico ad sacram militiam prouenire festinat; desiderij sui fructum non aliter obtinebit, nisi eo, quo baptizatur, tempore, statim [c] lectorum, aut exorcistarũ numero societur: si tamen, eum vnam habuisse, vel habere [d], & hanc virginem accepisse, constet vxorem. Qui dũ initiatus fuerit, expleto biennio, per quinquennium aliud [e] acolythus, & subdiaconus fiat; & sic ad diaconatum (si per hæc tempora dignus iudicatus fuerit) prouehatur. Exinde tam accessu temporum, presbyterio, vel episcopatui, si eum cleri, ac plebis euocauerit electio, non immerito societur.

Iaidem c.10.

a ¶Vigesimum.] *In plerisque vetustis exemplaribus, & Gratiani, & epistola, atque apud Isonem legitur, trigesimum. Sed in epistola Zozimi, cuius pars relata est in antecedente notatione,* vigesimum.

β ¶Vltra.] *Sic legitur in omnibus manuscriptis, & in originali ipso. In vulgatis erat,* intra.

Item ex sexta synodo, c.15.

¶De eodem. Cap. IV.

SVbdiaconus non minor viginti annorum [f] ordinetur. ¶Si quis verò in aliquo ordine sacerdotali præter constituta tempora ordinatus fuerit, deponatur.

Item ex concilio Carthaginiensi 3. c.4.

¶De eodem. Cap. V.

PLacuit [g], vt ante vigintiquinque annos ætatis, nec diaconi ordinentur, nec virgines consecrentur, & vt lectores populum non salutent [h].

Item ex concilio Agathensi, c.16. & 17.

¶Minoribus 25. annis leuitica non præstetur benedictio. Cap. VI.

EPiscopus benedictionem diaconatus minori b. quã 25. annorum penitus non committat. ¶Sanè si coniugati iuuenes [i] consenserint ordinari, & vxorum vo-

Et conc. Carth. codicis can. 16. Burc. l. 2. c. 11. Iuo p. 6. c. 31. Pann. l. 3. c. 30. Poly. l. 2. tit 27. Anſ. l. 7. c. 96.

1 Hanc literam ponit Laur. cuius fuit hæc gl. Sed Hug ponit 18. vt 28 dist. de his. 32. dist. lectores. Sed hoc ſm Hug. nõ valet, quia tunc in septennio non posset recipere omnes ordines.

Iuo p. 5. c. 135.

2 Concor. tex. cum gl. l. nõ aliter. ff. de leg. 3. & in l. 1. ff. de mino.

a ¶Exinde.] inf. ea. d. episcopus. contra. Sed referas hoc ad 20. annum, de quo sermo præcessit, non ad quinquennium proximum, & sic erit in 30. anno. vt ibi dicitur, & extra de elec. cum in cunctis, vel dicas esse constitutionum varietatem. Hug.

b ¶Grandæuus.] ſ. xxiij. anno 1, vel xxx. quia hæc est virilis ætas. inf. ea. c. episcopus 2. ætas enim multum facit ad eruditionem. 16. q. 7 hoc fit, & si sit xxij. annorũ, ita recipit omnes ordines intra xxx. annũ. sicut. quilibet alius qui à pueritia deseruiuit ecclesiæ. Vel grandæuus. ſ. xviij annorum: arg. 28. dist. de his. & 32. dist. lectores.

c ¶Statim.] ſu. dist. 47. §. 1 argum contra Sed non dicit statim, id est, incontinenti: sed statim, id est, paulo post tale statim habes ff. de procura. qui procuratorem, vel ibi non prohibetur, nisi de episcopatu & presbyteratu:

d ¶Vel habere.] Ita tñ ꝙ dudũ iam promiserit continẽtiam nam præire debet continentia, vt 22. dist. cap. priusquam. præterea de isto grandæuo non exprimitur modo dicunt: Iube domne benedicere. 21. distinct. de nique.

e ¶Aliud.] a biennio si esset in 15. anno. nec refertur ad antecedens quinquennium: qa non præcessit aliud, sic. C. quomodo, & quãdo iudex. Auth. qui semel.

f ¶non minor 20. annorum. Ita, vt compleuerit 20. annum. hoc enim requiritur in honoribus ecclesiasticis, vt extra de elec. cum in cunctis. licèt secus sit in honoribus ciuilibus 3, vbi sufficit attigisse 25 annum, vt ff. de mu. & ho. ad rem licèt sit arg contra inf. distin. proxi. c. presbyter. In vsucapionibus sufficit attigisse vltimum diem, vt ff. de diuersi. & tempo. præscrip. in vsucapione, & similiter quantum ad factionem testamenti sufficit attigisse vltimum diem 14. anni, vt ff. de testamen. qua ætate. Sed quantum ad excusationẽ ciuilium munerum requiritur qđ annus sit completus, vt ff. de iure immuni. maiores. Sed quantũ ad beneficium restitutionis fit computatio, de momento ad momentum, vt ff. de mune l. 3. §. minorem. Sed in temporalibus actionibus oportet, vt vltimus dies sit completus, vt ff. de actio. & ob. l. in omnibus temporalibus. Ioan.

Aetas in honoribus, & multis aliis necessaria,

3 [Etiã fortè est rõ, quia honores ecclesiæ pertinent spectant ad onus quàm honorem. 8. q. 1. illud. Io. de Fan.

g PLacuit. inf. 20. q. 1. placuit.

h ¶Salutent.] Solebant forte lecturi in pulpito aliquam salutationem nobis ignotam præmittere, vel dicebant, Dominus vobiscum. vbi

i ¶Iuuenes.] Idem est de alijs regulariter. arg. 32. q. 5. per totu. si sunt senes bene potest alter cõuerti: & alter in seculo remanere, extra de conuer. coniug cum sis.

EPiscopus benedictionem.] CASVS. Hoc diuiditur in tres partes. In prima parte dicit. ꝙ minor xxv. annorum fieri diaconus non debet. In secunda parte dicitur, ꝙ si coniugatus iuuenis voluerit ordinari, requirenda est vxoris voluntas: & sequestrato cubiculo & religione promissa ordinetur. In tertia parte dicitur, quod ante xxx. annum presbyter vel episcopus non ordinetur. Secunda pars incipit ibi, [Sanè.] Tertia ibi, [presbyterum vero.]

a ¶Se-

lūtas ita requirenda eſt vt, ſequeſtrato [a] manſionis cubi culo, religione [b] promiſſa, poſteaquam pariter cōuerſi fuerint, ordinentur. ¶ presbyterum vero, vel epiſcopū ante triginta annos, id eſt antequā [c] ad viri perfecti ętatem perueniat, & diaconos ante vigintiquinque, nullus metropolitanorum ordinare præſumat: ne per ętatem [d] (quod aliquoties euenit) aliquo errore culpentur.

C.17. Burc.l.2.c.9. Iuo.p.6.c.29. Fann.l.3.c.28.

Item ex concilio Toletano 4.c.19.

¶ De eodem. C. VII.

IN veteri lege ab anno vigeſimoquinto leuitæ [e] in tabernaculo [f] ſeruire mandantur: cuius auctoritatē in canonibus & ſancti patres ſecuti ſunt. Nos [g] & diuinæ legis & conciliorum præcepti immemores, infantes, & pueros [h] leuitas facimus ante legitimam ætatem, ante experientiam vitæ: ideoque, ne vlterius fiat à nobis, & diuina lege, & canonicis admoneniur † ſententijs, vt † à vigintinque annis ętatis læuitæ [i] conſecrentur, & à triginta presbyteri ordinentur.

Poly l.2.tit.27. Burch.l.2.c.14. Iuo p.6.c.31. Fann.l.3.c.31. *Num.8.*

† In codice regio.] *admonemus exemplis.*

† *al.ſed.*

Item Gelaſius Papa ad epiſcopos per Lucaniam, epi. prima, c. tertio.

¶ Per quę interualla temporum ordinetur, qui de monachis in clericatum eligitur. C. VIII.

SI quis de religioſo propoſito, & diſciplinis monaſterialib. eruditus ad clericale munus [k] accedat, in primis eius vita præteritis acta temporibus inquiratur, ſi nullo graui facinore probatur infectus, ſi ſecundam nō habuit fortaſſis vxorem, nec à marito relictam ſortitus oſtēditur; ſi pœnitentiam [a] publicam fortaſſis non geſſit, nec vlla corporis parte vitiatus apparet, ſi ſeruili, aut originariæ non eſt conditioni obnoxius, ſi curiæ iam ꝓbatur nexibus abſolutus, ſi aſſecutus eſt literas, ſine quibus vix fortaſſis oſtiarij poſſit implere miniſterium.

ſu.diſt.55.c.1. Anſ.l.7.c.47. Iuo p.3.c.143.

[a] ¶ Si pœnitentiam.] *Hinc vſque ad finem addita ſunt ex epiſtola ipſa, vt melius percipiatur nexus ſequentis capitis. Nā poſt verbum,* miniſterium, *continenter apud Geleſium ſequitur:* vt filius omnibus, quæ ſunt prædicta, fulcitus; continuo lector, &c.

Item eodem capite, & ſequenti.

¶ De eodem. C. IX.

MOna-

[a] ¶ Sequeſtrato.] Infra 81.diſtin.volumus.contra. Sed hic de ſuſpectis. Vel dic quod thalamus tantum debet ſequeſtrari, non autem manſio. 1. & hoc obtinet in vxore promouendi: ſecus eſt in vxore illius qui vult cōuerti: quia tunc vxor intrabit religionem. vel ſi eſt ſenex promittet continentiam, vt extra de conuer.coniu.cum ſis. & de illa materia not. 28 diſt. quia ſunt culpæ Quid ſi vxoratum promouet epiſcopus ad minores ordines, debet ne ab eo exigere continentiam, cum ſine titulo, eū nō debeat ꝓmouere & beneficium ſimul cū vxore habere nō poſſit extra de cler. cōi.c.1 &c. diuerſis? Sic: ſi nō promouet, nec exegerit, habebit beneficiū: ar.12. diſ.ſi qui. ab eo autē qui vxorē nō habet non eſt exigenda cōtinentia 15.q.2.§.cū autem Ioan.

[b] ¶ Religione.] i. ca ſtitate: q̄ qualiter ꝓmitti debet, dixi 32. diſt. feriatim. nec eīi iſta debet religionē intrare: quia nec vir eius intrat. ſecus eſt I vxore monachi vel epiſcopi. extra de cōuer.coniug.ſane.

[c] ¶ Antequam.] No. q̄ ,canon aliter interpretatur virilem ętatē, aliter interpretat lex.ff.d minorib.l.1. C.de his q̄ veni. ætā. impe.l.vlt. ſed diuerſificāt: quia diuerſos habēt reſpectus. Prætor nō habuit reſpectum niſi ad rerum ſuarum adminiſtrationem.

[d] ¶ Ne per ętatem.] Argu. ratione ętatis p̄ſumi ꝓ aliquo, vel contra, vt ſu.34.diſt. quorundam 33.q.2. antiqui.

Ætas virilis diuerſimode interpretatur.

In veteri.] CASVS. IQuidam cēpi ante xxv.annū. leuitas ordinabāt. ſed Toletanū concil. ꝓhibet ne hoc de cætero fiat: ſed poſt xxv.annum leuitæ ordinentur; & presbyteri poſt xxx. quod probat auctoritate legis Moſaicæ & canonicæ.

[e] ¶ Leuitæ.] In veteri lege à xxv. anno Leuitæ deſeruiebant tabernaculo, & cuſtodiebant vaſa tabernaculi aurea: antea non.

Leuitæ officium.

[f] ¶ Tabernaculo.] Quid ſit tabernaculum, habes ff. de verb ſig. l. inde tabernacula.

Tabernaculum.

[g] ¶ Nos.] Commiſcet ſe alijs. vt citius reprehendat.

[h] ¶ Pueros.] Puer quādoque ſeruum, quādoque puellam ſignificat. ff. de ver. ſig. pueri. quandoque dicitur puer. 18. annorum. ff. de adi. & ci. le. l. Mela,

Puer quid ſignificat.

[i] ¶ Leuitæ.] Oēs qui in templo ſeruiebant, dicebant Leuitæ quia de tribu Leui aſſumebantur. Sed nunquid conferebat eis tunc character? Sic argu. de conſecratio diſtinct. i. c. 1. ſed non idem qui hodie. argu extra de ſacra. vnct. cum veniſſet. in fin. 21. diſtinct. c. 1. quod eſt con.

Leuita à lo; ui dicitur,

contra opi Hug. quam dixi ſu 75. diſt. c. i. q̄ ſcilicet ſine Miſſa conferatur character. Sed hodie immutata eſt forma per Chriſtum vnde nec Aaron ſine Miſſa conferret hodie character em.

Character hodie ſine Miſſa non confertur.

SI quis.] CASVS. Dicitur hic q̄ ſi quis monachus voluerit promoueri, vita eius præterita requiri dēt, ſi fuerit criminoſus, vel irregularis, contrahendo cū ſecunda vxore. vel repudiata.

[k] ¶ Munus.] id eſt ſi vult ad ordinem promoueri. Archidiaconus.

MOnachus.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima loquitur de monacho. In ſecūda de laico.

laico. In prima ergo dr ꝙ monachus nouitius, si bonæ vitæ & bonæ conuersationis fuerit, intra annũ potest omnes ordines recipere p interstitia breuia in ea assignata, vt deuotio sancti propositi legitima suppleat interstitia. In secunda parte dicitur, ꝙ laicus intra annum

chus [a] [2] verò nouitius [b] morum honestate fulcitus, continuo lector vel notarius [c], aut certe defensor [d] effectus, post tres menses existat acolythus: maximè si huic ætas etiã suffragatur: sexto mense subdiaconi nomen accipiat; at si modestæ conuersationis, honestæque voluntatis existit, nono mense diaconus, completoque anno sit presbyter: cui tamen, quod annorum interstitia fuerant collatura, sancti propositi sponte susceptа doceatur præstitisse deuotio [e]. ¶Si verò laicus quispiam ecclesiasticis est aggregandus officijs; tanto sollicitius in singulis, quæ superius comprehensa sunt, huiusmodi decet examinari [f] personam; quantum inter mundanã, religiosamq; vitam constat esse discriminis: quia vtique conuenientia [g] ecclesiæ ministeria reparanda † sunt, non inconuentientibus meritis ingerenda: tantoque magis, quod sacris aptum possit esse seruitijs, in eorum quærendum est institutis, quantum de tempore, quo fuerant hæc assequenda, decerpitur; vt morum habere doceatur hoc probitas, quod prolixior consuetudo non contulit; ne† per occasionem supplendæ penuriæ clericalis, vitia [h] potius diuinis cultibus intulisse †, non legitimæ familiæ Domini computemur procurasse compendia [i]: Quorum [k] promotionibus, super annimetas [l], sex menses nihilo minus subrogamus: quoniam, sicut dictum est, distare [m] conuenit inter personam diuino cultui deditam, & de laicorum conuersatione venientem. Quæ tamen eatenus indulgenda credidimus, vt β ecclesijs ab hac occasione cessantibus [n] canonum paternorum vetus forma seruetur.

Ibidem.c.4.

† al. deputanda.

† al. nec.

† al. intulisse indicemur.

Ingeniũ & alia tempus supplere possunt.

α Monachus] *Quo modo hic locus in originali habeatur proxima superiore notatione indicatum est.*

β ¶Vt ecclesijs.] *Hæc multo plenius à Gelasio exponuntur*: Vt illis, inquit, ecclesijs, quibus infestatione bellorum vel nulla penitus, vel exigua remanserunt ministeria, remouentur: quatenus his, Deo propitio, restitutus, in ecclesiasticis gradibus subrogandis canonum paternorum vetus forma seruetur; nec contra eos vlla ratione prævaleat, quod prò accidentis defectus remedio prouidetur, non aduersus scita maiorum noua lege proponitur; cæteris ecclesijs ab hac occasione cessantibus, quas non simili clade vastatas, pristinam faciendis ordinationib. conuenit tenere sententiam.

d ¶Defensor.] Exorcista. nã prius sit ostiarius, post exorcista. su. ca. c. 1. dr exorcista defensor: qa defendit corpus a dæmonibus.

e ¶Deuotio.] Sicut enim ingenium supplet tempus in bene studẽte, sic & bonitas ætatem: & ita compensatur probitas cum tempore sic ergo bonitas supplet ætatem sicut tempus, vt C. de præpos. sacro scrin l. 1. li 12. sic & malitia dicitur ætatem supplere. C. si mi. ma se. dixe. l. 3. extra de despõsa. impuberum. de illis, ita probitas & honestas supplet tẽpus. C. de his qui venãta. impe. l. omnes & ff. de decre. ab or. fa. l. 1. sic aliquid quod est minus, æquiparat alii, qd est maius, facta compensatione hinc inde. 7 q. 1. quæro & 19. dillin. canonicis Istud idẽ considerat in testib. quia fit cõpẽsatio auctoritatis ad numerũ. extra de testi. in nostra.

f ¶Examinari.] Argu ꝙ si laicus inducitur in testẽ diligentius est examinãdus quã clericus, propter maiorem dubitem. 12. q 1. duo.

g ¶Conuenientia.] ideſt. conuenientib. ministris.

h ¶Vitia.] Ideſt, vitiosos clericos.

i ¶Compendia.] id est vtilitates. vel vtiles ministros.

K ¶Quorum] Argumentum potest colligi ex hoc, ꝙ tantum valeat testimonium quatuor clericorum, quantum sex laicorum. nam in sesquialtera proportione videtur, quod se habeant, sicut se habent sex & quatuor: quia tantum potest clericus facere per annum quantum laicus per annum & dimidium. 46. distinct. cappenul.

Clericus laico præfert.

l ¶Metas] sup. dist. ead. quicunque. contra. Sed ibi de neophyto: hic de renato ab infantia loqtur Vel illud regulariter & de iure communi: hoc specialiter ex dispensatione vnde subijcit, quæ tamen, &c.

m ¶Distare.] inf 8 q. 1. nec sufficere a.

n ¶Cessantib.] Cessante causa successionis cessare debet pariter & concessum, vt 1. quæst. 7. quod pro remedio

num & dimidium poterit promoueri ad omnes ordines, si fuerit cõmendabilis vitæ, vt quod deest tempori, & quod prolixior consuetudo non contulit; suppleat in eo morum probitas: & hæc omnia fiunt de dispensatione propter necessitatem: qua cessante vetus forma seruetur. secunda pars incipit ibi. [Si vero laicus.]

1 Secundum hoc expone. vel notarius vel ꝙ ideſt, & sic exponunt Gra. & Hug.

2 Ad idem 61. dist. in sacerdotibus. sup 4 distin. statuimus, &c. denique 1. q. 1. vltimus.

a ¶Monachus.] Hoc cap. loquitur secundum casum illum sup. dist. 55. præcis. s. de dispensatione, procedente de iure communi.

b ¶Nouitius.] Quia de nouitio maior dubietas videbatur esse.

c ¶Vel notarius] A notis ideſt, literis legendis 1. Pe-

Digitized by Google

dio.& c.exigunt.ſu.diſt.55.priſcis.56. diſt.Iſmael.argu. contra.C.fami ercil.l.2.Lau.

ADDITIO. Dic vt not.61.diſtin.neophytus. & 19.q.2. duæ.Archid.

DISTINCTIO LXXVIII.

Va verò[a] ætate ſacerdotes ordinari debeant, Bonifacius Papa diffiniuit dicens.

a ¶Bonifacius.] *Cæteri collectores citant ex decretis Fabiani. Extat apud Martinum Bracarenſem epiſcopum in cap.græc. ſynod.cap.20.ex Neocæſarien.c.11.*

¶Ante annos triginta presbyter non ordinetur. Cap. I.

SI quis[b] triginta ætatis ſuæ annos non impleuerit,nullo modo presbyter ordinetur, etiam ſi valde ſit dignus[c].

Poly.l.2.tit.20. Burc.l.2.c.10. Iuo p.16.c.30. Pann.l.3.c.26.

[Item in nouellis in Authentica de ſanctiſs. epiſcopis §.clericos.apud Iulian. Antec conſt.123.cap.19.]

¶De eodem. PALEA. Cap. II.

NEmo presbyter conſecretur,qui minor triginta annis ſit:nemo diaconus,vel ſubdiaconus fiat,qui minor vigintiquinque annis ſit: nemo lectoribus cõnumeretur,qui minor 18. annis fuerit: nemo inter diaconiſſas conſecretur ſacroſanctæ eccleſiæ,quæ minor 40. annis, vel ad ſecundum matrimonium peruenerit.

Poly.l.2.tit.27.

Item Leo Papa ad epiſcopos Africanos,epiſt.85.c.1.

¶Non eſt ordinandus ſacerdos,niſi longo probatus examine. Cap. III.

QVid eſt manus[d] cito imponere,niſi ante ætatẽ maturitatis,ante tempus examinis, ante meritũ obedientiæ †,ante experientiam diſciplinæ,ſacerdotalem honorem tribuere non probatis? Et quid eſt communicare[e] peccatis alienis, niſi talem effici ordinantem, qualis ille eſt,qui non meruit ordinari?

ſup 61.c.miramur. verſ. quid eſt cito.] Anſ.l.6.c.34. Iuo p.5.c.105.

† *al. laboris.*

Item ex concilio Neocæſarienſi,c.11.

¶Ante triginta annorum ætatem presbyter non ordinetur. Cap. IIII.

PResbyter ante xxx.[f] annorum ætatem non ordinetur; quamuis ſit probabilis vitæ: ſed obſeruet vſq; ad præfinitum tempus. Dominus enim noſter Ieſus Chriſtus trigeſimo anno baptizatus eſt;& tunc prædicauit[g].

Poly l.2.tit. 27. Anſ. l. 7. c.95. Pann.l.3.c.29.

Va verò ætate.] CASVS. Supra in proxima diſt. in cap.epiſcopus benedictionem. dictum eſt quod qui ordinatur in presbyterum debet eſſe 30. annorũ. Nunc verò in hac 78. diſt. idem repetit, vt addat caulam quare tunc,& nõ ante:ſcilicet quia Chriſtus ī 30 anno baptizatus fuit, & poſtea cæpit prædicare. vt inf ea presbyter. Et omnia plana ſunt vſque ad c.quid eſt.

a ¶Qua vero.] Hic intitulatur 78. di.in qua oſtendit magiſter nõ debere ordinari ſacerdotes de iure cõi ante triginta annos completos: qa in tali ætate Dñs baptizatus eſt,& pdicare cœpit & quidã alii prophetæ. ſed quia & ante hoc tẽpus prophetæ ad prędicãdum miſſi ſunt, poſſent neceſſitate imminente a 25.anno ordinari inf.ead. d.c.vlt. ff. ad Treb. filium §.1.

Christ' qua ætate baptizatus eſt.

b SI quis.] ¶Non impleuerit.] Extra de elec. cum in cunctis.

1 Ac idem 15.q. vlti.c. vl. & de hoc etiam not. inf.ea. c.vlt.

c ¶Sit dignus.] Arg. eſt non debere derogari iuri cõmuni propter perſonam.ſu.d. 50.ex pęnitẽtibus.d. 61.miramur. Sed pp neceſſitatẽ,vel vtilitatẽ derogat iuri. licet nõ propter dignitatem tãtum,vt 1.q. 7.cap.tali.1.

QVid eſt manus.] CASVS. Super epiſtolam ad Timotheum habetur. Manus cito nemini impoſueris, nec communicaueris peccatis alienis. Nunc verò Leo Papa exponit literam Apoſtoli,& dicit, qp ille cito manum imponit, qui ordinat aliquem ante congruã ætatem,& ante examinationem,& anteq̃ ſit diſciplinatus. Et ille communicat peccatis alienis, q efficitur malus: ſicut eſt ille quem ordinat,& in malo eſt ei ſimilis.

2 Cap. 1.

d ¶Quid eſt.] Hoc eſt in epiſtola ad Timotheũ 2: Manus cito nemini impoſueris: neque communices peccatis alienis.

e ¶Communicare.] Communicat peccatis alienis,qui illis conſentit.arg.diſt. 86.c.1.& culpam.& c.facientis. P 23.diſt cap.quid enim & c.error.

PResbyter ante.] CASVS. Dicitur hic, quòd presbyter ante 30. annos ordinari non debet. Licet ſit vitæ probabilis: quia Chriſtus tantum in trigeſimo anno cepit prædicare,& baptizatus eſt.

f ¶Ante triginta.] Põt tamen ei concedi in vigeſimo quinto anno regimen parochialis ꝫ eccleſiæ, extra de electio.cum in cunctis. Sed cui incumbet probatio de ætate,ſi dubitat de ætate? Dico, qp ei,qui agit,ſcilicet qui petit ordinem.vnde maior eſt actor,ipſe probabit ſe maiorem,ſiue minorem 4,vt C.de proba.cũ te.C.de in integ.reſtitu.mi.ſi minorẽ. ff. de non. minor ex aſpectu. Sed ſi minor eſt reus, tunc aduerſarius probabit, vt C. qui & aduerſus quos.l.1.ff.de mino. de ætate.

3 Hoc forte intelligitur de conuentuali. ſecundum Laur. ſed intelligas indiſtincte, vt habetur extra li. 6 de elec. licet canon. qd eſt concilii. Greg. x.

g ¶Prædicauit.] Sed ſacerdotis officium eſt prædicare vt 16.q.1.adijcimus.Vñ eſt hic arg.contra id quod diximus,qp debeat implere trigeſimũ annũ. Dicit Io.Chryſoſt. qp de trigeſimo anno nondũ attigerat Ieſus niſi 30. dies ſicut in Euangelio continetur: Erat Ieſus quaſi annorũ 30. Sed eſt arg.ſuperficiale 5. ſed probatur per hoc quod ante 30. annum non poſſit promoueri.

Aetatis probatio, cui incumbit.

4 Adde an de ętate filij credaẽ libro patris, vel eius aſſertioni;no.gl. in l.etiã. ff. de proba. Bald. in l. neque natales. C. eo.tit.

5 Nã factum domini non eſt trahendũ ad cõſequẽtiam ſm B.

HOC

HOC REGVLARE EST. CASVS. Dicit nunc Grat. q̃ hæc quæ dicta sunt sup. de 30. ann. uera sunt, & seruanda de iure cõmuni. Et hoc probat exemplo Christi, & Ioannis Bap. & Ezechielis, qui tantum in 30. anno prædicare cœperunt, sed dispensatione ante tale tempus. Et hoc probat per sex auctoritates. Secunda ibi,] Nullus Pontifice.] Tertia ibi, [sed quæritur.] Quarta ibi, [Hoc autem.] Quinta ibi, [Electio.] Sexta ibi, [Sicut supra.] Ioan. de Fan.

CASVS. Supra in 23. dist. c. 1. tractatum est de electione & confirmatione Papæ: nunc vero in hac 79. distin. idem repetit, vt aliquid addat. Continet enim hæc dist. quatuor articulos. In primo dicit, q̃ Papa non debet eligi nisi à Cardinalibus In secundo dicitur quid iuris sit si duo apostolici eligũtur. In tertio dicitur, q̃ electio successoris debet fieri cũ deliberatione p̃decessoris, In quarto dicitur, q̃ electio Apostolicorũ soli Deo reseruatur. quæ omnia per suos §§. patebunt.

S. Greg. in Ezechiele hom. 2,

Hoc regulare est; unde & Christus, & Ioannes Baptista, & Ezechiel, & nonnulli prophetarum non leguntur ante hoc tempus prophetasse, vel prædicasse a. *Verũ, quia Hieremias, & Daniel ante iuuenilem ætatẽ spiritũ prophetiæ accepisse leguntur: Dauid, & Salomon in adolescentia vncti inueniuntur, Ioannes etiam Euangelista; cum adhuc esset adolescens, à Domino in Apostolum electus; & cum alijs ad prædicandum missus inuenitur; Paulus quoque apostolus in adolescentia à Domino electus, & ad prædicandum missus asseritur; ecclesia similiter, necessitate exigente, nonnullos ante triginta annos ordinare consuevit.*

Ritr. 1. Daniel, 1ũ

Matth. 4.

Act. 9.

Vnde Zacharias Papa Bonifacio episcopo, epist. 6. cuius initium [Benedictus Deus.]

¶ Necessitate exigente 25. annorum presbyteri ordinentur. Cap. V.

† Ex isto tex. infertur q̃ plura fiũt necessitatis causa: quæ aliàs nõ fierent. conc. l. non solum. §. fi. ff. de ex cu. tut.

SI triginta annorũ non reperiuntur, & necessitas b † ex poscit; à vigintiquinque annis & supra leuitæ, & sacerdotes ordinentur.

DISTINCTIO LXXIX.

Apostolicus autẽ c nemi nisi à Cardinalibus, & religiosis clericis est inthronizandus. Vnde Nicolaus Papa I I. ait in epistola, qua synodum à se Romæ habitam refert, cap. 1.

¶ De eo, qui sine concordi Cardinalium electione inthronizatur. Cap. I.

Poly c. l. 1. tit. 4. • Aniel. l. 6. c. 15. inf. c. si quis pecunia.

SI quis d Apostolicæ sedi sine concordi, & canonica d electione Cardinalũ eiusdem ecclesiæ, ac deinde sequẽtium e religiosorum f clericorum inthronizatur, nõ

c ¶ Apostolicus autẽ.] Hic depingitur 79. dist. in qua specialiter magister agit de electione sũmi Pontificis, ostendens à quibus dẽat eligi: & dicit, q̃ à Cardinalibus, & q̃ũ. quia die tertia post depositionem defuncti, ut inf. eo. nullus. subdit etiam qui sit iuris sit, cũ duo malo zelo eliguntur, ut ſ. ea. si duo. vel cũ simoniace aliquis eligitur, vt inf ea. si qs pecunia 1. & dicit, quòd à solo Deo potest deijci. de ordinatione eius non tractatur hic, quia de ea dictum est su. 23. dist. in nomine.

Papa à quibus & quando est eligẽdus.

1 Et inf. ea. cap. 1.

ADDITIO. Istud c. pus potest aliquis ad dignitatem presbyterij promoueri, & hoc probat sex exemplis: scilicet Hieremiæ & Danielis, Dauid & Salomonis, Ioannis euangelistæ & Pauli, qui omnes ab adolescentia acceperunt officium prædicandi, & gubernationem super alios. Et ad hoc probandum: inducit sequens cap. cuius casus per se patet.

a ¶ Prædicasse.] Ante hoc tempus.

b SI 30. annorum.] ¶ Necessitas.] Vel vtilitas, cum il la etiam inducat dispensationem, vt 1. q. 7. tali. immo de iure cõi (vt vr.) cum enim in 25. anno ad regimẽ ecclesiæ possit assumi, vt extra de elect. cum in cunctis. & quilibet prælatus debeat esse presbyter. 11. q. 2. sicut cum etiam talis debeat eligi, qui per breue tempus possit promoueri, ut extra de æta. & quali. præterea. Et breue tempus est, ut non vacet ecclesia, nisi per tres mẽses ad plus, vt 50. dist. postquam. ergo prędicta ea videntur correcta. Ioan. quod non credo, vt extra de elect. dudum & extra de præben cum iam dudum. in fi.

Prælatus q-libet presbyter esse dẽt.

Postolicus.] Hæc dist. diuiditur in sex partes in quarum prima dicitur, q̃ nullus debet eligi in ecclesia Romana nisi à Cardinalibus: nec ante mortem Papæ aliquo verbo, uel facto de Papatu dẽt promittũ, non fuit ibi introductum, nisi propter ordinationem: & ideo repetit hoc de electione & inthronizatione, & nõ de ordinat. one, secundum Hug.

SI quis] CASVS. Statuit Nicolaus in hoc c. q̃ si quis sine concordi & canonica electione Cardinalium & aliorum religiosorum clericorum fuerit electus, vel inthronizatus, nõ habeatur apostolicus, sed apostaticus. §

d ¶ Et canonica.] Quam electionem uocas canonicã? nunquid dicens idem esse, quod in aliorum electionibus, saltem quo ad hoc, vt debeat esse de eadem ecclesia 2, vel, ut melior eligi debeat 3, uel etiam prior 4, uel, vt non sit aliquo modo irregularis? Sed breuiter dico, q̃ si est electus à duabus partibus, amodo nulla admittitur contra ipsum exceptio, nec de vitio eligentiũ uel electi: q̃ nõ esset corã quo iudice exceptiones illæ præponerẽtur. vñ si tertia pars vellet probare electionẽ esse simoniacam 5, non audiretur, ut extra de elect. lic et. q̃ tñ sic eligũt, peccant: & electio talis vitiosa est.

Electio Papæ habet ali qua specialia.

2 Vt 61. dist nullus.

3 Vt 63. dist metropolita. nus.

4 Vt 75 dist c. vlt. in fi.

5 De hoc If. c. si quis pecunia. Arch.

e ¶ Sequentium.] Hi consentire debent. non tamẽ uocandi sunt de necessitate.

f ¶ Religiosorum.] Sup. dist 23. a. 1. contra. sed ibi dicit religiosos uiros præduces, non respectu Cardinalium, sed respectu laicorum.

SI quis Papa.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dr, q̃ ille debet deponi qui Papa uiuo & incolumi præstiterit fauorem carnalem pro Romano Pontificatu: vel qui eo inconsulto subscriptionē fecerit: vel sacramentum dederit alicui, uel suum suffragium polliceatur propter hoc: vel qui hac de causa priuata cōuenticula fecit. In secunda parte dicitur quod quicunq; huiusmodi coniurationes & insidias patefecerit & probauerit, indulgētiam promeritur, & præmium. Secunda pars incipit ibi. [Propter occultas fraudes]

a ¶ Pro Romano.] maxime: argum. infra cad. nullus Pontifex.

b ¶ Aut subscriptionem.] Alias subscriptiones.

c ¶ Pyctacia.] Pyctacia hic dicuntur scripta obligatoria. 30. q. 3. pyctacium. & secundum hoc dicitur pyctacium à pingendo, vel dicuntur munera quædam: & secundum hoc dicitur à petendo.

ADDITIO. Quidam dicunt q̃ est generis fœminini: vnde in quibusdam libris inuenitur hæc pyctacia; sed dico esse literā corruptam: uel esse accusatiuum pluralem: & quod dicitur pyctaciolas. inf. q. 7. non obseruetis dico non esse verum: sed debet esse pyctaciola Hug.

d ¶ Districtionis.] idest, districtæ cōstitutionis sententia.

e ¶ Pertulerit.] Arg. in simonia aliquem de se cōfessum audiri contra socios eiusdem criminis 1. Sed est argu. contra 15. q. 3. nemini, sed subintelligendum est ibi cum simonia: & ita per hoc ea determinatur & suppletur illud. vnde colligitur q̃ crimen simoniæ, & crimen læsæ maiestatis æquiualent, & æquis passibus ambulant, ut 15. q. 3. sane. & quidem quæcunque personæ recipiuntur in accusatione in crimine læsæ maiestatis, recipiuntur in crimine simoniæ: & cum ibi recipiantur socij initę factionis cōtra se, similiter & hic. Itē hic habetur q̃ aliquis illū cū quo simoniā commisit, de simonia pōt accusare: & ille punietur, & iste non: quod Hug. intelligit vbi res non processit ad actū: scilicet ad donationē, vel receptionē pecuniæ. Tunc. n. vterq; debet deponi. Io. quod ego non credo: cū crimen istud præcedat ad instar criminis læsæ maiestatis, vt 15. q. 3. sane. in quo si socius criminis probat crimen, remuneratur, ut 6. q. 1. si quis 2. B arg. extra de resti. veniens. Dicunt tñ quidam, q̃ nunquam in simoniis socius socia accusare esset audiendus: tum ideo, quia statim puniendus esset; ex quo sponte confessus est crimen suum, vt 2. q. 1. nos in quenquam, tum quia turpitudinē suā allegans non auditur, vt extra de don. inter dilectos. Sed dic esse speciale in hoc crimine, ut allegans suam turpitudinem audiatur, & ut confessio eius non puniatur, 3. tum quia nō est directa confessio, qñ quis ideo confitetur ut accusēt. Sed licēt cōfessio accusatoris non puniatur in simonia, tñ confessio testis punitur, ut extra de elect. p inquisitionem. Sed quid si confessus non potest probare crimē quod intendit? vr q̃ tunc puniendus sit: qa tacere debuit crimen quod probare non potuit, vt 2. q. 7. plerique 6. q. 2 si tantum. q uod concedo. Io.

f ¶ Remuneratione.] Non ipso facto, sed à iudice eam impetret, vt C. quib. ex cau. fer. pro præmio li. acci. l. 1. & ita inuitatur aliquis per præmium ad accusandum, vt 6. q. 1. f. verum. & l. si quis cum.

¶ Papa, vel apostolicus, sed apostaticus habeatur.

a ¶ Si quis.] *Verba Nicolai in epistola, quæ in uoluminibus conciliorum impressis post decreta Nicolai primi habetur, hæc sunt.* Primo namque inspectore Deo est statutum, vt electio Romani Pontificis in potestate Cardinalium episcoporum sit ita; ut si quis Apostolicæ sedis sine præmissa concordi & canonica electione eorum, ac deinde sequētium ordinum religiosorum, clericorum, & laicorum consensu inthronizatur, &c. *Idem ferè habetur ad finem illius synodi, & refertur infra c. si quis pecunia.*

Item Symmachus Papa in synodo Romana prima, c. 3. & 5.

¶ Papa superstite, eo inconsulto, de electione futuri Pontificis nemo audeat loqui. Cap. II.

SI quis Papa a superstite, pro Romano [2] Pōtificatu, cuiquam quolibet modo fauorem præstare cōuincitur; loci sui honore, vel cōmunione priuetur β. Si quis presbyter, aut diaconus, aut clericus, Papa incolumi, & eo in[2] cōsulto, aut subscriptionē [b] pro Romano pontificatu cōmodare, aut pyctacia [b] promittere, aut sacramentum præbere tentauerit, aut aliquod certè suffragiū polliceri, vel de hac causa priuatis cōuenticulis facti s deliberare, atq; decernere, loci sui dignitate, atque † communione priuetur. *& infra.* ¶ Propter occultas fraudes, & coniurationum secretas insidias, quas huius sentētia districtionis [d] consequitur †, si quis ad ecclesiasticam pertulerit [e] notitiā consilia eorū, qui contra hanc synodum de pontificali egerint ambitu, & rationabili probatione conuicerit; particeps actionis huiusmodi non solum purgatus ab omni culpa sit, sed etiam remuneratione [f]; quæ non indigna sit subleuetur. Vniuersa synodus, &c.

Burc. l. 1. c. 225. Iuo p. 5. ca. 336. Poly. l. 1. titu. 4. Ans. l. 6. c. 1.

† al. vel C. 5. Poly. ibidem.

† al. persequitur.

a ¶ Si quis Papa.] *Initium hoc vsque ad versiculum.* Si quis presbyter. *est caput secundū suggestionis Fulgentij archidiaconi Romanæ ecclesiæ: quod vna cum tribus alijs capitulis in tomis cōciliorum, præcedit primam, vel secundam synodum sub Symmacho, cum hac inscriptione*: Capitula primæ synodi Romanæ

a Adde tex. cū ibi no. in l. qñ. C. de test.

2 al. § verū. Simoniacus non potest accusare post [illegible]

3 Itē qa nō agit ad hoc vt crimen suū publicetur: ergo nō fiet ei p̃iudicium, vt ff. de li. agn. l. 1. in fi. Arc. Accusatoribus qñq; p̃miū datur:

Opor-

Digitized by Google

ſub Symmacho Papa. *In codice verò canonum præmittuntur his verbis*: Tituli decretorum Papæ Symmachi numero quatuor.

β ¶Si quis presbyter.] *Hæc ſunt propria verba capitis tertij ipſius ſynodi; quod eſt ſecundum in codice canonum.*

Item ex Concilio Stephani Papæ III. [*Deuſdedit addit, habito in baſilica Conſtantiniana, act. 3.*]

¶In apoſtolatus culmen nullus, niſi ex Cardinalibus promoueatur. Cap. III.

Deuſdedit p. 1. Anſl. 6. cap. 25. Poly. l. 1. tit. 9.

OPortebat, vt hæc ſacroſancta domina noſtra Romana eccleſia (iuxta quod à beato Petro, & eius ſucceſſoribus inſtitutum eſt) rite ordinaretur; & in Apoſtolatus culmen vnus de Cardinalibus presbyteris, aut diaconis conſecraretur.

Item ex eodem.

¶De eodem. Cap. IV.

S. Ant. l 6. cap. 4. Deuſdedit ibi. Polyc. ibidem. Anſ. l. 9. cap. 24.

NVllus vnquam laicorum, neque ex alio ordine præſumat, niſi per diſtinctos gradus aſcendens, diaconus, aut presbyter Cardinalis factus fuerit, ad ſacri Pontificatus honorem promoueri.

¶ *In Pontificalibus manuſcriptis vno vaticano & altero Cardinalis Sirleti in vita Stephani Papæ III. referendo ſynodum ipſius tempore habitam, hæc leguntur ad caput hoc pertinentia.* Tunc allatis ſacratiſſimis canonibus, eisque liquido perſcrutatis, prolata eſt ſententia ab eodem ſacerdotali concilio, ſub anathemate interdicētes, ne vllus vnquam præſumat laicorum, neque ex alio ordine, niſi per diſtinctos gradus aſcendens, diaconus, aut presbyter Cardinalis factus fuerit, ad ſacri Pōtificatus honorē promoueri: & alia plura, quæ canonica indigebāt correctione, in eodem cōcilio ſtatuerūt emēdanda.

Item ex eodem.

¶Anathematizetur epiſcopus, monachus, vel laicus Romanam eccleſiam inuadens & in gradum filiorum eius prorumpens. Cap. V.

Deurdedit ibi. Anſ. l 6. c. 26. & 27. In Pontificali Roma. manuſc.

3SI quis ex epiſcopis, vel presbyteris, vel monachis, vel laicis contra canonū, & ſanctorum patrū ſtatuta prorumpēs, in gradum filiorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ, ideſt presbyterorum [a] Cardinalium, & diaconorum ire præſumpſerit, & hanc Apoſtolicam ſedem inuadere quilibet ex ſupradictis tentauerit, & ad ſummum Pontificalem honorem aſcendere voluerit; ipſi, & ſibi fauentibus fiat perpetuum [b] anathema. *& infra.* ¶ Si quis reſiſtere præſumpſerit ſacerdotibus, atque primatib. eccleſiæ, vel cuncto clero ad eligendum ſibi Romanum Pontificem ſecundum canonicam † traditionem, anathema ſit.

† *al. hanc canonicā.*

¶ *Deuſdedit presbyter Cardinalis tituli Apoſtolorum in Endoxia, par. 2. c. 131. refert multa ex ſynodo habita à Stephano tertio, in quibus caput integrum continetur.*

Item ex Concilio Leonis Papæ IIII.

¶Anathema ſit, qui canonicæ electioni Romani Pontificis contradicere præſumpſerit. Cap. VI.

Deuſdedit ibi. Anſ. l. 6. c. 28.

4SI quis ex ſacerdotibus, ſeu primatibus [c] nobilibus, ſeu cuncto clero ſanctæ Romanæ eccleſiæ, electioni Romani Pontificis contradicere præſumperit, ſicut in concilio Bonifacij, & Stephani Papæ legitur ſtatutum, anathema ſit.

Item ex concilio Bonifacij Papæ III.

OPortebat.] CASVS. Hoc ca. & ſequens idem dicūt: ſcilicet quod nullus debet eligi in Papā niſi de Cardinalibus presbyteris vel diaconis, dummodo inter eos idoneus inueniatur.

SI quis ex epiſcopis] CASVS. Hoc c. & ſequens ferè eūdem habent caſum. Dicitur enim hic, q̄ ſi q̄s clericus, vel laicus electioni Cardinalium contradixerit, vel ſedē apoſtolicam voluerit vſurpare, anathema ſit: & nō ſolum ipſe, ſed etiam oēs ei fauentes. In ſequēti. c. dicitur, q̄ ſi quis contra dixerit eligentibus Romanum Pontificem, anathema ſit.

a ¶Presbyterorum.] Argu. Cardinales ſbyteros maiores eſſe diaconis 1 & ex illis primo debere eligi, & poſtea ex diaconis, ſi in illis nō inueniatur idoneus arg. ſup. d. 23. in nomine. Arg. contra. iup cap. proxi. quia ibi prius dicit diaconus, &c. Sed ordini literæ nō eſt ſtandum. ff. de lo lu. nec enim.

1 Adde no. per Albe. de Roſ. in rub. C de ſum. trin. Spe infra. de li. cōte §. iā nunc videndum. ver ſi vero omnia.

ADDITIO. Et videas, qđ de hac materia not. 63. d. c. metropolitano. Arch.

b ¶Perpetuū.] Donec pœniteat. 10. q. 1. qa ſacerdotes. ſimile extra de conſt. ex literis. & inſt. locati. §. adeo. Aliter ſumitur. ff. ꝓ ſo. l. 1. & 10. q. 2. perpetua. ex. de iureiu. veritatis.

ADDITIO. De hoc no. 70. diſtin. ſanctorum. in 1. gl. & 1 q 1. reperiuntur. in fi. Archid.

c SIqs] ¶Seu primatibus.] Primates appellat quoſdam forte nobiles, qui intersunt, vt populum arceāt 2, qui ſi iuſtè mouerentur, exaudirentur.

2 Ad hoc ar. 63. diſt quia ſancta. 64. d. quia p ambitiones. Archid.

Nullus.

NVllus.] CASVS. Mortuo Apostolico, vel ẽpo aliquo. Cardinales, vel Canonici intantũ festinabãt, ꝙ nihil curabant de sepultura defuncti: quare statutũ fuit, quod nec Papa, nec episcopo viuente, nec etiam eo defuncto electio fiat successoris, nisi tertia die post sepulturam.

a ¶Viuente.] Idem dicit extra de elec. bonæ. Sed nunquid mortuo Papa. ecclesia erit mõstrũ sine capite, uel nunquid vniuersitas Cardinaliũ erit caput? Si hoc dicas Cardinales tũc tẽporis possunt deponere episcopũ: eadem ratione canonici mortuo episcopo possũt deponere clericũ aliquẽ: Dic ergo &. ecclesiam tũc viuere, & tamen caret capite. Arg. tamẽ est, qđ Cardinales suppleãt defectũ mortui Papæ inf eo. si quis lo. melius extra de maior. & obedient. his, quæ. & c. cum olim, B.

Cardinales an suppleãt defectu mortui Papæ.

SED QVAERITVR CASVS. Hic est secundus articulus, vbi quæritur qd iuris sit, si duo Apostolici eligantur temeritate certãtiũ: & quis alteri sit præferẽdus: & qđ de hoc sit. legitur sequẽti c.

b ¶Honorius.] Sed quid spectat ad Imperatorẽ statuere aliquid de electione: b. contra id 96 dist. bene? Sed istud fecit rogatu ecclesiæ. Et est arg. ad quæstionẽ illam ꝙ laicus de rebus ecclesiasticis vel spiritualib. possit iudicare. Arg. contra su dist. 96 denique sed ibi intelligitur præter auctoritatem ecclesiastici prælati. De hoc dixi extra de arbi. contingit.

Laicus an possit de rebus ecclesiæ iudicare.

SI duo.] CASVS. Bonifacius Papa rogauit Imperatorẽ Honoriũ, vt concederet legem, qua doceretur qd esset faciendum, si duo Apostolici temeritate certantiũ eligantur. Constituit ergo Honorius, quod neuter illorum duorum sit Papa. sed noua electione communi cõsensu tertius eligatur.

c ¶Contra fas.] Et ideo neuter obtinet, vt extra de ele - consideraumus. nec priuantur Cardinales hoc casu potestate eligendi, contra id. extra de elec. cum in cunctis. Sed quis erit Iudex de hoc, an electio sit contra fas? Non ipsi Cardinales: quia si sic, essent iudices in proprio nam nullus superior potest inueniri, vt extra de elect licèt in fin. Dic istud c. locum habere quando neuter est electus à duabus partibus. Vel dic quod concilium conuocabitur.

Electio facta per Cardinales si dicat cõtra fas esse, quis erit iudex.

d ¶nullus.] Supra dist 63. si fortè contra. Sed quod hic dicitur, hi cum vtraque pars ducitur malo zelo. ibi cum vtraque pars bono zelo ducitur & hoc patet per hæc verba, contra fas.

HOC AVTEM. CASVS. Dicit nunc Gratianus, quòd ꝙ si quis pecunia, vel alio modo illicito vsurpet sedem apostolicam: nõ apostolicus, sed apostaticus habeatur: & liceat Cardinalibus eũ anathematizare, & laicorum auxilio eum repellere: & si electio successoris intra vrbem fieri non potest, fiat extra & electus habeat plenã potestatem disponendi res in vtilitatem ecclesiæ, & faciendi omnia quasi esset inthronizatus.

Papa vtrum possit accusari de simonia.

a ¶Non apostolicus.] Videtur per principium istius c. ꝙ Papa de simonia possit accusari: quia non est apostolicus, sed apostaticus, & quia simonia hæresis est 1 q. 1. eos qui. & ca. fertur. & ea. liqueat. & per primum cap. huius. dist. quod nõ credo & loquitur hic de eo qui per simoniã electus est ab illis, qui non habebãt potestatẽ eligendi, nõ à Cardinalibus Simonia autem large dicitur hæresis, non fm ꝙ Papa vel alius de hæresi potest accusari. cum scilicet erat aliquis in articulis fidei, sed antequam eligatur Papa, exceptione cuiuslibet criminis repelli poterit. Sed pone ꝙ aliquis accus. t Cardinales, quod simoniace elegerint Papam (hoc enim licite potest fieri, vt inf. cap proxi) nunquid si probata fuerit simonia, Papa deponetur? Non arguin. 2. quæst 2. interrogatum fi. de adulte. denuciasse. Sed quid si dum uxor tua creditur mortua, eligeris in Papã & consecraris, &

Simonia dicitur hæresis.

vxor

¶Nullius episcopi fiat electio, nisi post diem tertium depositionis alterius. Cap. VII.

2 NVllus, Pontifice Romano viuente [a], aut episcopo ciuitatis suæ, præsumat loqui, aut patres sibi facere; nisi tertio die depositionis eius, adunato clero, & filijs ecclesiæ: & tunc electio fiat.

In Põtificali Rom. manusc. Anſ. l. 7. c. 11. Deuſdedit p. 2.

3 *Sed quæritur, si duo, concertantium temeritate, electi fuerint; quis eorum alteri præferendus sit?*

De his ita scribit Honorius [b] *Augustus ad Bonifacium Papam.*

In tomis conciliorum inter epistolas Bonif.

¶Si temeritate concertantium, duo fuerint ordinati. Cap. VIII.

SI duo forte contra fas [c] temeritate concertantium † fuerint ordinati, nullum [d] ex his futurum penitus sacerdotem, sed illum solum in sede apostolica permansurum, quem ex numero clericorum, noua ordinatione diurnum iudicium, & vniuersitatis consensus elegerit.

† *certantes*] orig.

inf. dist. 77 c. victor Honorius. Anſ. l. 6. c. 17.

4 *Hoc autem capitulum, nõ de eo intelligendum est, qui vno per apostasiam ordinato, à Cardinalibus, & religiosis clericis Apostolicæ sedi inthronizatur; etiam si ille apostaticus ita cathedram beati Petri violenter tenuerit, vt canonica electio intra Vrbem fieri non valeat.*

Vnde Nicolaus Papa I. in concilio Romano statuit dicens.

In fine.

¶De eo, qui per pecuniam, vel populari tumultu, non canonica electione ordinatur. Cap. IX.

¶SI quis pecunia, vel gratia humana, vel populari, seu militari tumultu, sine concordi, & canonica electione, ac benedictione Cardinalium episcoporum, ac deinde sequentium ordinum religiosorum clericorũ, fuerit Apostolicæ sedi inthronizatus, non Apostolicus [e], sed apostaticus habeatur, liceatque Cardinalibus episcopis,

fu. fere idẽ dist. ea. c. si quis Apostolicæ. Anſ. l. 6. c. 16. Poly. l. 1. tit. 4. Iuo p. 4. c. 8.

uxor tua repetit, an ei reddendus es; vel si tu neges eam tuam uxorem esse, apud quem cognoscetur, cum Papa iudicari non possit, nisi de hæresi? Resp. si reuocetur in dubiũ, nõ est cogẽdus stare iudicio alicuius, immo excipere potest, Dominus est qui me iudicat. 9. q. 3. alio-

in quo non sufficit altera pœna 23 q. 5 cap. quid ergo.

a ¶ Inthronizatus.] Si 23. dist. in nomine.

ELECTIO CASVS. Hic est tertius articulus, ubi dicitur q̃ electio successoris debet fieri cum deliberatione antecessoris.

cum religiosis, & Deum timentibus clericis, & laicis [2] in uasorem etiam cũ anathemate, & humano auxilio, & studio à sede Apostolica repellere, & quem dignum iudicauerit, præponere. Quòd si hoc intra vrbem perficere nequiuerint, nostra auctoritate Apostolica congregati in loco, qui eis placuerit, eligant, quem digniorem, & utiliorem Apostolicæ sedi perspexerint, cõcessa ei auctoritate regendi, & disponendi res, & † vtilitatem sanctæ Romanæ ecclesiæ, secundum q̃ ei melius videbitur, iuxta qualitatem temporis, quasi iam omnino inthronizatus [b] sit.

† al. in

5 Electio vero Romani Pontificis etiam cum deliberatione predecessoris fieri debet.

Vnde Symmachus Papa ait in synodo Romana prima, cap. 4.

¶ Si Papa de electione sui successoris ante decernere nõ potuerit. Cap. X.

Densedit ibi. Polyc. ibid. Anſ. l. 6. cap. 1. Pann. l. 3. ca. 2.

SI transitus Papæ (quòd absit) inopinatus euenerit, vt de sui electione successoris (vt supra placuit) nõ possit [c] ante decernere; si quidem in vnum totius inclinauerit † ecclesiastici ordinis electio, consecretur electus episcopus. Si autem vt fieri solet, studia cœperint esse diuersa eorũ, de quibus certamen emerserit; vincat sententia plurimorum [d]; sic tamen, vt sacerdotio careat [e], qui captus promissione, & non recto iudicio de electione decreuerit Synodus dixit, Placet, &c.

† al. conuenerit.

6 Sicut supra monstratum est, electio summorum sacerdotum à Cardinalibus, & religiosis clericis fieri debet; electio vero eorum, iudicio diuino reseruata est.

Vnde Anacletus Papa ait ad epõs Italiæ, epist. 2. c. 2.

Iuo p. 5. c 231.

¶ Summorum Pontificum electionem sibi Dominus reseruauit. Cap. XI.

EL Ectionem [f] verò summorum [a] sacerdotum sibi Dominus reseruauit, licet electionem eorum bonis sacerdotibus, & spiritualibus populis concessisset.

a ¶ Summorum.] *sequebatur*, Pontificum uel sacerdotum, *Sublata sunt duo priores voces, quia neque in originali, neque apud Iuonem, neq; in vetustis Gratiani exemplaribus leguntur.*

1 pt

DISTINCTIO LXXX.

LO-

Papa an de suo successore possit cũ Cardinalib. deliberare.

SI transitus.] CASVS. Symmachus Papa statuit, ut si mors inopinata cõtingat, ita vt antecessor, non possit ante decernere de electione sui successoris, si quidẽ ab omnibus fuerit canonice electus, consecretur. Si autem (ut fieri consuecuit) duo eligãtur, electus à plurib. præferatur, nisi fuerit simoniace electus.

c ¶ Non possit.] Inf. 8 q. 1 episcopo non. cõtra. Solutio. aliud est de sui successoris electione cũ fratrib. deliberare, qđ possit fieri, vt hic permittitur, & aliud est ex testamento quasi dignitatis suæ hæredẽ substituere, qđ ibi penitus prohibetur. quia nec Papæ licet 3. qa hoc nec Moyses potuit 8. quæst. 1. Moyses. nec est trahendũ ad consequẽtiam factũ Petri Clementẽ substituentis sibi. 8. q. 1. c. 1. quia & ad eius vmbrã curabantur infirmi. de hoc dici conuenit. 1. q. 1. Petrus.

d ¶ Sententia plurimorum.] s. duarum partium. extra de elect. licet.

e ¶ Careat.] Accusabitur ergo iste de simonia, nec præiudicabitur Papæ. arg. 2. q. 5. interrogatũ est.

3 Sed nunquid Papa potest dare licentiam alij vt eligat sibi successorem; certe sic. 7 q. 1. petisti quare ergo nõ potest sibi eligere? Rñdet H. q̃ multa sunt q̃ aliis indulgemus licite, nobis tñ talia licet legere non licet. Eps cũ sæpe cum aliis dispensat priuilegiũ uel honorem dat aliis Sed nũquid talia possit sibi ipendere? nõ quia nemo assumit sibi honorem 8. q. 1. in scripturis secundum H.

SICVT.] CASVS. Hic est quartus articulus, iquo dicitur, q̃ electio summorũ Pontificum soli Deo reseruatur, licèt electio à Cardinalibus fiat, Quod probatur sequenti c. cuius casus planus est.

Coniugatus in Papã electus, an debitũ reddere debea.

1 Aliàs prohibetur in malis, hoc specialiter, &c.

2 De hoc 16. q. 1. statuimus.

aliorum. Si autem certum est, tenetur ei reddere debitum, nisi mulier induci possit ad continentiam obseruandam, vel abrenunciabit papatui, & satisfaciet uxori, &c.

a ¶ Laicis.] Infra d. 96. c. 1. contra. Sed illud generaliter prohibetur 1 in alijs qđ specialiter cõtra inuasorẽ Apostolicæ sedis permittitur, vel singulis referẽda sunt singula: licèt clericis anathematizare, & laicis humano auxilio a sede Apostolica pellere. Et sic aliquis punitur simul pœna canonica & ciuili 2 contra id extra vt lit. non contest. quoniam. in fi. Sed hoc speciale est in intrusoribus.

f ¶ Electionem. Et ita fallit regula, ad quem spectat institutio, & destitutio. 16. q. 2. visis. qui benedicere potest, & maledicere, qui ligare, & absoluere potest, vt 21. dist. inferior, &c. denique.

¶De eodem. PALEA. Cap. XXII.

Poly.l.4.titu.31.ex Lucio. Anſ.l.8.c.9.ex pę. Romano.

SI quispiam sacerdotum, idest presbyter, vel diaconus, vel subdiaconus de quacunque fœmina crimine fornicationis suspectus,post primam, secundam, & tertiam admonitionem γ inueniatur fabulari cum ea,vel aliquo modo conuersari,excommunicetur: fœmina verò canonice iudicetur [a].

β ¶Ex decreto.] *Hic canon in concilio Romano primum ab Eugenio secundo editus, & postea à Leone quarto etiam in concilio fuit repetitus,& citatur in decre talib. tit.de cohab.cler.& mul. Et in plerisque vetustis exemplaribus est sine nomine.*

γ ¶Admonitionem.] *In eodem canone sequitur,* metropolitani,vel alterius episcopi,aut eius, cui subiacere videatur.

Item Gregorius.

¶Simul cum mulieribus sacerdotes habitare non licet. Cap. XXIII

Iuo p.6.c.76. Poly.l.4.tit.31.

4OPortet sacerdotes, quibus Domini populus commissus est, cum magna animi constantia vigilare super dominicas oues, ne lupinis morsibus, idest diaboli stimulis lanientur. ¶Neque enim hoc silere debeo, quod cum graui animi tristitia dico:sacerdotes cum fœminis habitare conspicio : quod nefarium [b] est dicere, vel audire. & contra sanctorum canonum sancita.Vbi enim talis fuerit cõmorantium cohabitatio,antiqui hostis stimuli [c] non desunt.Ideoq; admonendi sunt,vt nõ antiqui hostis [d] decipiantur fraude;quatenus iuxta Apostoli vocem,non vituperetur ministerium nostrũ. Cauere enim nos oportet, fratres,ab illicitis,ut mundas ualeamus,ad dominũ leuare manus:scriptum est enim:[Sãcti estote,quoniã sanctus ego sum Dominus Deus vester.]Si quis verò præsumpserit aliter agere,sacerdotij sui honore priuetur. Vnde omnimodo cauẽdũ est, fartres,ne fallamus [d] populũ,& illud prophetæ dictũ impleatur in nobis: [Sacerdotes mei cõtaminãt sancta,& reprobãt legẽ.] quos & alius propheta increpat dicẽs.[O vos sacerdotes, q fallitis [e] nomẽ meũ,

1.Cor.6. 1.*Tim.*2.

Leuit. 10.

Soph. 3. *secundum* 70. *Malach.*1. *secundum* 70.

manifestè, vt 19.dist. Anastasius. Sed contra.ff.de rit nup.l.vl. ff.de aucto.tut pupillus.§.vlti. qui enim male agit,odit lucẽ. 18.q.2.perniciosam. extra de offi.iudi. de leg cõsuluit.& extra vt eccl.benefi. vt nostrum.Ioã.Sol. * vbi quis magis contẽnit ibi magis peccat,siue secrete siue palã. De hoc 40.distin.homo Christianus 1.

**Textus hic nõ loquitur de peccato publico, vel secreto; sed damnat ea, quæ secreta facta affe-runt suspicionem,non autem facta palam.*

SI quispiam.] Hæc palea habetur extra coha.cle.& mul. c.2.ibi exponitur.

a ¶Iudicet.] Not q rõne delicti,mulier efficit de foro ecclesiæ. Archid.

OPortet.] Hęc est quarta pars di. in qua ,pbat per 10. cap. sanctorum patrum, quòd cum clericis non debent cohabitare suspectæ mulieres, nec solus cum sola debet cõfabulari Io.de Pan.

1Et extra de cel. missar. de homine, & 32. distinemo ibi videas.

CASVS. Gre.monet hic presbyteros esse vigilantes super gregẽ sibi commissum: ne lupi morsibus,id est,diaboli laniẽtur: & reprehẽdit eos de consortio mulierum quia ubi fuerit cum mulieribus cohabitatio,antiqui hostis stimulus nõ deerit , cum quibus si fornicentur , sacrificare nõ debẽt.Quod probat tribus auctoritatib prophetarũ, licet Moysi,Sophonię & Malachiæ.Sequẽs cap. patet.

b ¶Nefariũ.] idest, horribile.nã si nefariũ esset dicere, male faceret Greg. dicendo.

c ¶Stimuli.] Nam ex cohabitatione pſumitur accessus.18.q.2.diffinimus.

d ¶Ne fallamus.] Publicũ .n. testimoniũ & opinio nõ est fallẽda C. ꝺ la.li.fol.l.1.§.sed& q scim°.ar. 27.d. qđ interrogasti.

e ¶Qui fallitis.] Dicunt enim fallere,ex quo habẽt uolũtatẽ fallẽdi 2, nec minus peccãt de pę.d c.1,si cui. aliàs sut nõ fallunt,

2 Adde glo. in l. uendica tio. ff. de rei vendi. Bart. in l. quæ de tota. co, ..

lunt 24.q.3. Deus,mentiri enim Deo,&c. de conſec.diuin.2.panem.

a ¶Pollutio.] Quantum ad ſacerdotes 49.diſt.c.vlt.
ADDITIO. Ad hoc 49.diſt.c.vlt.de conſec.diſt 4. quæſtis.& 1 q.1.quod quidam.Archid.

¶VOlumus.] Qđ dicitur in iſtis cap. videtur corrigi extra de coha.cle. & mul.cap.1. Et intellige illud quando perſonæ ſunt ſuſpectæ,vel ſecum habẽt ſuſpectas. Sed vſque ad quem gradũ licet clericis cum conſanguineis habitare? Dici poteſt, quod vſq; ad ſm in linea tranſuerſali inf.ea cũ omnibus. ſed in aſcendẽte vſq; ad ſeptimũ vel hodie vſque ad quintũ: quia cũ his naturale fœdus nihil ſœui criminis,&c.vt extra đ cohabi. cler. a nobis,& C.de epiſc. & cle. cum qui. etiã ſi illę perſonæ iuuenes ſint. Vltra ſecundum verò diſtingue, aut ſuſpectæ ſunt qa iuuenes ſunt:aut nõ, quia ſunt ſenes; & tũc poteſt.in primo caſu nõ:ſic etiam diſtingue in ancillis,& ſic intellige] ea fœminas. Sed cõtra,nõne clerici debent ſimul dormire. 12. q. 1.neceſſaria?ſed hoc de alijs, q ſimul nõ viuũt Io Et no q illi decre a nobis eſt ſtãdũ:q vltima eſt in illa materia, & corrigit decre. primam illius tituli.B.

Clerici cum melioribus conſanguineis habitare poſſunt.

& dixiſtis,in qua re fallimus nomen tuum?quibus reſponſum eſt:offerentes ad altare meum panes pollutos [a]. Nõ eſt mihi voluntas in vobis,dicit Dominus, & ſacrificium non accipiam de manibus veſtris;quia polluti eſtis.]

Ibidem.

Item Symmacho defenſori,lib.1.reg.indict.9.epiſt.50.

¶De eodem Cap. XXIIII.

VOlumus [b], vt ſacerdotes † prohiberi debeãt, ne cũ mulieribus conuerſentur:excepta duntaxat matre, ſorore,vel vxore [c],quæ caſte regenda eſt.

Iuo p6. c.11.
† *ſacerdotes , qui in Corſica cõmorantur.*] Apud Poſſidonium in vita Auguſtini.
† *al. conſueuerit.*

Item lib.7.epiſt.39.

¶De eodem. Cap. XXV.

LEgitur [d],quòd beatus Auguſtinus,nec cũ ſorore habitare conſenſerit † dicens: quę cum ſorore mea [e] ſunt,ſorores meæ [f] non ſunt.Docti ergo viri cautela,magna nobis debet eſſe inſtructio.

Item ex 7.ſynodo.

¶De eodem. Cap. XXVI

IN omnibus obſeruare conuenit, vt certus [g] quis ,& certo tempore,& certo loco [h],& certis perſonis,uel apparere clericus,uel loqui debeat mulierib9,vt excludatur omnis nefanda ſuſpicio.Certe ſolum,& ad ſolam accedere,nulla religionis ratio permittit. Melius eſt enim duos [i] eſſe ſimul,quàm unum . Simul enim & fidelius,& tutius res geritur.[Væ enim uni;quia ſi ceciderit,non eſt qui erigat eum.

Eccl 4.

Ibidem.

¶*Caput hoc etiam in aliquot manuſcriptis citatur ex ſeptima ſynodo, in cuius ſane poſtremo capite aliqua huc ſpectantia habentur.Caterum pleriſque citatur ex octaua;& ſententia videtur ſumpta ex c.83. Aſcetiorum B.Baſilij,cuius regula : ſub nomine octauæ ſynodi ſæpe citari alibi notatum eſt.*

Item ex concilio Carthaginienſi 3.c.17.

¶De eodem. Cap. XXVII.

CVm omnib; omnino clericis extraneæ fœminæ nõ co habitent,ſed ſolę matres,auiæ,& materteræ,ami

Præſũptio ſumitur ratione numeri,loci,temporis, & perſonæ.

b ¶Volumus.] CASVS. Dicitur hic,q ſacerdotes non debent cum mulieribus habitare. Et hoc probatur exemplo Augu. qui etiam cum ſorore noluit habitare propter alias mulieres, quæ cum ſorore erant.

Abſtinere a licitis, quando debemus.

d ¶Legitur.] Arg q etiam a licitis debemus abſtinere ſi eorum occaſione peruenitur ad illicita.arg.diſ.63.§. 2erum 11 q.3.priuilegium & 21.diſt. denique.

Epiſcopus nullã ſecum habeat mulierem.

e ¶Meæ.] Et hoc intellige cum tales ſunt conſanguineæ,quæ ſine aliis eſſe non poſſunt.Vel intellige de epiſcopo,cui non liceat aliquã habere ſecum . C.de epiſc. & cler.Authen.epiſcopo.Laur.

Socii mei ſocius non eſt meus ſocius

f ¶Sorores meæ.] Quia ſocius ſocii mei , ſocius meus non eſt.ff pro ſocio.nam ſocii nec vaſallus mei vaſalli, meus vaſallus eſt:ſicut nec libertus mei liberti,libertus meus eſt ff.de verb. ſign. Modeſtinus. nec frater fratris mei, frater meus.ff đ rit nup.gñali.§. iter priuignos.

IN omnibus] CASVS.In octaua ſynodo fuit cõſtitutum,vt clericus cum talibus perſonis,& in talli loco, & tempore, cum mulieribus loquatur, vt omnis ſuſpicio remoueatur . Nam ſi clericus vult ire ad domum alicuius fœminæ, melius vadat cum alio,quam ſolus : ne ſi ceciderit, non ſit qui ſubleuet eum.

g ¶Vt certus] ideſt, ille ad cuius ſpectat officium. 11 q.2.in decima.

h ¶Loco] In hoc cap. habes præſumi contra aliquem & pro aliquo ratione numeri , loci, temporis , ratione etiam perſonæ,& cauſæ.23.q.8.occidit & 29.diſt.ſciendum & 18.q.2. diffinimus.

i ¶Duos.] Arg.q melius eſt eſſe duos ſimul,q vnũ, vt 7.q.1.illud 12.q 2.nobis arg.contra.ff de admi.tut.l.3. §.q in tutorib.ſi.ff.de exerc.act.ne ĩ plures, & Adã dũ ſolus fuit,non peccauit,vt de pen.diſt.2.qñ Adam.arg. contra 21.diſt.ſicut.7.q.1.in apibus.Solu.horum.brocardorum eſt,vt referas te ad id de quo agitur : licet enim binarius reprobetur.32. q.1 nuptiæ,non tñ quo ad omnem ſignificationẽ.28.q.1. ſæpe.ideſt,non quo ad omnem locum,in quo ponitur. & ſolue per cap.ſæpe.

CVm omnibus.] CASVS. Statuitur in hoc ca.q clerici non habitẽt cum mulieribus,niſi ſint ſibi cõiunctæ in primo gradu , vel ſecundo conſanguinitatis, vt mater,auia,ſoror, & amita. Itẽ cũ ancillis & pediſſequis,

Digitized by Google

quis quę cum eis erant antequam ordinarentur. Item cum nutribus, & uxoribus seruorum suorum.

Personarum coniunctarum separatio dura est.

a ¶ Ex familia.] Quis enim ferret coniuges à viris, uel patres à filijs separari? C.cõm.vtriusq.iud.possessionũ. arg.ad hoc 11.q.3.qũ multos.dura enim esset talis separatio

tę, sorores, & filię fratrum, aut sororum, & quæcunq. ex familia[a] domestica necessitate, etiam ante quam[b] ordinarentur, iam cũ eis habitabãt; vel si filij eorũ iam ordinatis parentibus, vxores acceperunt; aut seruis non habẽtibus in domo, quas ducant, aliunde ducere necessitas fuerit.

Item ex concilio Laodicensi, c.30.

¶ De eodem. Cap. XXVIII.

NOn oportet ministros altaris, vel etiã clericos quoslibet, aut cõtinentes se, aut omnem omnino[c] Christianum cum mulieribus lauacra habere communia. Hæc est enim apud gentiles prima reprehensio.

Item Gregorius ad Ianuarium episcopũ Caralitanum, lib.3.epist.26.

¶ De eodem. Cap. XXIX.

Anſ.l.6.c.136.

ARchidiaconum tuum, ut audio, habitare cum mulieribus prohibuisti: & nũc vsque in ea prohibitione delpiceris; qui nisi[d] iussioni tuæ paruerit, eum sacro ordine volumus esse priuatum[e].

Item ex concilio Toletano quarto, c.42.

¶ Venundentur ab episcopo, quæ appetunt consortia clericorum illicita. Cap. XXX.

Anſ.l.7.cap.148. Poly.l.4.tit.36.

QVidam clerici legitimum non habentes coniugiũ, extranearum mulierum[f], vel ancillarum suarum interdicta sibi consortia appetunt. Ideo, quæ coniunctæ taliter cum clericis sunt, ab episcopo auferantur, & uenundentur[g] illis pro tempore relegatis ad pœnitentiam, quos sua libidine infecerunt.

Item Syricius Papa Himerio episcopo. epist.1. cap.12.

¶ Non habitent fœminæ cum clericis, nisi quas necessitudo excusat. Cap. XXXI.

Poly.l.4.tit.31. Burc.l.2.cap.110. Iuo p.6.c.52. & 187. Anſ.l.7.cap.149. C.3.

FOeminas nõ alias esse patimur in domibus clericorũ, nisi eas tantum, quas propter solas necessitudinũ causas habitare cum ijsdem synodus Nicæna[h] permisit.

Item ex concilio Africano, c.5.

Concord. Carthag. 3.c.25.

¶ Nisi maiorum iussione ad fœminarum domicilia clerici non accedant. Cap. XXXII.

Anſ.l.8.c.151.

CLerici, vel cõtinentes[i] ad viduas, vel virgines, nisi ex iussu, vel permissu episcoporũ, aut presbyterorum, non accedant. Et hoc non soli faciant, sed cum conclericis, vel cum quibus episcopus, aut presbyter iusserit Nec ipsi episcopi, & presbyteri soli habeant accessum ad

NOn oportet.] CASVS. Prohibetur hic ne aliquis clericus, vel contipens, nec etiam aliquis Christianus communia lauacra cũ mulieribus habeat: quia etiã gentiles hoc maximè reprehenduut.

c ¶ Omnino.] Vnde si vir accedit ad balneum extraneæ mulieris, priuat donatione propter nuptias, & mulier dote, si cũ viro alio habuit balneum. C. de repu.l. vlt immo etiam infamis est, q̃ tenet mulieres custodientes balneatorũ uestes, ut ff.de ijs q̃ not.infam.athletas.

Balnea multis periculosa sunt

ARchidiaconũ.] CASVS. Ianuarius episcopus biberat archidiacono suo ne cũ mulieribus habitaret. Sed ipse propter hoc nõ dimittebat: præcepit ergo Grego. ut eum tertio admoneat, & si contemnit, eum ab officio degonat.

d ¶ Qui nisi.] Vt 24.q.3.de illicita.

e ¶ Priuatum.] Post trinam cõmonitionem 1. ut extra de cohab. cle. & mulie. si quis quiam.

1 Et dicunt quidam, q̃ non est canõ lata sententiæ, sed ferendæ, ut patet in decret. hic alleg. si quispiam. Arch.

QVidã.] CASVS. Quidam clerici cum non haberẽt vxores, appetebant extranearum mulierum, vel suarum ancillarum consortia. Quare Tolet. concilium statuit, vt episcopus uendat tales mulieres, clericis p tempore ad pœnitentiam relegatis. Casus sequentis e. patet.

f ¶ Mulierum.] Id-est, ancillarum.

h ¶ Et venundẽtur.] Et hoc si filios non habuerint. Si autem filios habuerit, claudũtur in monasterio, vt dist.34. fraternitatis, ne filij pẽãt propter eorum absentiam. itẽ hic subaudi quando contra hunt cum eis tanquam cũ uxoribus, aliàs non concedo. q̃ uenundari deãnt, vel in seruitutem redigi propter simplicem fornicationem arg.15.q.ult.c.vlt.ut no.32.distinct. eos & 34.dist. fraternitatis.

Mulierum cum clericis contrahentiũ punitio.

paratio ff.de fun.instrum.quæsitum. §. saluarium.

b ¶ Etiam antequam ordinarentur.] Idem si post: sed ideo dicit, quia forte non haberet necesse tot personas recipere iam ordinatus, ut filius duceret vxorẽ in domũ patris clerici: sed si prius ante ordinationem patris iam eam habebat in domo, non debet eam eijcere. Nam, Tur pius eijcitur, quam non admittitur hospes. extra de iureiurando, quemadmodum.

h ¶ Foeminas.] Synodus Nicæna.] Quæ est sup. ea. in omnibus.

i ¶ Clerici.] CASVS. Idem fere est casus istius cap. cum illo sup eo clericus solus. Duo cap. seq. plana sunt.

i ¶ Continentes.] Vt sunt conuersi & deuoti. ADDITIO. 2.q.2. duo 27.q.1. vt lex.

huiusmodi fœminas; sed vbi aut clerici præsentes sunt, aut graues aliqui [a] Christiani.

Item ex concilio Carthaginiensi 4.c.102.

¶ Episcopi prouideant, ne occasione temporalium, clericorum familiaritatibus virgines socientur. Cap. XXXIII.

AD reatum episcopi pertinet, vel presbyteri, qui parochiæ præest, si sustentandæ vitæ [b] præsentis causa adolescentes uiduæ, uel sanctimoniales clericorum familiaritatibus subijciantur. Poly.l.4.tit.37. Burc.l.7.c.53. Iuo p.7.c.73.

Item ex eodem, c.103.

¶ De eodem. Cap. XXXIIII.

VIduæ [c], quæ stipendio ecclesiæ sustentantur, tam assiduæ in Dei opere esse debẽt, ut & meritis, & orationibus suis ecclesiam adiuuent. Polyc. ibidem. Iuo p.5.c.327.

DISTINCTIO LXXXII.

GEneraliter [d] etiam pauperibus, & ijs, qui suis [e] manibus laborare non possunt [f], episcopus necessaria prouideat.

Vnde in concilio Aurelianensi 1. cap. 18. legitur.

¶ De eodem. Cap. I.

EPiscopus pauperibus [g], uel infirmis, qui, debilitate faciente, non possunt suis manibus laborare, uictũ, & vestitum (inquantum † sibi possibile fuerit) largiatur.

† *possibilitas habuerit* Iori.

Item Innocentius [h] Exuperio Tolosano episcopo, epist. 3.cap.1.

¶ Qui voluptatem officio præposuerit, modis omnibus submoueatur. Cap. II. Pann.l.3.c.127. Iuo p.6.c.57. Poly.l.4.tit.31. Ansel.l.8.c.8.

PRoposuisti, quid de his obseruari debeat, quos in

---

a ¶ Aliqui.] Hoc non põt intelligi, nisi de laicis propter literam præcedentem. Sed quid si duo clerici dicunt, me commisisse fornicationem cũ aliqua, tali die, duo laici dicunt me fuisse secum tota die in alio loco: dico præponendos laicos 1; quia stant pro reo. & ita patet hic, ꝙ clericus põt se purgare quandoque cum laicis. ut 18.q.2.in decima. vt ibi dixi. Testes præferendi sunt qui Pro reo deponunt. 1 Ad hoc facit quod not. in authen. de hære. & fal. § si non absunt. vbi dicitur, ꝙ talis assertio habet in se implicitã affirmatiuã Arch.

b ADreatũ.] § Viæ.] Coguntur enim quandoq; sanctimoniales propter defectum rerũ, operas aliquas facere clericis, vel alijs, & p talẽ familiaritatẽ, & propter rerum defectum coguntur aliqua turpia facere. p̃cipit ergo hic, ꝙ si aliquæ sint paupes, ꝙ episcopus eis prouideat, & hoc faciat de quarta pauperũ. Si obijcias inf. de cõsec.di.5. nunquam vbi nunquam pmittitur. immo iubetur ne sint otiosæ, sed faciant calathos, vel similia, illud intellige, ꝙ ecclesiæ possũt facere operas, nõ extraneo. 54.dist. si seruus in fin. Sanctimonialib. pauperibus debet prouidere eps. Moniales otiosæ esse non debent.

c VIduæ] Inf.87. dist cap 1.

d GEneraliter.] Hæc diuidi tur in tres partes, in quarũ prima dicitur, ꝙ episcopus debet prouidere pauperibus secundũ posse suum, scilicet illis qui laborare nõ possunt. Secunda ibi, [Proposuisti.] Tertia ibi, [Qui autem.] Io. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur dist. 82. in qua ostendit, ꝙ clerici in sacris ordinibus constituti, nec suis vxoribus, nec cum alienis mulieribus debent commisceri carnaliter. & qualiter sint puniendi, qui post promissam continentiam fornicantur, vel de facto contrahunt, vel suis vxoribus commisceantur, & quæ pœnitentia iniungatur presbytero fornicanti. Et spectat hoc ad cap. apostolicæ regulæ, oportet episcopum esse sine crimine. uel ad hoc, oportet episcopum esse monogamum. In principio tamen ponit de hospitalitate. Et primum capitu. huius dist. planum est.

d ¶ Generaliter.] Hic depingitur 82. distin. in qua tractat adhuc magister de continentia ministrorum, & addit, ꝙ si quis ministrorum fornicationem cõmittit, & agat pœnitentiam, ex dispensatione põt remanere in ordinibus, vt inf. ea. c. vlt. & referuntur hæc duo, quæ dicuntur in hac distin. ad id; oportet ep iscopum esse sine crimine: & ad id; oportet episcopum e sse monogamum. tamen permittit cap. 1 qualiter episco pi pauperibus. & infirmis debeant prouidere.

e ¶ Qui suis.] Pauper enim qui labora re potest, si se immisce: eleemosynæ Imperatoris, redig itur in seruitutẽ. C. de mendi. vali. l. 1. lib. 11.

f ¶ Non possunt.] Ei qui potest laborare, non debet ecclesia prouidere: integritas enim & robur membrorũ in conferenda eleemosyna est attendenda. C. de mendi. val. l. 1. lib. 11. quia robusti de cibo secuti sine labore, frequenter iustitiam negligunt. vt 5.q.5. non omnis. & dicit

g EPiscopus pauperibus.] Inf. dist. 87. cap. 1. & 2.

h EInnocentius.] Qui fuit tertius à Syricio.

PRoposuisti. Hæc est secunda pars dist. in qua dꝫ, ꝙ puniãtur sacerdotes & diaconi, qui non seruauerũt sẽtentiam Syricij de castitate. Ioan. de Fan.

CASVS. In archiepiscopatu Tolosano sacerdotes, & leuitæ incontinenter viuebant: quod manifestabant filij ab eis generati, quod cum vidisset Exuperius archiepiscopus Tolosanus, quæsiuit ab Innocentio quid esset de his faciendum. Sed antequam respondeat; dicit super hoc, constitutionem factam à Syricio, quæ tales præcipiebat ab omni honore ecclesiastico remoueri. Deinde ostendit, quòd sacerdotes, & leuitæ debent uiuere continenter, ita etiam ut cum uxoribus carnaliter non commisceantur. Et hoc probat uno exemplo, scilicet sacerdotum, & leuitarum ueteris testamenti, qui in hebdomada sua uiuebant continenter, ita etiam ut cum uxoribus nõ commiscerentur carnaliter: nec discedebant à templo: quibus propter. sobolis successionem vxoris usus fuerat relaxatus. Multo magis sacerdotes debent abstinere: cum quotidie sacrificent, & possint eligi de qualibet natione: Et una auctoritate Pauli Apostoli, Postea docet, quod illi clerici, qui

dicit glos. super Matthæum. Iustius feceris si iniusto petentem correxeris, quàm si ei dederis, &c.

Digitized by Google

qui in sacris ordinibus cõtraxerunt, vel suis vxoribus se iunxerunt: si possunt probare constitutionẽ Syricij non peruenisse ad eos, in suis ordinibus remaneant: sed ad altiores non ascendant: de cætero tamen abstineant. qui aũt cõtra Syricij constitutionẽ scienter cõtraxerint de

diaconij [a] ministerio, aut in officio presbyterij positos, incontinentes esse, aut fuisse, generati filij [b] prodiderũt. De his & diuinarum legum manifesta est disciplina, & beatæ recordationis viri Syricij episcopi monita euidentia commearunt, vt incontinentes, in officijs talibus positi, omni ecclesiastico honore priuarentur, nec admittantur ad tale ministerium, quod sola [c] continentia oportet impleri. Est enim vetus admodum sacræ legis auctoritas iam inde [d] ab initio custodita, quòd in templo [e], anno vicis [f] suæ habitare præcepti sunt sacerdotes, vt seruientes sacris oblationibus, puros † & ab omni labe purgato sibi vendicent diuina ministeria, neque eos ad sacra † officia fas sit admitti, qui exercent, vel cum vxore [g] carnale cõsortium: quia scriptum est [h]: [Sancti estote [i], quia & ego sanctus sum, Dominus Deus vester.] Quibus vtique propter sobolis successionem, vxoris vsus fuerat relaxatus: quia ex alia tribu, & præterquam ex semine Aaron, ad sacerdotium nullus fuerat præceptus accedere. Quo † magis [k] hi sacerdotes, vel leuitæ pudicitiam ex die ordinationis suæ seruare debent, quibus vel sacerdotium, vel ministerium sine successione est; nec præterit dies [l], qua vel à sacrificijs diuinis, vel baptismatis [m] † officio vacent. Nam si beatus Paulus apostolus ad Corinthios scribit dicens: [Abstinete vos ad tempus, vt vacetis orationi.] & hoc vtique laicis præcepit [n]; multo magis sacerdotes, quibus & orandi, & sacrificandi iuge officium est, semper debebunt ab huiusmodi consortio abstinere: qui †, si contaminatus fuerit carnali concupiscentia [a], quo pudore, vel sacrificare vsurpabit, aut qua conscientia, quoue merito exaudiri se credit, cum dictũ sit: (Omnia munda mundis, coinquinatis autem, & infidelibus nihil mundum?) Sed fortasse hoc licere credit, quia scriptum est; (vnius vxoris [o] uirum.) Non β dixit hoc, vt permaneret pin concupiscentia generandi, sed propter incontinentiam [q] futurum [r]. Neque enim integros corpore non admisit, qui ait. (Velle autem omnes sic esse, sicut & ego.) Quod & apertius declarat dicens: (Qui autem in carne sunt [s], Deo placere non possunt. Vos autem iam non estis in carne, sed in spiritu.) Et (habentem filios,) non, generantem dixit. Sed ea plane [t],

inf. eq. sequen.

Luc. 1. Paralip. c. 24.

† al. puri. & purgati. † al. sacrificia lup. d. 31. c. eos. Leuit. 11. & 20.

Num. 18. † Quanto.] orig.

† al. orationi. 1. Cor. 7.

† al. quia.

Tit. 1.

1. Tim. 5.

1. Cor. 7.

Tom. 8.

1. Tim. 3.

a ¶Diaconij.] Ideo non dicit de subdiaconis, quia nõ erat * tunc tacet ordo: non tamen poterant contrahere. 32. dist. si qui.

b ¶Filij.] Filius enim est argumentum ambulãs super terram de incontinentia patris. 28. dist. priusquam.

c ¶Quod sola.] ideſt à solis continentibus, ut 84. dist. cum in præterito.

d ¶tam inde]ideſt de hoc articulo.

e ¶Quod in templo.] Sufficit ergo scholari ad hoc, ut stipendium consequatur, ut sua uice seruiat ecclesiæ, scilicet cum ibi est.

f ¶Vicis.] ideſt se primanæ. aliàs est dies pro anno, ut 33. q. 2. hoc ipsum.

g ¶Cum vxore.] Multo ergo fortius si cum alia.

ADDITIO. Dicit ℣ pp reuerentiam sacramentorũ, vult eos esse sanctos, ideſt mundos ab omni labe mortali, vel veniali: spirituali, vel corporali: quod non põt esse qñ carnaliter vxoribus commiscentur, secundum Hug.

h ¶Scriptum est.] Sufficit ergo ita scriptũ esse, licet sit durũ. arg. 19. d. in memoriã. ff. qui & à quibus manu. prospexit.

Sufficit ita esse scriptũ.

i ¶Estote.] Arg. cõtra 31. dist. Nicæna. nam castitas est cum propria coniuge.

k ¶Quo magis.] i. quanto magis.

l ¶Nec pterit dies.] præter sabbatum magnum, & idem præcedẽtem, vt de consec. di. 3. in sabbato. Vel die, sacrificijs ideſt officijs diuinis.

Idem tenet Specu. in tit. de eo q mi. in pos. uer. porro. & Bar. in l. mulier. §. apponebatur. ff. ad Turp.

m ¶Vel baptismatis.] cum necessitas exigit. aliàs baptismus q fit cũ cerei benedictione, & 9. lectionibus, bis in anno tantum fit. de cõsec. d. 4. proprie.

n ¶Præcepit.] ideſt persuasit, vt 33. q. 4. Christiano. Vel præcepit vxoribus nolentib. cõtinere. Vel dic præceptũ esse cũ vir accipit corpus Christi, vt scilicet nõ exigat, sed reddere tenetur omni tempore.

2 De hoc le. & no. de cõsec. d. 2. omnis homo.

o ¶Vxoris.] ideſt, nõ iõ dicit eum esse virum vxoris vnius, vt ea vtatur tempore sacerdotii.

p ¶Vt permaneret.] Argu. voces affirmatiuas resoluendas in negatiuas. argu. sup. dist. 26. vna tantum. & cap. vnius 3.

Affirmatiua in negatiuã resoluitur.

q ¶Sed propter incõtinentiam.] ideſt, vt ea mortua cõtineat. & secundã nõ ducat, & sic negatiue legitur, vnius, ideſt non pluriũm: argu. extra de testi. licet.

3 Goncor. tex. in l non debet. ff. de don. & in l. nam etiam. ff. de inoffi. testa.

r ¶Futuram.] ideſt quam timebat.

s ¶In carne sunt.] ideſt carnaliter uiuentes.

t ¶Sed ea plane.] Hic rũdet consultationi, & reuertitur ad cõstitutionem Syricii, de qua dixerat. Dicit aũt Hug. & alii ℣ Syricius bis emisit constitutionẽ: primo illam quæ erat data ab Apostolis, scilicet ut in sacris ordinib. nullus cõtraheret, & si cõtraheret, deponeret, ut 84. d. eũ in pterito. hæc fuit primo ab Apostolis statuta: sed ea aboleuerat, renouata est a Syricio. precedente tpe referebat quæstio de talibus de quibus Innoc. hic loquitur. sed quia quidam prætendebant ignorantiam primæ constitutionis Syricii, inde sumpta occasione Syricius aliam edidit humaniorem: mitigando rigorem primæ, scilicet ut ignorantes excusarentur, ut inf. eod.

Clericis cõtinentiam quis primo indixit.

* Vide supra dist. 21. in princ. in gl. uerbo sub diaconos.

Filius ambulans super terrã testat patris incontinentiam. Dies pro anno inuenitur.

plurimos. & hanc formam ſcribit, ſcilicet ſecunda Innocẽtius. Exuperio,& quòd ſcripſit bis Syricius, patet ex hoc cap.& ſequen.vbi dicitur,q̃ quidam excuſantur ignorantia conſtitutionis Syricij. Sed qualiter hoc,dicetur in prima conſtitutione. Quidam dicunt, q̃ non dedit de hoc facto niſi ſemel conſtitutionem,renouando cõſtitutionem Apoſtolorum,& mittendo eam cum ſua diſtinctione. & ſecundum hoc eadem eſt cauſa deciſionis Innocentij:niſi quòd Innocentius vtitur diſtinctione circa conſtitutionẽ Syricij: & Syricius circa conſtitutionem Apoſtolorum. Tertij dicũt,q̃ Syricius duas emiſit cõſtitutiones, ſed in nullo renouauit Apoſtolorũ cõſtitutionem: quia Apoſtoli nihil conſtituerũt de continentia. arg. 31 d.quoniam, & dicit Hu.q̃ quæ dã cõſtituit eccleſia, quæ non fuerunt ſtatuta ab Apoſtolis,vt d cõtinentia ministrorũ. 35 q.1.§.hac itaque in fi Quod autem dicitur inf. 84. di.cum in ptento. quod ſcilicet Apoſtoli docuerũt: verum eſt exemplo.31.diſtinct.omnino. non conſtitutione. ſed de hoc dixi 28.diſt.diaconi. Prima ergo cõſtitutio Syricij fuit de continentia, vt quicunque vellet promoueri ad ſacros ordines, faceret hoc: non tantum promiſſa, ſed ẽt præcunte continentia.hoc innui videtur,77.di.quicunque. Sed quia illa nõ ſeruabatur à quibuſdam prætendentibus ignorãtiam, ideo aliam fecit cum diſtinctione.infra eod plurimos. nec fecit primam niſi in promouendis. promotos enim. non poſſe adſtringere ſine ſuo velle,ſicut nec poſſet Papa conſtituere de acolythis iam promotis ne cõtraherent.arg. 32.q.1.integritas.Io. quod falſum eſt 1 cum habeat plenitudinem poteſtatis 2 q.6.decreto.nec legibus adſtringitur,vt ff.de legib.& conſtitutio, princeps.& C. eod. digna vor. Bar. nec in primo vel in ſecũdo capitu. habes, q̃ Syricius aliquam conſtitutionem fecerit: ſed inuehitur in ſecundo cãp. contra incontinentes:de quib. conſultus fuerat,diſtinguendo,immo potius diſpẽſando: quod patet ex verbo, monita, in principio cap. & per verbum,admonitionẽ in fi.& dic commeauit non cõſtituendo,ſed ignoſcendo & diſpenſando,vt infra.eod presbyter.

Apoſtoli de continentia nihil conſtituerunt, ſed ſolo exẽplo illam docuerunt.

1 Argum.ad hoc Iu.32.diſtin. placuit. vbi de hoc ſed dictum hoc oĩno falſum eſt, niſi intelligas de promouẽdis & ſic no. H.28.diſ.de his in fi. Probare tenetur qui dicit ſe non citatum.

Conſtitutio publice promulgata in

a ¶Et diuerſa.] Diuerſa & bimembris nam recipit diuiſionem,ideſt, diſtinctionem & hoc de ſecunda.

b ¶Prouincias] Pro maiori parte.

c ¶Non probatur.] Ex hoc vĩ q̃ dicit citationem ad ſe non peruenisſe,q̃ hoc non tenetur probare: ſed potius aduerſarius tenetur probare q̃ peruenerit ad eũ: cum talis negatiua non poſſit probari, vt extra de ele.bonæ. Sed non eſt verum, quia credendum eſt verbo nuncij donec contrarium probetur,vt not.4.q.3.§.item in criminali.ver.itẽ teſtes,quos. ſic ergo expone,nõ ꝓbatur peruenisſe,,ideſt probatur non peruenisſe: cum enim conſtitutio ſit publice promulgata quilibet eã tenetur. ſcire.vt 16.diſtin quod dicitis. extra de poſtu præla. ad hæc.12.q 2.qui & humanis,& ſecundum leges tenetur tam quilibet ſcire vſque ad duos menſes. vt in authen. vt factæ nouæ cõſtitutio nes.§.1. colla.9. ſecundum canones vſque ad ſex menſes,vt 11.diſt. decerni mus,quia ergo præſumebatur peruenisſe ad iſtos, tenebantur ipſi probare ignorantiã.& hoc eſt generale qđ propter præſumptionem cogitur probare aliquis ignorantiam, vt hic,& extra de ele.innotuit. & 1.q.1. ſi q à ſimoniacis. & C de pri. tut.l. penul. alias qui dicit aliquẽ ſciuiſſe, hoc tenetur probare 2.vt 3. q.9.indicas. & ff.de adminiſtr.tuto.l.hoc autẽ quid enim peccat,qui præſentis legis inſcius priſtinam ſequitur obſeruantiam? vt C. de teſt.iubemus.in fi. Sed qualiter.probat ſe aliquis ignorare? dico ſuo ſacramento. 3.vt 34. q.2. in lectũ extra de ſenten.excom.ſi verò,vt no. 4.q.5.quiſquis,in fi. 4. Ioan. Vel etiam alio modo ſi poteſt probare ſe fuiſſe in alio loco.& forte ſi præſumptio eſt contra eum,non crederem iuramento ſuo. B. Sed quid ſi collegium, vel aliquis conuentus dicit ſe ignorare, nunquid tunc omnes iurabunt?dico,quod ſufficit,ſi epiſcopus cum maioribus de capitulo iurat,vt ff.de condi.& demonſt. municipibus. Alii dicunt, q̃ eo ipſo probatur ignorantia, quòd non probatur ſcientia, vt C.qui mili non poſſ.ſuper ſeruis lib.12.

d ¶Ignorantibus.] Decretum non ligat ignorantes. ff. de decre.ab ordi fac.l.vlt.ff.loca.l.ſi ignorans.

ADDITIO. Ad idem 12.q.1. de laicis, vbi de hoc. Dic. q̃ decretum ſecundum canones ligat ignorantes, vt dixi,19.diſt 1.ſuper ſumma.ibi videas.Archid.

e ¶Negabitur.] Arg. neminem ligari antequam conſtitutio ad eum peruenerat:arg.di.31.ante triennium.36.q. vlti.ſi autem. 12.q.5.ſicubi.& 47. diſt.queniam. 14.q 4. ſi quis oblitus. 54.diſt.ex antiquis.

f ¶Deteguntur.] Eo ipſo,quod non probant ignorantiam,cum ad omnes commeauerit.

PLurimos ſacerdotes.]CASV. Quidam ſignificauerunt Syricio Papæ,q̃ plurimi ſacerdotes poſt longa tempora ſuæ ordinationis filios habuerunt tam ante ſacros ordines,quàm de vxoribus, quas poſtea de facto duxerunt: quorum quidam allegabant, hoc ſibi licere ad inſtar ſacerdotum, & leuitarum veteris teſtamenti.

Quidam

tra qđ tenapus ligat. Ignorãt iam ꝓbare quia cogitur propter ꝓſumptionem.

† probabitur.] orig. † al.ignorationis.

† al. detegentur.

α Concupiſcentia.] *Emendatus, & locupleatus eſt hic locus ex ipſa epiſtola Innocentij, quemadmodum & multa alia in hoc capite, vbi per gloſſam licuit. In epiſtola autem Syricij, quæ refertur in concilio Teleptenſi(ita enim pro Tellenſi legendum videtur)ſic legitur.* Quid faciet?exdubabit? quo pudore? qua mente vſurpabit? qua conſcientia,quo merito hic exaudiri ſe credit?

β ¶Non dixit hoc.] *In originali ſic legitur.* non ad permanentem in concupiſcentia generandi hoc dixit.

Item Syricius Papa ad Himerium Tarracon. epiſcopum epiſt.1.c.7.

¶De eodem. Cap. III.

PLurimus ſacerdotes Chriſti, atque leuitas poſt longa

Iuo p.6.c 50. Poly.l.4 tit.31.

1 Dicunt q̃ iuris apicibus inuigilant, regulare eſſe ignorantiam nõ debere probari:ſed ſciẽ tiam.

2 Ad hoc facit quod leg. & no ext.de ſen. excõ. ſi verò, & de homic. ſignificaſti. & d iur.calum.c. 2. Idem latè Ias. §. ſed iſtæ.Inſti. de act.

4 Cõcor.glo. ſi.in l. ſi cui & ibi Barto. ff.de accnſa. Collegium nunquid iure poſſit. Decretũ nõ ligat ignorantes.

Quidam verò dicebant se per ignorantiã lapsos: & inde dolebant: quare Syricius Papa reprehendit eos, qui suum crimen defendebant exẽplo sacerdotũ veteris testamenti: cum alia causa fuerit in illis q̃ in istis: & dicit eos esse deponendos: cum ex certa scientia deliquerint. Illi verò qui per ignorantiã dolẽt, se lapsos fuisse, ad altiora non ascendãt: sed in suis ordinib. remaneant ita tñ q̃ de cætero viuãt continenter. Sequens, §. patet. a ¶ Solius successionis causa.] Præcipuè. nam & causa incontinentiæ. 32. q. 2. §. his ita.

consecrationis suæ tempora, tam de cõiugibus proprijs, quàm etiam de turpi coitu; sobolem didicimus procreasse, & crimen suum hac præscriptione defendere, quia in veteri testamento sacerdotibus, ac ministris generandi facultas legitur attributa. Dicat mihi nunc, quisquis ille est sectator libidinũ, præceptorque vitiorum, si æstimat, quòd in lege Moysis passim sacris ordinibus à Deo nostro laxata sunt fræna luxuriæ, cur eos, quibus committebantur sancta sanctorum, prẽmonet dicens: [Sancti estote, quia & ego sanctus sum Dominus Deus vester?] Cur etiam procul à suis domibus, anno vicis suæ, in templo habitare iussi sunt sacerdotes? Hac uidelicet ratione, ne vel cum vxoribus possent carnale exercere commerciũ, vt conscientiæ integritate fulgẽtes, acceptabile Deo munus offerrent. Quibus, etiam expleto, deseruitionis suæ tempore, vxorius usus solius successionis causa [a] fuerat relaxatus: quia non ex alia, nisi ex tribu Leui, quisquam ad Dei ministerium fuerat præceptus admitti.

Leuit. 20, Leui, 1.

Item paulo inferius.

¶ De eodem. Cap. IIII.

Polyc. ibidem. Iuo p. 6. c. 50. §. qa.

QVia aliquanti, de quibus loquimur, vt tua [b] sanctitas retulit, ignorantia† se lapsos [c] esse deflent; his hac conditione misericordiam [d] dicimus non negandam, ut sine vllo honoris augmento, in hoc, quo deiecti† [e] sunt, quamdiu vixerint, officio perseuerent: si tamen post hac cõtinentes se studuerint exhibere. Hi vero, qui illiciti priuilegij [f] excusatione nituntur, & sibi asserunt veteri hoc lege concessum; nouerint se ab omni ecclesiastico honore, quo indigne vsi sunt, Apostolicæ sedis auctoritate deiectos: nec vnquam posse veneranda attrectare mysteria, quibus se ipsi, dum obscœnis cupiditatibus inhiant, priuauerunt. Et quia exempla præsentia cauere [g] nos præmonent in futurum; si quilibet episcopus, presbyter, atq; diaconus (quòd non optamus) deinceps fuerit talis inuẽtus iam nunc sibi omnem per nos indulgentiæ aditum intelligat obseratum; quia ferro necesse est, vt abscindantur [h] † vulnera, quæ fomentorum non senserint medici nam.

† *ignorantiæ*] orig. † *ad. detesti.*

† *excidantur*] orig.

¶ *Caput hoc in aliquot manuscriptis Gratiani exemplaribus cõ iunctum est superiori.*

3 *Qui autem propter peccata inbentur deponi; post condignam pœnitentiam in suo ordine poterunt reparari. Vnde in concilio Hybernensi a.*

a ¶ Hybernensi.] *Caput hoc citabatur ex concilio Gãgrẽsi, in quo non legitur. Emendatum est ex Polycarpo, & alio libro manuscripto perueterato, in quo libro sunt multi canones pœnitentiales: & hic refertur ex Theodoro archiepiscopo Hybernensi.*

Poly. l. 4 tit. 39. Can. Apost. 25.

¶ Quæ pœnitentia sit imponenda sacerdoti, qui de fornicatione conuictus fuerit. Cap. V.

PResby-

b ¶ Via aliquãti.] ¶ Et tua.] Cum ergo hic scribat uni: & in præcedenti. cap. dicatur, q̃ constitutio Syricij Papæ ad omnes prouincias commeauit: patet q̃ duas emiserit Syricius cõstitutiones: & etiam quia hic dicit ignorantiã respectu primæ.

c ¶ Lapsos.] Respectu scilicet secundæ constitutionis.

d ¶ Misericordiam.] Quia illa ignorantia iuris nõ eos excusat à toto. sed quia facilius cum eis dispẽsatur. Alij dicunt q̃ vnam tãtum emiserit: & dicunt, ignorantia Apostolicæ constitutionis.

e ¶ Deiecti.] ideſt lapsi.

f Priuilegij.] Argu. contra eos, qui prætendunt se non debere dare decimas, qa prædecessores sui nõ dederũt: & sic vti volũt priuilegijs suorũ antiquorũ. extra de decim. c. 2. &c. quamuis. Item arg. contra illos, qui pro sui iuris tuitione consuetudines antiquas allegant. vt 32. q. 4. nemo. & 1. q. 4. c. ult.

Confuetudo antiqua non excusat.

g ¶ Cauere.] Arg. ex præsentibus futura psumi. arg. dist. 50. si quis diaconus. d. 51. præterea.

Præsumitur ex præsentibus circa futura,

ADDITIO. Hoc no, 18 dist. peruenit.

h ¶ Vt abscindãtur.] sic 16. q. 1. in canonibus 24. q. 3. ecce.

i Adde q̃ qñque iuris ignorantia excusat à pena pp rusticitatem, nõ autem excusat à nullitate actus, ut not. in l. 1. C. de interdict. matri. inter pup.

QVI AVTEM. Hic incipit tertia pars huius d. in qua quæritur, qualiter pœnitentia imponatur: sacerdoti lapso in fornicationem, ita q̃ possit postea celebrare. Et resp. quod decem annis debet pœnitere. Ioan. de Fan.

PResbyter.] CASVS. Hoc ca. loquitur de manifesta fornicatione, q̃ qua, tempore Apostolorũ, clerici deponebãtur.

tur, ſed ſancti patres in Gangrenſi concilio congregati hunc rigorem temperarunt, ſtatuentes, vt ſi presbyter ſponte confiteatur delictum ſuum, & velit pœnitere, decem annis pœniteat iuxta modum, qui in hoc ca. exprimitur: poſtea poterit in honorem priſtinum reuocari. Eadem pœnitentia erit ſacerdotibus imponenda pro ſingulis delictis, quę de poſitione nem inducũt.

a ¶ Presbyter.] Hoc c. intelligunt quidã de diſpẽſatione, alij de iure: qa eps poſt peractam pœnitentiã tenetur diſpenſare: arg. 50. d. dño ſancto. &c vt conſtitueretur unde dicũt hodie pro fornicatione neminem deponendum. niſi in ea perduret, & ideo quia hodie fragiliora sũt corpora noſtra, quã olim erant. 34. diſt. fraternitatis, licet eadem ratione debes dicere de quolibet crimine, vt inf. eo. c. verſ eadem quoque. & not ſup. prox. diſt. c. Maximianus.

Fornicationis cauſa hodie nemo eſt deponẽdus.

b ¶ Apoſtolorum.] Hic concilium diſpẽſat contra Apoſtolũ in pœnis, vt ſup. diſt. proxi. presbyter. Fe ſup. 24. d. cognoſcamus. &c lector.

Concilium contra Apoſtolum diſpenſat.

c ¶ Auctoritatem.] Hanc non habemus in corpore canonum B. Silueſtri.

d ¶ Decẽ annis.] Alibi dicitur, ꝙ ſacerdoti pro fornicatione imponitur pœna xij. annorũ, & epiſcopo xv. 30. q. 1. ſi quis ſacerdos. &c. non dẽt.

Sacerdotis fornicarij pœnitentia.

alibi. vij vt 33. quæſt 2 hoc ipſum. Sed varietas delicti inducit varietatem pœnę: ſcilicet cum fornicatio eſt ſimplex, vel inceſtuoſa, poterit ſacerdos mitigare pœnam pro quantitate criminis, & qualitate perſonæ, 26. q. 7. tempora.

e ¶ In veſperam.] Nam ea hora debent comedere ieiunantes. de conſec. diſt. 1. ſolent.

Ieiunantes in veſpere comedere debent.

f ¶ Pœnitere.] Supra diſt. proxi. ſi quis epiſcopus contra &c 28. diſt presbyter. contra. Sed expone publice, id eſt, ſolenniter.

g ¶ Sagimine.] Argu. ꝙ licet comedere de ſanguine illis diebus quibus ous, & caſeum licet comedere. 4. diſtinct. denique.

Sagimen & lardum die veneris comedere licet.

h ¶ In choro.] Vt ibi miniſtret.

i ¶ Vocem.] Qnam non habemus in hoc corpore.

k ¶ Tres legitimas ferias.] Scilicet 2. & 4. & 6. feria, ut infra eod. innuitur. de conſec. diſtin. 3. ieiunia. & 22. q. 5. cap. 1.

Feriæ legitimæ sũt tres.

l ¶ Expleto.] Ergo reconciliandus eſt quis per acta parte pœnitentiæ: etſi tota finita non ſit, vt 12. q. 2. de viro. extra de fur. ex literis.

m ¶ Denarium.] Et ita poteſt dare denarium pro ieiunio, quod ſpirituale eſt: nec tamen ſimoniam committit quia cum Deo intelligitur contrahere; ſicut nec lex Iulia de ambitu, locum habet in Romana ciuitate ſimo ſpirituale datur hic tantum, ſcilicet eleemoſyna ꝓ ſpirituali bene facit ad hoc, quia ſicut ære peccatorum iſte ſe vendidit, ut 15. q. 1. non eſt, quòd cuiquam ita & pecunia ſua ſe redimat de pœn. diſtin. 1. medicina. Et eſt arg.

1 Adde nec ẽt ſimonia not gloſ. & Bar i l. Barbarius. ff. de offi. prætor. & in l. 1. glo. 1. ff. ad leg. Iulia ď ambi. Ieiunari poteſt ꝓ aliũ.

2 Ad hoc facit quia liberatur quis iurando per aliũ, vt not. 63. diſt. tibi. argu. contra ext. de offic. ď leg c. fin. cum ſimilibus Arch. Fœnitentia impoſita auctoritate ꝓpria multari non põt.

3 Adde bonum text. in l. plerumq; ff. de iu. dot. & in l. 2. ff. de il. le.

4 Videtur innuere, quod ſit ſecus in ieiunijs indictis ab eccleſia. Sed poteſt dici ſm Inno ꝙ licet ieiunia indicta ab eccleſia nõ debeãt commutari, uel redimi ſine cauſa: tamẽ ea poſſunt mutari ſicut ieiunium feſti, quod eſt in die lunæ fiat in ſabbato. & dicitur ꝙ in quibuſdam locis Franciæ, ſ. vbi ſunt eccleſiæ ſancti Quintini non ieiunãtur in uigilia omnium ſanctorum. ſed tertia præcedenti die ſecundũ Inn. Arch.

ter [a], ſi fornicationem fecerit, quamquam ſecundũ canones Apoſtolorum [b] debeat deponi; tñ iuxta auctoritatẽ [c] beati Papæ Silueſtri, ſi in vitio non perdurauerit, ſed ſua ſponte confeſſus adiecit, vt reſurgat; decẽ annis [d] in hũc modum pœniteat; tribus quidem mẽſibus priuato loco à cęteris remotus pane & aqua à veſpera in veſperã [e] vtatur; tãtũ aũt diebus Dñicis, & præcipuis feſtis modico vino, & piſciculis, atq; leguminibus recreetur ſine carne, & ſagimine, ouis, & caſeo ß: ſacco indutus humi adhæreat; die ac nocte iugiter miſericordiã Dei omnipotẽtis imploret: finitis tribus mẽſibus cõtinuis exeat: tñ in publicũ nõ ꝓcedat; ne grex fidelis in eo ſcandalum patiatur. Nec eñ † debet ſacerdos publice pœnitere [f], ſicut laicus. Poſtea aliquãtiſper reſumptis viribus, vnum annum, & dimidiũ in pane & aqua exleat, exceptis Dominicis, & præcipuis feſtis, in quibus vino, & ſagimine [g] †, ouis, & caſeo iuxta canonicam menſuram vti poterit. Finito primo anno & dimidio, corporis & sãguinis Domini, ne indureſcat, particeps fiat, & ad pacem veniat; pſalmos cum fratribus in choro [h] vltimus cãtet; ad cornu altaris nõ accedat; iuxta beati Clementis vocem [i], minora gerat officia. Deinde vero vſque ad expletionem ſeptimi anni, omni quidem tẽpore, exceptis paſchalibus diebus, tres legitimas ferias [k] in vnaquaq; hebdomada in pane & aqua ieiunet. Expleto [l] ſeptimo anni circulo; ſi ſui confratres, apud quos pœnituit, eius condignam pœnitentiam collaudauerint; epiſcopus in priſtinum honorem, iuxta beati Calixti Papæ auctoritatem, eum reuocare poterit. Sanè ſciendum eſt, ꝙ ſecundam feriam ſ vnum pſalterium canendo, aut vnũ denarium [m] pauperibus dando (ſi opus † eſt) redimere [n] poterit. Finitis autem ſeptem annis, deinde vſque ad finem decimi anni, ſextam feriam [o] (nulla interueniente

† *a letiami*

† *al. ſanguine*

Epiſt. 2.

Epiſt. 2.

† *al. operarius.* Polyc.

eſt argu. pro commutatione pœnæ, 16. q. 1. de ſup. Nunquid autem poteſt hic ieiunare per aliũ? ꝙ uidetur 2, quia denarium poteſt dare ut ſe redimat à ieiunio: ergo multo fortius per alterius ieiunium poteſt liberari. Itẽ quia ieiunium viui liberat mortuum, ut 13. q 2. animæ. de pœn. diſt. 6. c. 1. quod concedo ſi per propinquam ꝑſonam ieiunet. & debet iſte denarius eſſe talis, quòd nõ euincatur ab eo cui donatur. aliàs non contingeret liberatio, ut C. de ſent. ꝙ inter libera. ff. de lega. 3. qui cõcubinam. §. ſi hæres. quia non intelligitur datum, quod euinci poteſt, ut ibi dicitur: argu. 14. q 5. immolans. Sed nunquid pœnitens ſua auctoritate poteſt hanc commutationem facere? Dicunt quidam ꝙ ſic, 3. quod nõ concedo in pœnitentia impoſita ab homine 4. vt extra de uo. & vo. redemp. ex multa. in ſi. Ioan. Sed certe, quod hic dicitur de denario, auctoritate huius canonis facere poteſt pœnitens: nec decret. illa in aliquo contradicit. Bart.

n ¶ Redimere.] Argu ea quæ facere tenemur, alia æquipollentia faciendo poſſe recompenſari: & ita commutatione pœnarum poſſe fieri; arguim. 33. quæſtio. 1. de raptoribus. diſt. 11. non cogantur contra 1. q 1. nullus epiſcopus 2:

o ¶ Sextam feriam.] Ergo quartã poſſet redimere. qđ enim

enim de una negatur, de alia concedi uidetur. 23. distin. qualis.

a ¶Eadem.] Non tamen eadem dispensatio est in omnibus, quia in aliquibus prohibetur. 30. dist. miror. Prouidendum.

redemptione) obseruet in pane & aqua. Eadem [2] quoque pœnitentia erit sacerdoti, de omnibus alijs peccatis, & criminibus, quæ eum in depositionem inducunt. Neque hoc cuilibet videatur onerosum, si sacerdos post lapsum, digne, vt supra dictum est, pœnitens, ad pristinos redeat honores.

a ¶Et caseo.] *In vulgatis, sequebatur*, vt atur: *qua vox sublata est auctoritate & omnium ferè exemplarium Gratiani manuscriptorum, & Polycarpi, & libri manuscripti in superiore notatione indicati.*

DISTINCTIO LXXXIII.

In libello Ennodij.

Prouidendũ [b] *quoque est, ne is, qui ad ordinandum eligitur, & si à proprio vitio uideatur alienus, cõsentiẽdo alienis, inquinetur. Vt enim Symmachus Papa ait; nõ est grandis differentia, an lethũ inferas* [c], *an admittas. Mortem enim languentibus probatur infligere, qui hanc, cum possit, non excludit.*

Hinc Gregorius VII. ait in reg. lib 6. c. 12. Romana synodi celebratæ Anno Domini 1080. al. 1078.

¶Suspendatur episcopus ab officio, clericorum suorum fornicationi consentiens. Cap. I.

In li. 6. c. 177.

SI quis episcopus fornicationem presbyterorum, diaconorum, subdiaconorum [a], vel crimen incestus in sua parochia, pretio [d] interueniente, vel precibus cõsenserit vel commissum, sibique compertum auctoritate officij sui non impugnauerit; ab officio suspendatur [e].

a ¶Subdiaconorum.] *Additum hoc est ex originali, & Anselmo; quemadmodum & paulò post verba illa*, sibique compertum. *Notum autem est à tempore Gregorij primi subdiaconos eadem lege continentiæ, qua presbyteros, adstrictos fuisse.*

Item Gregorius prima parte pastoralis, c. 2.

¶Maximè ecclesiam lædit, qui sub nomine sanctitatis delinquit. Cap. II.

Poly. li. 4. tit 31. Bure. li. 1 c. 209. Iuo p. 5. c. 325.

NEmo quippè in ecclesia nocet amplius, quàm qui

1 De hoc not 1. q. 1. q studet. ibi videas.

2 Adde arg. ad hoc bonũ in l. non tantũ. ff. de app. & ff. de reli. & sũpt. fu. l. at si qs. §. Labeo.

3 Si est cõiuncta persona videtur donasse, nisi protestetur. secus si esset extraneus: i funere eo dẽ modo distinguitur. ff de relig & sũp. fun. si qs §. sed interdũ. Archid.

4 Adde ad hoc not. in l. soluendo. in glos. 2. ff. de neg. gest. & in l. solutionem. ff. de solu.

Rouidendum.] Hæc dist. diuiditur in duas partes: in quarum prima punit negligentes prælatos. & qui gaudẽt adulationibus: & hoc probat per 7. auctorit. Secunda ibi, [Quamquam] Ioan. de Fan.

CASVS. Hucusque tractauit Gratianus, q oportet prælatum esse sine crimine, quod in faciendo consistit. sed quia consentiens malo aliorum dicitur committere crimen, ideo subiungit hanc 83. d. in qua ostendit, q prælatus etiam consentire non debet peccatis alienis: quia parum differt, vtrum quis homicidium committat propria manu, uel facienti consentiat? quia mortem probatur inferre, qui hanc cum potest, non excludit.

b ¶Prouidendum.] In duabus superioribus distinctionibus tractauit magister, quod ordinandus debet esse sine crimine proprio. In hac distinctione ostendit, q non debet alienis criminibus consentire.

c ¶Inferas] Simile est inf. 86. d. pasce. & extra de sent. excommu. quantæ. & patet hic, q medicus gratis tenetur curare pauperem infirmum: quia plus debet ualere apud eum vita illius, quàm propria pecunia, vt 86. d. ſt. non satis. Sed quid si infirmus diues est, & nihil vult dare medico: nunquid gratis tenetur eum curare? Videtur q non: cum nemo de suo cogitur facere beneficium, vt 10. q. 2. precarie, cum etiam medicus licitè potest recipere mercedem 1 vt 14. quæst. 5. non sanè. Dico q tenetur eũ curare suis impensis 2: & si cõualuerit, repetat expensas: quia utiliter gessit negotiũ eius, vt ff. de negot. gest. Pomponius. etiam si moriatur æger, põt petere impensas: qa sufficit si vtiliter cæpit gerere, licet euẽtus nõ sit secutus, vt ff eo ti sed an v'. o. ff. de off prætid. illicitas §. sicuti. nec potest ei obijci, q causa pietatis fecerit sũptus illos, nisi esset propinquus infirmo 3, vt C eo. alimẽta. Sed quid si infirmus prohibet ne aliquæ medicinæ dẽtur ei? tunc dicunt quidã, quòd medicus nullam habet actionẽ, vt C. de nego. gesto. l. ult. 5 ed dico, quòd eum inuitum potest curare: sicut inuitũ posset extrahere de domo ruitura 23. q. 3. ipsa pietas. Inuito enim potest conferri beneficium, vt 45. dist. & qui emendat 4, immo præsumo ipsum fuisse furiosum, cum illa uerba dixit in ægritudine, vt ff de condit. insti. quidam. & extra de succeſſ. ab intesta. c. fina Sed quid dices, si quis vult me interficere nisi dem ei pecuniam, nunquid teneor ei dare ut mẽ liberem à morte? ita uidetur, per hoc quod hic dr, & 86. distin. non satis in princ. Dicunt tamen quidam, solos prælatos ad hoc teneri, ut 12. q. 2. gloria. & 16. q. 1. c. ult. Alij dicunt, q quilibet tenetur redimere uitam alterius. Vtrum autem quilibet teneatur defendere alium, dixi 83. q. 3. non in inferenda.

SI quis epũs] CASVS. Quidam episcopi pretio interuenientibus, vel precibus consentiebant clericis suę diœcesis in fornicatione stare, vel incestu: & eos nõ puniebant. Quæsitũ fuit à Gregorio quã pœnam pati debeãt? Et rñdet q suspendi debent ab officio & bñficio.

d ¶Pretio.] De hac materia inuenies 16. q 7. decimas. & 1. q. 1. c. ult. & cap. nullus episcopus. infra 23. q. 4. c. si is qui & cap. si illic.

e ¶Suspendatur.] ideſt deponatur. 1. q. 3. si quis episcopus alias esset contra 11. q. 3. Teugualdum.

ADDITIO. Vel dic, q ponit pœnam solus consensus secundum L. cuius etiam fuerunt verba, quæ præcedũt. De hoc legitur & not. sup 32. d. eos in fi. ibi uideas.

NEmo.] CASVS. Dicitur hic, quod nemo magis in ecclesia nocet, quam prælatus delinquens. quia nullius

nullus audet eum redarguere propter ordinis reuerentiam: & alij ſumunt ab eo exemplum delinquendi: & ideo epiſcopus qui tales non corrigit, magis dicendus eſt canis impudicus, quàm epiſcopus.

a ¶Redarguere.] Sup. diſt 40 ſi Papa. 6. q. 1. oues quia vult magis placere ſilendo, quàm diſpli cere redarguendo.

Delicta maiorum alios corrũpunt.

b ¶Extenditur] Delicta enim maiorum trahuntur ab alijs in exemplum, vt 11. q. 3. præcipuè.

c ¶Nõ corrigit] Cũ eſt clamor de talib. ext. de ſi. licet Heli.

ERror.] CASVS. Dicitur hic, q̃ ſi poſſum reſiſtere errãtibus, & perturbare peruerſos, & negligo: mala eorum videor approbare p cõſenſum: & ſocius criminis ſum, cum manifeſto facinori non obuiem. Sequentia autem duo c. plana ſunt.

d ¶Cum poſſis.] Ex officio hoc enim intelligunt quidam de prælato. arg. 23. q. 4. ita plane. Sed H de quolibet. 24. q. 3. tã ſacerdotes.

e ¶Societatis.] Impropriè ſumitur hoc nomẽ ſocietatis: q̃a inhoneſtarũ rerum ſocietas nulla eſt. ff. pro ſocio. nec prętermittendum.

f QVid enim.] ¶Non pollui.] directæ. nam occaſione alterius bene polluitur, ſi ei conſenſerit.

g ¶Qui.] Infra 22 q. 5. ſi quis.

h ¶Conſenſum.] De triplici conſenſu dr̃ 2. q. 1. notum, in fi.

i COnſentire vr̃.] ¶Corrigi.] inf. 11. q. 3. qui cõſentit. inf. 23. q. 3. oſtẽdit. & 24. q. 3. qui aliorum.

K ¶Non occurrit.] Si. ff. de iure pat. adigere. ff. de noxa. ſi ſeruus. in fi. ff. de ijs qui no. infa. quid ergo. §. 1.

SICVT AVTEM. CASVS. Hucuſque oſtendit, q̃ aliquis peccatis alienis conſentire non debet. Nunc verò oſtendit, q̃ laudib. malorum aliquis gloriari non debet, nec gratulari.

NIhil.] CASVS. Quidam prælati gloriabantur laudibus malorum. Sed dicit Anacletus, q̃ ex hoc facto maxima pernicies oritur circa ſubiectos, quia prælatus, qui laudibus gloriatur, timet corrigere delinquentes: & ſicut nouerca odit priuignum, ita negligentia, correctionem & diſciplinam.

i ¶Lu-

peruerse agens nomẽ, vel ordinem ſanctitatis habet. Delinquentem namq. hunc nemo redarguere [a] pręſumit; & in exemplum culpa vehementer extenditur [b]; quãdo pro reuerentia ordinis, peccator honoratur. Epiſcopus [a] itaque, qui talium crimina non corrigit [c], magis dicendus eſt canis impudicus, quàm epiſcopus.

Bur. li. 1. c. 203. Iuo p. 5. c. 217. ex Gregorio.

a Epiſcopus.] *Hæc non ſunt ibi apud B. Gregorium. Similia citantur infra 2. q. 7. c. qui nec regiminis, ex Auguſtino (cui etiã reliqua huius capitis antea tribuebantur) & ex eodem à Burchardo, & Iuone citantur. Cæterùm ijdem collectores, Burchardus quidem lib. 1. c. 13. Iuo autem parte 5. c. 67. referunt aliqua ex Origene, quæ cum his aliquantulum conueniunt.*

Item Innocentius.

¶Qui non reſiſtit erroribus, conſentit. Cap. III.

ERror cui non reſiſtitur, approbatur; & veritas, cum minimè defenſatur, opprimitur. Negligere quippe, cum poſſis [d] deturbare peruerſos, nihil aliud eſt, quàm fouere. Nec caret ſcrupulo ſocietatis [e] occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiaſſe.

Deuſdedit p. 2. Eleuterius Papa ad Galliæ prouincias, & orientales in epiſt. ad Iulium, & Aegyptij in epiſt. ad Felicem II.

Item Pius, epiſt. 1. ad omnes Chriſti fideles.

¶Non prodeſt ſuo errore non pollui, qui alieno conſentit. Cap. IIII.

QVid enim prodeſt illi ſuo errore non pollui [f], qui [g] conſenſum [h] præſtat erranti?

Item Gregorius a.

¶Qui non occurrit, conſentit erranti. Cap. V.

COnſentire videtur erranti, qui ad reſecanda, quæ corrigi [i] debent, non occurrit [k].

Poly. lib. 4. tit. 31.

a ¶Gregorius.] *In epiſtolis impreſſis Beati Gregorij non habetur. Verum lib. 7. epiſt. 117. Syagrio epiſcopo Auguſtudunenſi poſt ea verba*, qui non reſtiterit, *in regeſto manuſcripto peruetuſto, & in Polycarpo, vbi ipſa epiſtola integra refertur, hæc ſequuntur.* Nam conſentire videtur erranti, qui corrigenda, vt reſecari debeant, non occurrit. Quia uero, &c.

Sicut autem aliorum vitia palpare non debet, ita nec malorum laudibus delectari.

Unde Anacletus Papa epiſt. 1. epiſcopis omnibus.

¶Miſerrimus eſt epiſcopus, qui malorum laudibus gloriatur. Cap. VI.

NIhil illo eſt paſtore miſerius, qui luporũ [l] laudibus gloriatur. Quibus ſi placere voluerit, atque ab his amari delegerit, erit hinc ouibus magna pernicies. Null⁹

Anſ. li. 6. c. 154. Iuo p. 5. c. 237. in fi.

i ¶Luporum.] ideſt laicorum 1: qui quandoque dicuntur oues, ut 2. q. 7. oues.

l Scilicet malorũ: lupi ſunt qui in eccleſia eſſe videntur cũ non ſint, & cum poſſunt nos infeſtãt. de conſec. d. 4. quo. verſ. nõ ob aliud. in fi ſecundum L.

a ¶Pla-

Digitized by Google

a ¶Placere.] Sic 21.q.1.cap.1. simile extra de cleri.conjug.cap.diuersis.simile,ff.de oper.liber.duorum.
b ¶Labiorum.] idest, prædicandi, vel etiam redarguendi.
c ¶Obligata.] Si.infra.8.q.2.c.vlti. & cap.dilectissimi.
d ¶Ne-

ergo pastorum,placere [a] lupis, & gregibus ouium pōt. Perdit enim labiorum [b] æ memoriam mēs terrenis obligata [c] carceribus. Sicut † artium in suo quoque opere inuenitur mater instantia;ita nouerca eruditionis est negligentia [d].

† *al. Sicut autem.*

æ ¶Labiorum.] *In epistola Anacleti legitur,* laboris : *apud Anselmum,& in vno ex vetustis codicibus Gratiani,* laborū, *vnde potuit irrepsisse mendum:quod tamen ob glossam non est sublatum.*

2 *Quamquam sacerdotem,tam à suis,quàm ab alienis criminibus,oportet esse immunem ; tamen si aliorsum seſe habuerit,non ideo verba sua prædicationis debent contemni. Sicut enim Hieronymus ait,vt lixiuiū per cinerem humidum fluens lauat,& non lauatur;ita bona doctrina per malum doctorem, animas credentiū lauat a sordibus peccatorum.*

Burc.l.1.c.204.ex dictis Hier. Iuo.p.5.c.318.

DISTINCTIO LXXXIV.

Olicitum [e] quoq; , & vigilantem oportet esse episcopū,circa defensionem pauperum, relevationem oppressorum, tuitionem monasteriorum. Quod si facere neglexerit, aspere corripiendus est.

Vnde Gregorius Anthemio subdiacono Campaniæ, lib.9.epist.29.

¶Corripiatur episcopus,qui circa officium suum negligens extiterit. Cap. I.

PEruenit ad nos, fratrem, & coepiscopum nostrum Paschasium ita desidem, negligentemque in cunctis existere ; vt in nullo , quia est episcopus , agnoscatur. adeo vt neque ecclesia ipsius, neque monasteria, siue filij ecclesiæ, vel oppressi pauperes † [f] eius erga se dilectionis studium sentiant ; nec aliquam supplicantibus sibi † in quibus iustum est, opem defensionis , accommodet;&(quod adhuc dici est grauius)consilia [g] sapiē-

† *al.vel pauperes.* † *his*] orig.

d ¶Negligentia.] Supra 38.d.ignorantia.
QVAMQVAM Hæc secunda pars huius d.in qua dicit,q licet mali sacerdotes sint culpandi:tamē non despiciendi.Io.de Fan.
ADDITIO. Et nota,hic malum prælatum lixiuio comparari:alibi lapideo canali,vt in prædic.cap.si fuerit.Alibi monetario.1.q.1 quod quidā, & vide q dixi.44 d. cap.1.& in summa,& dic,lauat,scilicet conditionaliter, secundum Hug.
CASVS. Dictum est supra,q prælatus debet esse immunis a suis peccatis, & alienis, sed quamuis sit peccator: non tamen eius doctrina debet contemni:quia sicut lixiuium per cinerem fluens lauat sordes , & nō lauatur: sic doctrina per malum sacerdotem ministrata lauat auditores a sorde delictorum.

[e] ¶Olicitum.] Hæc dist. diuiditur in quatuor partes : quarum prima reprehendit desides episcopos,& hoc per duo c.Secunda.ibi [Qui autem.] Tertia ibi. [Similiter] Quarta ibi, [Presbyterorum.] Io.de Fan.

CASVS. Supra ostensum est, q prælatus debet esse sine crimine. Nunc verò supponit 84. distin. in qua ostendit Gratia.quòd prælatus debet habere solicitudinem circa subiectos. Et habet hæc dist.4. articulos.In primo dicitur, quòd episcopus, debet esse solicitus circa tuitionem pauperum & monasteriorū In secūdo agit de mūditia sacerdotū. In tertio, q ēps debet eē monogamus. In quarto vnde dicatur presbyter.

e ¶Solicitū.] Tria.c. apostolicę regulę hic breuiter tāgit, q episcopus debet esse prudens 1.continens monogamus.

1 *Prudentia consistit in scientia literarum:sed non videtur esse astutus qui in his q debet agere per vigil nō est,& solicitus,& ita patet, q eē solicitū refertur ad esse prudentem fm Hug.*

[f] PEruenit ad nos.] CASVS. Paschasius ēps in duobus delinquebat scilicet, q nō curabat defendere monasteria, & pauperes, & oppressos;& præterea consilia sapiētum audire nolebat. Scribit ergo Greg.Anthemio subdiacono reprehēdēdo cū, q talia pmittebat, & mandat ei, vt eum corrigat coram alijs episcopis, vel coram quibusdā de nobilibus subiectis,q si se non corrigat, Romā est transmittendus : vbi saltē discat qualē cōuē iat esse sacerdotē, vel p̄latum ecclesiasticū.

f ¶Pauperes.] Quorū curā non p se, sed per archipresbyterū, vel archidiaconū gerere debet,vt inf.21.d episcopus gubernationem.

g ¶Consilia.] Vnde Augu dicit,q a puero nondum annículo paratus est doceri.vt 24.q.3. si hēs. aliàs stultus esse conuincitur,vt 22.dist.de Constantinopolitana Qui.n.bono cōsilio nō acquieſcit . amittere debet dignitatē exemplo Roboā , qui senioribus non acquieuit.7 q. 1.denique , vel ad instar vxoris Loth , quæ conuersa est in statuam salis,& dicit lex, q ex firmitate nituntur,q cōsilio geruntC de repu.l.1. cum etiam consilio clericorū debeat ēps disponere de rebus ecclesiæ. extra d ijs quæ fi. a prælā.sine cōle. cap. nouit.& iste nō excusat qū potuit scire,sed noluit.38. distin.qui ea nec iudici licēt deuiare a responsis prudentum. instit. de iure nat §.responsa.& dicit lex: quod tunc non prodest alicui ignorantia , qū potuit scire per se,vel per alium.ff.de bono. poss.

Doctrina ē ab elb accipienda.Consilio bono ē acquiescendum.

2 *Ad hoc. 37.d.§.vlt.c. non omnis.*

Ignorantia nō excusat illū qui scire potuit p se, vel per alium.

Digitized by Google

poſſ.in bonorum,ff.de iuris facti ign.regula.

a ¶Sapientum.] Prima q.1.eſtote.

b ¶Ab altero.] Supra,diſt.38.c.vlt.

c ¶Poſſit.] Nam omne artificium,&c.ff.de leg.3.ſeruis legatis,§.ornatricibus.

d ¶Diſtuliſti.]Hoc ideo, quia iſte erat legatus iſtius prouinciæ.

e ¶Sacerdotalis.]id eſt,epiſcopalis.

ADDITIO. Hoc ideo, vt magis verecundentur H. & hoc ſi publicè peccauit. 45.diſtinct.ſed illud alias ſecus, vt in gl. ſeq alleg.15.q.5.c.1 ſecũdum Io.de Fan.

f ¶Diſcere.]15.q.5.cap.1.

Vigilantib. iura ſcripta ſunt.

g ¶Dei timorẽ.] 28 d.quia ſunt.

NVnciatũ.] CASVS. Epiſcopi Cãpaniæ negligentes erant circa eccleſias, & monaſteria, & circa pauperes, & oppreſſos. Scribit ergo Grego. Antemio ſubdiacono, vt epiſcopos in vnum conuocet, & eos ſuper his reb. ita corrigat, & emendet, q̃ d ex zero apud Paſã, querela iterari ñ poſſit. quòd ſi negligentes fuerint, Romã tranſmittantur, vt ibi per diſtrictionẽ ſentiãt quàm graue ſit a prauis non corrigi.

h ¶Vigilãtes.]Nam vigilantibus iura ciuile ſcriptum eſt,ff.de ijs quæ in frau.cred. pupillus in fine.

i ¶Aliqua excuſatione.]Argu.in hoc caſu nõ licere appellare 1.Arg.].27.q.1 ſi cuſtos.& c.ſi homo arg.extra de appell. cũ ſit Romana. & c. reprehẽſibilis.dic in ſufficienti,ne ſit contra extra de offic.de leg.c.ex parte.

K ¶In ſe valeat.] Vt ſi ſtultus fuit in culpa,ſapiens ſit in pœna, vt 38.d qui cap. & 27.q.1.ſic cuſtos & c.ſi homo.

QVOD AVTEM. Hæc.d ſecũda pars huius diſtin. in qua probat duab. auctoritatibus,q̃ diaconi,presbyteri, & ſubdiaconi debent eſſe caſti.Io.de Fant.

CASVS Supra in 32. diſt. oſtenſum eſt de munditia ſacerdotũ,& diaconorum.Nunc vero dicit idẽ eſſe intelligendum de ſubdiaconis, & eſt iſte ſecundus articulus

CVm in p̃terito.] Hæc duo cap.intelligit H. & B. de matrimonio non contrahendo in tribus ſacris ordinibus,& in eccleſia oriẽtali.Eſt ergo caſus. In primo concilio Carthaginen. conſtitutũ fuit, vt epi,presbyteri,diaconi,& ſubdiaconi abſtinerent a matrimonio cõtrahendo ſicut a tempore Apoſtolorum fuit obſeruatum.Poſtea ſecundo fuit congregatum concilium ab ipſis epiſcopis: & fortè alij plures etiam prædictam conſtitutionem confirmauerunt,& approbauerunt.

tum [a], & recta ſuadentium nulla patiatur ratione ſuſcipere, vt quod per ſe nequit attendere, ab altero [b] ſaltem poſſit [c] addiſcere. *& infra.* ¶Quod ſi ita eſt,non ſine culpa tua eſſe cognoſcas, qui eum obligare, atque coercere, vt dignum eſt, diſtuliſti [d]. Quia ergo hoc totum non ſolum ipſum reprobat, ſed etiam ad ſacerdotalis [e] officij pertinere probatur opprobrium;volumus,vt eum coram alijs ſacerdotibus,& † quibuſdam de filijs ſuis nobilibus conteſtari pro hac re debeas,& hortari.Si verò (quod nõ credimus) poſt hanc adhortationem noſtram ſolito adhuc more negligens eſſe tentauerit;ad nos eſt modis omnibus tranſmittendus,vt hic poſitus diſcere [f] poſſit,quid, vel qualiter ſecundum Dei timorem [g] agere conueniat

Paulo.plenius apud B.Greg.

† *vel*] orig.

Ibidem paulo infe-rius.

Idem ad eundem lib.epiſt.33.

¶De eodem. Cap. II.

NVnciatum eſt nobis Campanię epiſcopos ita negligentes exiſtere,vt immemores honoris ſui,neq; erga eccleſias,neque erga filios ſuos paternæ vigilantiæ curam exhibeant, vel monaſteriorum ſolicitudinem gerãt, ſeu in oppreſſorum,& pauperũ ſe tuitionem impendant, Ideo hac tibi auctoritate præcipimus;vt eis a † te conuocatis,ex noſtro illos mandato diſtricte commoneas; quatenus deſides vlterius eſſe nõ debeant: ſed ſacerdotalem ſe habere zelum, & ſolicitudinem opere doceant; atque ita in his,quæ eos iuſte ſecundum Deum agere conuenit, vigilantes [h] exiſtant, vt nullum nos de eis denuo murmur exaſperet. Si quem vero eorum poſt hæc negligentem eſſe cognoueris;ad nos eum ſine aliqua excuſatione [i] tranſmitte: vt quàm ſit graue,nolle ab his,quæ reprehenſibilia, &c.maldè vituperanda ſunt, corrigi; regulari in ſe valeat [k] diſtrictione ſentire.

† *al. ad.*

2 *Quod autem de munditia caſtitatis ſacerdotibus imperatur,hoc etiam de quibuslibet altari ſeruientibus intelligendum eſt.*

Vnde in Carthaginienſi concilio 2.c.2. Aurelius epiſcopus dixiſſe legitur.

In Carthag. codicis canon.c.3.& 4.

¶Qui ſacramentis diuinis inſeruiunt, continentiam in omnibus ſeruent. Cap. III.

CVm in prẽterito [1] concilio de continentię,& caſtitatis moderamine tractaret,& gradus iſti tres cõſcriptione † quadam caſtitati per cõſecrationes annexi ſint Epiſcopos,inquam,presbyteros, & diaconos ita placuit, vt decet ſacroſanctos antiſtites, & Dei ſacerdotes,

† *al. conſtrictione caſtitatis per.*

1 ¶Cum in præterito.] Scilicet in primo Concilio Car-

1 Hoc ideo ga videtur appellatio interponi ad malitiã con tocundã.ar. C. de offic. prę.prat.ot. 1.extra de appe. ſuggeſtum.&c.ad noſtra. Sed tu dic excuſatione non ſufficienti. alias ſecus, extra de offic.de leg.ex parte Fan.Io. ue Fant.

1 Quod est 32. dist. placuit. cui interfuit Aug. ut 16. distin. c. sexta. uers. septima. secundum Io. de Fant.

Carthag. 1 Hoc cap. & sequens intelligit H. de matrimonio contrahendo, quod scilicet non licet presbyteris, vel diaconis.

a Qui sacramentis diuinis Inseruiunt.] idest, subdiaconi, & quod dicit inf. ea. ab uxoribus abstinendum, dicas de

dist. 31. c. aliter.

necnon & leuitas, vel qui sacramẽtis diuinis inseruiũt [a], continentes esse in omnibus; quo possint simpliciter, qđ à Deo postulant, impetrare: vt qđ Apostoli docuerunt α, & ipsa seruauit antiquitas [b] nos quoq; custodiamus. β Ab vniuersis episcopis dictum est. Omnibus placet, vt episcopi, presbyteri, & diaconi, vel † qui sacramenta cõtrectãt, pudicitiæ custodes, etiam ab vxoribus abstineant. Ab omnibus dictum est; Placet, vt in omnibus, & ab omnibus pudicitia custodiatur, qui altario deseruiunt.

† al. &

α ¶ Docuerunt.] *In vulgatis codicibus sequebatur*, exemplo, *quod est sublatum: quia neq; in ipso secũdo Carthaginiensi, aut impresso, aut manuscripto, neque in vnico codice canonum, cum quo Græcus canon conuenit, neque in uetustis Gratiani exemplaribus habetur: & ex glossa uidetur translatum in textum.*

β ¶ Custodiamus.] *In codice canonum cap. 5. unici Carthaginiensis sequuntur hæc*, Faustinus episcopus ecclesiæ Potentinæ prouinciæ Piceni, Legatus ecclesiæ Romanæ dixit, Placet vt episcopi, &c. *quæ in recentioribus Coloniensibus conciliorum editionibus adscripta sunt alijs characteribus. Verùm in prisca Coloniensi, duabus Parisiensibus, & codicibus Vaticanis legitur, quemadmodum apud Gratianum.*

Item ex concilio Carthaginiensi 5. c. 3.

De eodem. Cap. IIII.

In cod. can. cap. 25. In Africa c. 37. dist. 32. cap placuit.

† al. propria.

CVm de quorundam [c] clericorum, quamuis erga vxores [d] proprias, incontinentia referretur; placuit episcopos, & presbyteros, & diaconos [e] secundum priora † statuta etiam ab uxoribus continere; quòd nisi fecerint, ab ecclesiastico remoueantur [f] officio: cæteros autem clericos ad hoc non cogi; sed secundum vniuscuiusque ecclesiæ consuetudinem [g] obseruari debere γ.

γ ¶ Debere.] *In codicibus impressis hæc sequebantur*, contra Martinus Papa [si lector viduam duxerit,] vt supra legitur. Sed illud, vbi necessitas; hoc, vbi nulla necessitas vrget. *Quæ sunt expuncta; quia in uetustis codicibus, aut non habentur, aut sunt adscripta in margine.*

3 *Similiter, quòd Monogamus episcopus esse iubetur, etiam ad relictos ordines ecclesiasticos deriuari oportet.*

Vnde Syricius Papa Himerio Tarraconen. episcopo, epist. 1. cap. 11.

¶ Laica sit tantùm communione contentus clericus viduam, aut secundam ducens vxorem. Cap. V.

Ans. lib. 8. c. 5. Iuo p. 6. cap. 51.

QVisquis

cas de ducendis: & secundum hoc suppletur hic, qđ dicitur in c. seq in quo non fit mentio de subdiaconis, p illud quod habemus 32. distin. placuit. in quo sunt ferè eadẽ uerba, & est similiter Carthag. concil. & hic dicit H. ꝙ Apostoli non instituerunt nõ utẽdo iã contracto: quia si Apostoli hoc instituissent, orientales hoc admisissent 2: Alij uero intelligũt ea de cõtracto. & qđ dicit infra, etiam ab vxoribus, dicũt aut legitimè sibi copulatis aut de facto. Nã dicunt, ꝙ ista * cap. facta fuerunt ante tp̃s Gregorij, qui introduxit continentiam ministris. 31. d. ante triennium, idest subdiaconis: presbyteris verò & diaconis Syricius introduxit. immo dicunt, ꝙ olim sacerdotes potuerunt cõtrahere aũ Syriciu, vnde & Moyses cõtraxit. Exponũt ergo Apostoli docuerunt exẽplo & ope, & admonitione. secundum Hug non institutione, vel constitutione secundum alios.

* Vide notata supra dist. 31. in uerb. Grat. in princ.

b ¶ Antiquitas] A tempore Syricij hic vocat antiquitatem. 82. dist. plurimos.

CVm de quorundam.] CASVS. In concilio Carthag. 6. relatũ fuit, ꝙ quidam clerici cõtinentiam non seruabant, & ideo statutũ fuit, vt epi, presbyteri, diaconi, & subdiaconi abstineãt ab vxoribus ducendis; & si duxerint, deponantur. Cęteri aũt clerici ad hoc cogi nõ debẽt, sed vniuscuiusque ecclesiæ cõsuetudo debet seruari, sed ergo Barth. Brixien. satis credo, ꝙ hæc duo ca. intelligi possũt in ecclesia occidentali, & de matrimonio iã contracto, quo vti non debent clerici in sacris ordinibus constituti. Et ita formabis casũ, vt supradicti nõ vtãtur matrimonio iam contracto promissa iam continentia cum uxoribus, & bene ẽt dixit quosdam sic intelligere.

c ¶ De quorũdam.] ordo. cum referretur de incõtinentia quorundam clericorum, placuit.

d ¶ Vxores.] Cum quibus professi erãt continentiã seruare.

e ¶ Et diaconos] Et subdiaconos. 32. dis. placuit. ubi sunt eadem uerba.

f ¶ Remoueantur.] sup. d. 81. ministri.

g ¶ Consuetudinẽ.] 32. dist. cap. placuit. & cap. quoniam in quibusdam.

SIMILITER. Hæc est tertia pars huius dist. in qua probatur, quod nullus bigamus potest esse clericus. Io. de Fant.

CASVS. Supra 25. d. dictũ est, quòd eps debet esse monogamus. Nunc autem dicit Gratia. idem esse seruandum in alijs clericis, & iste est tertius articulus.

QVisquis.] CASVS. Tarraconensis episcopus quæsiuit

2 Vt contra 31. d. aliter.

fiuit à Syricio Papa quid debeat fieri de clericis, qui ducunt uiduas, vel secundam uxorem. Et respondet, ꝙ debent deponi, & inter laicos redigi.

a ¶Clericus.] In minoribus ordinibus constitutus, quia de alijs non posset intelligi 1.

b ¶Viduam] sup. d. 34. lector. contra. 10.

c ¶Duxerit.] Et ita non incidit in canonem, qui eum verberauit. & hoc uerum erat tẽpore Syricij, qui præcessit Innocẽtium, qui edidit illud. 17. q. 4. si quis suadente. Sed quid hodie? H dicit, ꝙ incidit, quia iste coronam tenetur portare. extra de vit. & hon. cle. clericus. Tu dic, ꝙ vbi contraxerit cũ corrupta, uel vidua, statim priuatur omni priuilegio, prout hoc. c. dicit, & c altercationis. constit. Greg. X. de big. lib. 6. Si uero cũ virgine, tunc est in eius optione, an uelit retinere priuilegiũ, an non Si vult retinere, portabit coronã, & viuet clericaliter: si non, exuitur omni dignitate & honore clericali, licet quidã cõtradicant. Io. hoc hodie corrigitur per decre. extra de cler. coniug. Ioã B. Item patet hic, quod priuilegiũ perditur per actum contrarium, ut extra de constit. cum accessissent, & cap. cum M.

d ¶Quam.] Scilicet communionem.

e ¶Possidere.] Argu. incorporalia possidere, de hoc dixi 2. q. 2. nullus 2. & sciẽtia possidetur 2. vt 16. q 1. reuertimini. imò lex dicit plane, quod ius possidetur ff communia præd. l. 2. extra de can. posse. cum ecclesia. & ita facit ad hoc, quod restitutio communis possit peti, ut aliarum rerum

PRESBYTERORVM. Hæc est 4. pars dist. in qua dicitur, quod senes presbyteri non uocantur nisi propter sapientiam tantum, non autem propter ætatem. Ioan. de Fan.

CASVS. Hic est quartus articulus, ubi ostendit, ꝙ licèt presbyter dicatur propter senectutem, magis tamen cõgruè dicatur propter sapientiam.

f ¶Maturitatem.] idest, sapientia, scientia, & moribus. 1. q. 1. uilissimus.

PORRO.] CASVS. Anacletus probat in hoc c. ꝙ duplici de causa dicitur presbyter, scilicet propter ætatẽ, & hoc ostendit exemplo Moysis; qui cum no posset sustinere laborem ad populũ gubernandũ, elegit ex præcepto Domini 70. presbyteros, idest seniores Israel, qui cũ eo populũ gubernarẽt. Similiter ostendit, ꝙ presbyter vel senior dr̃ pp sapientiã. & hoc probatur exemplo Abrahæ, vsq; ad tempus eius, licèt homines viuissent nongentis annis & amplius, nullus tamen dictus est presbyter, idest, senior, nisi Abraham, qui paucioribus annis legitur uixisse.

g ¶Sapientiam.] inf. 35. q. 6. c. 2. sic 20. d. de quibus. ff. de iure immu. semper, ff. de fide instru. l. 2. & l. ult. arg. con-

1 Nam si primo tales cõtraxissent bigamiã, ordinari nõ possent 32. d. si quis viduarum. 50. d. non confidat. Arch.

Clericus cõtrahens cum corrupta pdit oẽ priuilegiũ clericale.

clericus [a], aut viduam [b], aut certè secundam coniugem duxerit [c], omni ecclesiasticæ dignitatis priuilegio mox nudetur; laica sibi tantum cõmunione concessa. Quam [d] ita demum poterit possidere [e], si nihil postea, propter quod hanc perdat, admittat.

4 *Presbyterorum verò nomen, quamquam à senectute sit sumptum, magis tamen maturitatem* [f] *indicat sapientia, quàm canicies corporis.*

Vnde Anacletus ad episcopos Italiæ, epist. 2.

¶Presbyteri seniores dicuntur non tam ætate, quàm sapientia. Cap. VI.

PORRÒ Moysi præcipitur, vt eligat presbyteros [† idest seniores.] Vnde & in prouerbijs dicitur [Gloria senũ canicies,] hæc † verò canicies sapientiam [g] designat, de qua scriptum est [Canicies hominum prudentia est.] Cumque nongentos & amplius annos ab Adam vsq; ad Abraham vixisse homines legerimus; nullus alius [h] prius appellatus est presbyter, idest senior, nisi Abraham, qui multo paucioribus vixisse annis conuincitur. Non ergo propter decrepitam senectutem: sed propter sapientiam presbyteri nominantur.

Anſel. lib. 7. c. 96. Burch. li. 2. c. 5. Iuo p. 6. c 25. *Prouerb. 20.* † *al. hic.*

Num. 11. Exod. 29. † Absunt ista ab or. *Sap. 4. Apud. 70.*

DISTINCTIO LXXXV.

HOspitalitas verò vsque adeò episcopis est necessaria, vt si ab ea inueniantur alieni, iure prohibeantur ordinari.

Vnde Gregorius scribit Ioanni episcopo, lib. 12. epist. 6.

¶Hospitalitatem nescіens non fiat episcopus. Cap. I. Io. Dia. ff. 3. c. 11.

ARchidiaco-

Incorporalia dñt qñq; possidere.

2 Et iõ ius eligendi p̃scribitur, ꝙ dic, ut plene nc. Goff ext. de elect. humana. & hic adde qđ no. 1. q. 1. nullus episcopus.

3 Vbi patet ꝙ qs repellitur pp defectũ ætatis. Archid.

h ¶Alius.] Ante Abraham Melchisedech enim fuit sacerdos contemporaneus Abrahæ.

ADDITIO. Quidam opponunt textui de isto Melchisedech sed dic secundum Lau ꝙ non legimus eum appellatum presbyterum, licet sacerdotem. De hoc etiam no. 63. dist. porrò Archid.

HOspitalitatis.] Hic ponitur 85. dist. in qua de hospitalitate tractatur, quam si quis nõ habuerit, ordinari prohibetur.

ARchidiaconum.] CASVS. Vacante ecclesia Anconitana, tres fuerũt ibi electi, non temeritate concertantiũ, sed bono zelo. Primo, archidiaconus eiusdẽ ecclesiæ, qui dicebatur Florentinus. Secõ, fuit electus Rusticus diaconus eiusdẽ ecclesiæ. Tertio, Florentius diaconus ecclesiæ Rauẽnatis: sed archidiacono Florentino tria obijciebãtur. s. ꝙ erat senex, & nullo mõ ad regimen assurgere posset; & ꝙ sic erat tẽnax, ꝙ in domo sua nunquã amicus ad charitatẽ intrasset, & qa iuraverat se nunq̃ fore eps̃m. Rustico vero, li-

eo, licèt homo vigilis esset, obijciebant, quòd Psalmodiam ignoraret. Florentius verò Rauennatis ecclesiæ diaconus nesciebatur qualis esset, licèt solicitus diceretur. Scribit ergo Gregor. Ioanni episcopo, vna cum episcopo Armenio Anconitanæ ecclesiæ visitatore, vt in-

†*al. Florentinum, al. Florentinum archidiaconum.*

num † Florentinũ [a] ecclesiæ Anconitanæ, qui ad episcopatum fuerat electus, scripturæ quidem sacræ scientiam habere; sed ita ætatis senio [b] iam confectum accepimus, vt ad regiminis officium non possit assurgere: adijcientes etiam ita illum tenacem [c] existere, vt in domo eius amicus ad charitatem nunquam introeat. Rusticus autem diaconus eiusdem ecclesiæ, qui similiter electus fuerat, vigilans quidem homo dicitur; sed, quantum asseritur, psalmos ignorat. Florentium verò diaconum ecclesiæ Rauennatis, qui ab omnibus [d] electus dicitur, solicitum esse nouimus; sed qualis sit interius, omnino non scimus. Ideoque fraternitas tua vna cum fratre, & coepiscopo nostro Armenio suprascriptæ ecclesiæ Anconitanæ

†*al. de vita, & moribus.*

visitatore illuc festinet accedere, & diligenter de moribus † singulorum [e] requirere, si de nullo sibi sunt crimine conscij, quod eos ad hoc officium vetet accedere. Pariter etiam requirendum est, si hoc, quod de præfato archidiacono dictum est, quia nunquam amicus domum eius ingressus est, si ita se veritas habeat, & vtrum ex necessitate, an ex tenacia † talis sit; aut si ita senex est, vt ad regendum non possit assurgere; vel si tactis sacrosanctis [f] Euangelijs (sicut nobis nunciatum est) iusiurandum præbuerit, nunquam se ad episcopatum accedere. Sed & de Rustico diacono, quantos [g] psalmos minus teneat, perscrutandum est. Florentio autem diacono Rauennati, si nullum, sicut diximus, crimen est, quod obsistat, apud episcopum [h] eius agi necesse est, vt ei dẽat cessionem concedere: non tamen ex nostro mandato, vel dicto; ne contra suam voluntatem [i] eum cedere † videat.

†*al. concedere*] in recentioribus editionibus

hoc inquiri, si propter hoc non repelleretur? H. distinguit si iurãs hoc intellexit, & nollet recipere episcopatum quæcunque necessitas instaret, iuramentum tale nullum fuit: nec tenetur illud seruare, vt 7. q. 1. scias. 8. q. 1. in scripturis 2. Sed si alio modo intellexit, venialiter peccauit, quia temere iurauit, vt 22. q. 4. §. si licitum. Sẽ per autem intelligitur iuramentum esse temerarium, cum nõ subeat necessitas, 3, vt extra de iureiur. & si Christus. Si autem ignoratur, an generaliter intellexerit, vel nõ: tunc p̃ sumo, q̃ tantum de licitis iurauerit, licet generaliter iurauerit, vt extra de iureiu. ad nostram. Sed nunq̃d tale iuramentũ excludit. electũ? Non vr̃, vt extra de renũ. cũ inter. in fine, extra de iureiurã. sicut nostris. Nec temerarium iuramẽtũ repellit a beneficio, vt extra de testi. spo. solicite. nec a testimonio, vt extra d̃ testim. intimauit. extra de testib. cog. peruenit. cũ pœnitentia vnius anni imponat̃ pro temerario iuramento, vt 22. quæst. 4. qui sacramento. E cõtra videtur, quòd nõ possit eligi, vt hic patet: sicut nec eligere põt, qui illud iurauit, vt extra quod me. cau. ad aures. Itẽ, quia etsi esset illicitum, tamen propria auctoritate non potest venire contra illud, vt 22. q. 4. innocens. extra de electio. venerabilem. Item quia lex dicit, q̃ gratia ei facienda est, qui hoc iurauit s. se ordini non interfuturum, vt ff. ad municip. Imperatores non ergo est ius commune. Sol. credo quod possit eligi dummodo pœnituerit de tali delicto: quia temerariũ iuramẽtum non irrogat perpetuam infamiam iudicio meo, sed tantum solemne. Ioan. Ego credo Ioannem benedicere. B.

1 Adde ad hoc qd̃ le. & not. extra de præb. cũ iam dudũ 16. q. 7 & hoc. in fi. ver. & arbitror.

2 Ad idem 16. q. 1. §. nos autem secundum Laur.

3 Vel dr̃ temerarium i. de re illecita factũ, vt no. 22. q. 4. diffinitio. Arch.

Senectus impedit promouendum.

Auaritia promouendum impedit.

Canonicus de gremio p̃fertur, & extraneo.

Maiores minoribus in electione præferuntur.

Iurãs ad epi scopatũ non accedere, an sit ab episcopatu repellẽdus.

Subditũ laxare non cogitur quis.

4 Scilicet multum, sic no. Io. & B. extra de verbo signi. olim. in gl. vl. in fi. Arch.

a ¶ Archidiaconum Florentinum.] Alias Florentium archidiaconum proprium nomen, vel quia inde fuit.

b ¶ Senio.] Ecce q̃ senectus impedit promouendum, sed non dejcit promotum, vt 7. q. 1 petisti. extra de renũcia literas.

c ¶ Ita tenacem.] Nota, q̃ auaritia impedit promouendum, vt 41. d. §. 1. 1. nam domus clerici erit omnib. communis 16. q. 1. quoniam.

d ¶ Qui ab omnibus.] Ideſt a minori parte capituli. Vel dic, quod hic plures simul fuerunt electi, vt si quis reprobaretur, alter assumeretur, vt 16. d. studij, & 59. d apostolica.

e ¶ Singulorum.] Item hic patet, q̃ primo examinantur electi de propria ecclesia, quam de extranea: & satis patet hic, q̃ licet extraneus electus sit a maiori parte, q̃ tamen præfertur ille qui est de gremio ecclesiæ, vt dixi 61. d. c. nullus inuitis, & c. quid proderit. Item hic prius examinatur archidiaconus tanquam maior, quam diaconus: quia maiores, & semotes semper præferuntur in electione minoribus, vt 74. d. episcoporum, & 75. distinct. cap. vlt.

f ¶ Sacrosanctis.] videtur ergo, q̃ propter tale iuramentum aliquis repellitur ab epãtu. quare. n. iuberetur de-

g ¶ Quantos.] De iure debet totum psalterium scire. 38 d. omnes, & 23. d. qui episcopus. extra de elect. cum nobis olim.

h ¶ Apud episcopum.] Not. q̃ aliqs ante potest eligi, quam postulari a suo episcopo 76. d dilectionis, & 63. d. literas, extra de renun. post translationem.

i ¶ Voluntatem.] Arg. cõm non debere cogi, vt cõcedat clericum suum sine voluntate sua. arg. d. 63. literas. 76. d. dilectionis, nam nemo cogitur aliquem a sua potestate liberare, C. de emanci. nec auus, nec cogitur quis inuitus mutare familiam, C. de adop. l. pen. §. 1. similiter, nec abbas compellendus est monachum suum concedere 1 q. 1. quam pio. & 58. d. c. 1. & 2. ita nec episcopus in Auth. de sanctis episcop. §. nullum autem episcopum. Item argum. quod mandatum Papæ sic est interpretandum, vt nulli faciat præiudicium 4 vt 9. q. 3. nunc vero, extra de offic deleg. super eo. 99. distinct. ecce. C. de emancip. nec auus.

Docto-

DOctorem.] Hęc di. diuiditur in 4. partes; in quarum prima probat tribus auctoritatibus, q̃ eps & q̃libet prælatus debet subditos corrigere benigne: in aut̃, eorũ peccata imputantur illis Secũda ibi. [Si aut.] Tertia ibi, [In doctrina.] Quarta ibi. [Liberale.] Quinta ibi, [In ipsa. Sexta ibi, [Similiter.] Septima ibi, [Vel percussor.] Octaua ibi, [Prohibetur.] [Io. de Fan.

CASVS. Repetit hic Gratianus illud cap. apostolicæ regulæ oportet episcopum esse Doctorem, vt inferiorum culpæ in eũ non refundantur: quod fieret si nesciret docere, vel negligeret] Et habet hęc 86. d 7. articulos, qui in suis locis distinguentur.

a Doctorem autẽ.] In hac di. 86. repetit illud capitulum apostolicæ regulæ: oportet episcopũ esse doctorem. Hæc autem doctrina debet cõsistere in disciplina correctionis, & i sermone predicationis In disciplina, vt corrigat ex charitate, & cũ lenitate: nõ ex odio: nec modũ excedat in correctione. sed si excesserit, veniã cogit̃ a subditis postulare 1. In sermone prędicationis. scilicet, vt prædicet sciẽtiã sacræ scripturæ, non humanę. infra eod. cum multa. Replicat etiã in hac distinctione capitulum, oportet episcopum esse hospitalẽ: sed verbis aliis, scilicet, oportet episcopum esse liberalem. Lau.

Doctrina epi in quo consistat.

1 vt inf. ea. c. quando.

DISTINCTIO LXXXVI.

DOctorem autem [a] episcopum oportet esse, ne inferiorum culpæ in eum refundantur, qui docendi officium accepit, quod exequi nescit, vel negligit.

Vnde Leo episcopus scribit Aquileiensi episcopo, epist. 3. & 84. seu 86.

¶Negligentiæ rectorum imputantur culpæ inferiorum Cap. I.

INferiorum culpæ [b] ordinum, ad nullos magis referendæ sunt, quàm ad desides, negligẽtes q; [c] rectores: qui multam sæpe nutriunt pestilentiam, dum austeriorem [a] dissimulant adhibere medicinam. Anſ. l. 6. c. 155.

a ¶Austeriorem:] Sic legitur in epistola 84. Verum in epistola tertia eiusdem Leonis legitur, necessariam. Reliqua vtrobique eadem sunt.

Item Leo episcopus Rustico Narbonensi episcopo, epist. 90. seu 92. in princ.

¶Homines sunt diligendi, peccata odio habenda. Cap. II.

ODio habeãtur peccata, non homines [d]: corripiantur tumidi, tolerentur infirmi: & quod in peccatis seuerius castigari necesse est, non sæuientis [e] plectatur animo, sed medentis [f].

Item Ioannes VIII.

¶Qui negligit emendare quod valet, facientis culpam habet. Cap. III.

FAcientis [g] culpam proculdubio habet, qui, quod potest corrigere, negligit emendare [h]. Scriptum quippe est: [Non solum, qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus: participes iudicãtur. ¶Et libat Domino prospera, qui ab afflictis pellit aduersa. Et negligere, cũ possis deturbare peruersos; nihil aliud est, quàm fouere, Greg. l. 7. reg. epist. 114. indict. 2. Pelagius. 2. ep. 3. Eleuterius su. d. 83. c. error. 2. q. 7. negligere & 23. q. 3. ca. qui potest. Iuo p. 6. c. 115.

d ¶Non homines.] 23. q. 4. duo ista. inf. de pẽn. d. 1. quamobrem supra d. 45. sunt namque.

e ¶Non sæuientis.] Quia hoc solum bene agitur, vt vita hominum corrigatur, &c. infra. de pẽn. d. 1. importuna, &c. quia diuinitatis 24. q. 3. cum sancti. Vitam hominum corrigi bonum est.

f ¶Sed medentis.] Vt 23. q. 5. prodest, est etiam opinio similis in auth. de manda. prin. §. non permittas. 2. coll. 3. Laur.

a Aliàs incipit, q̃ si delinquentes,

FAcientis.] Aliàs incipit, culpam proculdubio faciẽtis.

CASVS. Quidam prælati in propriis personis non delinquebant, sed delinquentes corrigere negligebant: sed dicit Ioan. Papa. Non sufficit prælatos non peccare in propria persona, si delinquentes non corrigant: ideo hortatur eos, vt sint vigiles circa delinquentes corrigendos: ne prælatis culpæ delinquentium imputentur.

g ¶Facientis] Hic Io. ligat arenas sine cæmento, & idẽ decies dicit. B.

Arenæ non sunt cęmento ligandæ.

h ¶Aemendare.] Culpam habet facientis qui negligit. hoc exaudi post admonitionem, arg 28. q 1. si custos nã alias esset eadem pœna negligentiæ, & cooperationis, quod falsum est. 1. q. 1. quidquid.

a ¶Et

ADDITIO. vt inf. ea. fratrem cum ca. seq. vsque ad §. fimiliter, vbi repetit cap. non parcus, sed alio modo. in ca. fi. repetit cap. non cupidus. Archid.

INferiorum culpæ.] CASVS. Aquileien. patriarcha nõ corrigebat vitia subditorum: vnde Leo ipsum reprehendit: & ostendit, q̃ inferiorum culpæ prælatis negligentibus imputantur: & dum vitia corrigere negligunt, faciunt in populo pestilentiam.

b ¶Inferiorum culpæ.] Nota quòd per culpam subditorum probatur negligentia prælati, vt 18. d. propter, & ca. peruenit.

c ¶Negligentesque.] Propter negligentiam ergo bene punitur aliquis. de consecr. d. 1. nemo. 2. ff. ad leg. Aquil. si seruus, §. si fornicarius. 81. d. dictum Io.

ODio.] CASVS. Dicitur hic, quòd peccatores tumidi sunt corrigendi, & infirmi, qui ex fragilitate peccant, tolerandi, & cum correctio fit, ex charitate fiat. nõ ex odio,

Innocentiæ gradus sũt tres,

a ¶Et primus.] Nam tres sunt innocentiæ gradus. 23. q.4.ita plane primus est, malum non facere; secundus est facientibus non consentire: tertius peccantes si potest corrigere.45.dist.c.tria.& c. duæ.

b ¶Alieno.] inf.6.q.1.qui crimen.in fi.37.dist.legant vnde

Nec caret scrupulo consensionis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare.Et probat odisse se uitia,qui condemnat errantes. Nec relinquit sibi locum deuiandi, qui non pepercerit excedenti. Et primus [a] innocentiæ gradus est odisse nefanda. Et latum pandit delinquentibus aditum, qui iungit cum prauitate consensum. Et nihil prodest alicui non puniri proprio,qui puniẽdus est alieno [b] peccato.

*¶Caput hoc ex varijs sentẽtijs hinc inde collectis confectum est: quarum prima vsque ad ver.*emendare *sumpta est ex epistola B.Gregorij 114.lib.7.indic.2.Theoderico,& Theoberto Regibus Francorum.*

2 *Si autem in corripiendo quis modum excesserit, non à subditis, sed à Domino veniam petat.*
Vnde Augustinus de vita clericorum.

¶Veniam à subditis non petat, qui in corripiendo modum excesserit. Cap. IIII.

Iuo p.6 c.384. † *in ipsis*]orig.

QVando necessitas disciplinæ, minoribus coercendis dicere vos verba dura [c] compellit; si etiam ipsi † modum vos excessisse sentitis: non a vobis exigitur, vt ab eis veniam postuletis;ne apud eos [d], quos oportet esse subiectos,dum nimia seruatur humilitas, regendi frãgatur auctoritas [e]. Sed tamen petenda est venia ab omnium Domino,qui nouit etiam eos,quos plus iusto forte corripitis,quando beneuolentia diligatis [f].

c ¶Dura.] Nimiũ & tunc peccat prælatus venialiter.23 q.4. q peccat.in fi.sic &c q pauperem exasperat importune petentem 25.di.§.criminis in fra.2.quæst. 7.nos si contra. Sed illud ex humilitatis leuitate: hoc ex auctoritate p̃ laturæ: vel subaudi, illud est causale, & volũtarium. hoc autẽ regulare,& necessarium. Vbi autem p̃latus ex odio modũ excessit, debet veniã postulare: quia tenetur iniuriarum. ff. ad legem Aquil. quemadmodum. §; magistratus. Iõ autem magis parcitur prælatis. supra in hoc casu, quàm in aliis: quia vix potest quis in cura rei familiaris peccatum euitare. 25.d qualis. Vel hoc exaudi vbi modum ignoranter excessit:quo casu nõ tenetur.ff.vi bo. rap. l.2.§. si publicanus. officiatis enim facilius parcitur quàm aliis, vt ibi patet, vt extra de senten. excom si vero.

Prælatus modum excedens in correctione, audẽat à subditis venia petere.

d ¶Ne apud eos] 2. q.7.nos si incompetenter.contra.

e ¶Frãgatur auctoritas.] Augere enim ex ingenio debet dignitatem: quia sæpe nimia familiaritas contemptũ generat. ff.de officio p̃si. obseruandum.ff.de officio proconsulis ne quidquam.§.circa,quod verum est inter fatuos, ita exponebat Azo, vt ab eo audiui.Io.illa ergo auctoritas. Vade prius reconciliari fratri tuo anteq̃ offeras ad altare, de prælatis non intelligitur, nisi quando ex odio procedunt.

Familiaritas nimia parit contẽptum.

f ¶Diligatis.] Idest, diligere debeatis.

IN DOCTRINA. Hæc 3. pars dist. & tertius articulus,vbi continetur, quòd prælati debẽt proferre auctoritates diuinæ scripturæ in sua doctrina, & non grammaticam exponere: quia in ore pontificis non bene sonant laudes Iouis.

3 *In doctrina verò sacræ scripturæ, auctoritatem debet episcopus præferre, non sæcularium literarum peritiam ostentare. Non enim episcopalis officij est grammaticã exponere,ne laudes [g] Iouis personent ore pontificis.*
Vnde Gregorius scribit Desiderio episcopo, lib. 9.epistola 47.

g ¶Ne laudes.] Iupiter ex alto periuria ridet amantum.

¶ De vita.] Inter opuscula B.Augustini anno Domini 1481. Parmæ impressa, sunt tres sermones de cõmuni vita clericorum; ex quibus in vulgatis tomis operum B. Augustini, tomo decimo referuntur duo sub nu.52.& 53. ad fratres in heremo. Tertius autem cum epistola 109.omnino conuenit:sed quæ in epistola diriguntur ad monachas, in sermone diriguntur ad viros. Ex istis tribus sermonibus de communi vita clericorum multa capita accepit Gretianus(vt suis locis notabitur)et hoc quidem ex tertio.

vnde expone, idest, alieno, de consensu alieni peccati. nã regulariter de alieno peccato nullus punitur,saltem in alio sæculo.1.q.4.iam itaq;. & c. crimen.& 83.dist. quid prodest.&].ea.quid prodest.7.q. 1.§. cũ aũt Io. ¶ SI AVTEM. Hæc est secunda pars huius distin.& secundus articulus, vbi dicitur, quod si prælatus excedat corrigendo, non debet petere veniam a subditis, sed à domino.

QVando] CASVS Quidam prælati dum ex charitate corrigerent subditos ; excesserunt modum in

CVm multa. CASVS. Multa bona relata ſunt Greg. de epiſcopo Deſiderio: de quibus lætatus eſt Papa intantum etiam, ꝙ quicquid dignum peteretur ab eo, concederet. Poſtea fuit ei ſignificatum, quòd Grammaticam ſuo populo exponeret, propter quod intantum Gregor. eſt contriſtatus, quòd totum gaudium, quod prius habuit, conuertebatur in luctum. Scribit ergo ei Greg. & docet ne de cętero tali a faciat: quia laudes Iouis cum Chriſti laudib. non conueniũt.

¶Sacram ſcripturam, non Grammaticam debet epiſcopus exponere. Cap. V.

CVm multa nobis bona de veſtris fuiſſent ſtudijs nũciata, ita cordi noſtro nata eſt lætitia, vt negare [a] ea, quæ ſibi fraternitas veſtra concedenda popoſcit, minimè valeremus. Sed poſt hoc peruenit, ad nos (quòd ſine verecundia memorare non poſſumus) fraternitatem tuam, Grammaticam [b] quibuſdam exponere. Quam rem ita moleſte ſuſcepimus, ac ſumus vehementius aſpernati, vt ea, quæ prius dicta fuerunt in gemitum & triſtitiam verteremus [c]: quia in vno ſe ore cum Iouis laudibus [d] Chriſti laudes non capiunt [e]. Et quam graue, nefandumque ſit epiſcopis; canere, [f] quod nec laico religioſo conueniat, ipſe conſidera.

Burc. l. 1. c. 97. Iuo p. 4. c. 161. & p. 5. c. 199.

4 *Liberalem* [g] *quoque neceſſitatem patientibus ſacerdotem eſſe oportet: aliàs autem vacuum portabit nomen epiſcopi.*

Vnde Gregorius ſcribit, lib. 5. epiſt. 29. ſeu. cap. 129. Secundino ſeruo Dei inter cætera.

¶Sine liberalitate inane portatur nomen epiſcopi. Cap. VI.

FRatrem noſtrum Marinianum [h] epiſcopum verbis, quibus vales, excita: qa obdormiſſe eũ ſuſpicor, *et infra.* ¶Dic ergo ei, vt cum loco mutet [i] & mentem. Non ſibi credat ſolam lectionem, & orationem ſufficere, vt remotus [k] ſtudeat ſedere, & de manu minime fructificare: ſed largam manum habeat; neceſſitatem patientibus [l] concurrat; alienam inopiam, ſuam credat: quia ſi hæc non habet, vacuum [m] epiſcopi nomen [n] tenet.

ς *In ipſa autem liberalitate modus adhibendus eſt rerum, & perſonarum: rerum, vt non omnia, vni, ſed ſingulis quædam præſtentur: vt pluribus prodeſſe poſſimus: iuxtà illud Prophetæ:* [*Diſperſit, dedit pauperibus:*] *perſonarum, vt primum iuſtis, deinde peccatoribus: quibus tamen dare prohibemur, non quia homines ſunt, ſed quia peccatores:* Pſal. 111.

Preces iuſtæ ſunt exaudiendæ.

Fabulas poetarum prædicando, moraliter exponere non multum laudatur.

Et hoc patet ibi, cum laudibus Iouis, &c. Laud.

Ouidius.

a ¶Vt negare.] Arg. ꝙ ſi ſubditus honeſtus eſt, ꝓlatus eius iuſtas preces eius debet exaudire. inf. 12. q. 2. religioſam & 35. q. 9. veniam.

b ¶Grammaticam.] Sed qũo iſte exponebat grammaticam populo, qa fortè dicebat: cum ego dico, homo, intelligatis tã de mare, quàm de fęmina; quia communis generis eſt. ff. de verbo ſign. hominis appellatione. Sed melius dic, ꝙ grãmaticã hic appellat ſcientiam auctorũ. Recitabat enim in eccleſia fabulas Iouis, & eas moraliter exponebat in prædicatione ſua 1.

c ¶Verteremus.] i. deberemus vertere.

d ¶Laudibus.] ſup. diſtinct. 37. cap. 1. & 2. cap. legimus, & §. cur ergo.

e ¶Non capiũt.] Vn de Ouidius. [No bene cõueniũt, neq; in vna ſede morantur Maieſtas, & amor, &c.

f ¶Cauere.] Laudes Iouis agmina Chriſti.

LIBERALEM. Hæc eſt quarta pars diſtin., & quartus articulus: vbi dicitur ꝙ epiſcopus debet eſſe liberalis circa egentes: alias vanum habet nomen epiſcopi.

g ¶Liberalem.] Hic §. reſpicit illum §. proxi. ſupra d. 85 hoſpitalitas.

ADDITIO. Et ſcias, quòd hoſpitalitas dicitur in recipiendo & procurãdo ſecum in domo: liberalis eſt aliàs largus, & munificus, licet non hoſpitetur alios, ſecundum Hug.

FRatrem noſtrum] CASVS. Marinianus de monacho factus eſt epiſcopus: & nolebat aliud facere, niſi legere & orare, ſicut in monaſterio conſueuit facere: ſe d de pauperibus, & hoſpitibus nullam curam habeba t. Vnde Greg. ſcribit Secundino ſeruo Dei, vt moneat eum quatenus habeat largam manum, & pauperibus p tonideat.

h ¶Marinianum.] Iſte de monacho factus fuit epiſcopus: & tota die volebat legere, vt in monaſterio faciebat.

i ¶Mutet.] Supra d. 81. valebat infra d. 10 rationis.

k ¶Vt remotus.] Infra. d. 88. epiſcopus nullam contra. Sed aliud eſt nulla neceſſitate faciente curã rei familiaris

l ¶Patientibus.] Magis tamen religioſis ſuccurrat. 16. q. 1. c. vlt.

m ¶Vacuum.] Quo ad etymologiam: quia nõ eſt ſuper intendens. 8. q. 1. qui epiſcopatum.

n ¶Nomen.] Immo nomine & re priuandus eſt, vt 88. d. quæ ipſis. 68. d. choriepiſcopi 2.

IN IPSA. Hæc eſt quinta pars diſt. in qua dicitur, ꝙ epiſcopus non debet dare hiſtrionibus, nec venatoribus, nec meretricibus: niſi forſan in ſumma neceſſitate intuitu naturæ, & hoc probat 10. auctoritatibus, loſ. de Fant.

CASVS. Hic eſt quintus articulus, vbi docetur ꝙ in liberalitate habendus eſt modus rerum, & perſonarum Re-

Epiſcopus ſuperintendẽs dicitur. 2. 2. q. 7. §. quibus ergo C. de ſer. a nullo Arch.

Rerum, vt non omnia dentur vni, sed singulis diuidãtur, quod probatur auctoritate psalmi. Personarum. vt primo iustis subueniamus, postea peccatoribus, quib. debemus subuenire in eo, quod sunt homines, & nõ in eo, quod sunt peccatores. quod per sequentia probat.

¶ Pro-

mulat, qui populum vocibus delectat, vt 92. distinct. in sancta. sed ad laudẽ Dei bene, vel ob aliam iustam causam: puta recreationis: quia debilis est vel infirmus est, de consec. dist. 3. peruenit. versi. fin.

ADDITIO. Dum tamen obscœnos motus corporum ante se fieri nõ patiatur. 34. dist. presbyteri. de consecr. distinct. 5. nõ oportet. Archid.

c ¶ Peccator.] infra q. 4. duo.

Q Vi venatorib.] Not. ꝙ venatio quędam op pressiua est, & hæc illicita est, vt supra. distin. 6. §. vlt. quædam arenaria, quędam saltuosa. Arenaria est, cum quis pugnat in arena cum bestia dẽ tata, & ad hoc locat operas suas, hãc qui exercet, peccat mortaliter & qui eã aspicit: & qui eam exercet, infamis est: nisi gratia vitium suarum experiendarum. ff. de postulat. l. 1. ff. item senatus. De hac loquitur hoc cap. & duo seq. & 3 q. 7. §. tria. Saltuosa est, quę fit in siluis & saltibus, & hæc licita est: tamen est, illicita ex tempore, vt in Quadragesima, & diebus ieiuniorum. inf. eo. s. an putatis. nisi in necessitate. argum. inf. 23 q. 8. si nulla. Item ex psona: qa clerico nõ est licita, etiam si pauper sit secundum quosdam, vt 34. dist. quorundam, qui potest aliàs victũ quęrere. 81. distinctio. clericus. nam faciat cistas & calathos & retia. de consecr. distinct. 5. nunquam. Laico lĩ

Venatio est multiplex.

Vnde Augustinus tract. 100. ad c. 16. Ioannis.

¶ Immane peccatum est res suas donare histrionibus. C. VII.

Iuo p. 11. c. 14. D Onare res suas histrionibus[a] vitium est immane, nõ virtus. Et scitis de talibus[b] quàm sit frequens fama cum laude: quia sicut scriptum est: [Laudat peccator[c] in

Psalm. 9. desiderijs animæ suæ; & qui iniqua gerit, benedicetur.]

Idem in Ps. 120. ad versi. [Faciens misericordias.]

¶ Grauiter delinquunt, qui venatori aliquid donant. C. VIII.

Iuo p. 11. c. 11. †amat]or. & sic deinceps. †al. publicant j Q Vi venatoribus[d] donãt: quare donãt? dicant mihi; quare donant venatori? Hoc in illo amãt †, in quo nequissimus est; hoc in illo pascunt; hoc in illo vestiunt ipsam nequitiam publicam † spectaculis omniũ. Qui donant histrionibus. qui donant aurigis, qui donant meretricibus[e], quare donant? nunquid non & ipsi hominibus donant? Non tamen ibi attendunt naturam operis Dei, sed nequitiam operis humani.

Idem ibidem paulo inferius

¶ De eodem. C. IX.

Iuo ibidem. jj Q Vi venatoribus donant: nõ homini donant, sed arti nequissimæ. Nam si homo tantũ esset, & venator non esset, non donares: honoras in eo vitiũ, non naturam.

Idem in Ps. 147.

¶ De eodem. C. X.

Iuo. p. 15. c. 32. V Ident homines venatorem, & delectantur: væ miseris, si nõ se correxerint. Qui enim vident venatorẽ & delectantur, videbunt Saluatorem, & contristabuntur.

Inter opera ad scripta Hieronymo, tomo 7. *Item Hieronymus in Ps. 50. ad vers. [Sperabo in Domino.]*

¶ Prohibemur. [Aliter debemus.

Histriones a promotione prohibentur. D Onare.] CASVS. In istis quatuor ca. s. donare, qui venatoribus. vident. reprehẽdit Augustinus illos qui donant histrionibus, venatoribus, & meretricibus ea tantum causa, vt malam exerceant artem. non attẽdentes in eis naturam Dei, sed nequissimam artem: sed si donarent eis, quia homines sunt, non esset peccatum.

Dare turpibus, an sit ꝑ missum. a ¶ Histrionibus] isti histriones prohibentur à promotione. 53. dist. maritum, & a corpore Christi. de cõsec dist. 2. pro dilectione. & infames sunt 4. q. 1. c. 1. & ff. de ijs. qui no. infa. l. 1. §. ait prætor.

1 Arg. 23 q. 3. duo ista. 11. q. 3. quoniam multos. in fin. Citharistę, & alij varijs vtentes instrumentis an peccent. b ¶ Talibus.] Dare causa vanæ glotiæ ꝙ exercitio sui vitij, immane peccatum est, sed in necessitate t. non, Idem de venatoribus & meretricibus in talibus enim non vitium est fouendum, sed natura sustentanda est. Sed quid de citharistis & alijs, qui varis vtuntur instrumentis, nunquid est licitum audire ea vel tangere, vel talibus personis aliquid dare? Et quidem si ad voluptatem vel luxuriam, non; quia Deum mandatis illicita ob est necessitatem pro pellibus & carnibus, non ob voluptatem: & hoc de ea, quæ cum clamore fit. Ponere autem laqueum, vel rete sine strepitu & clamore & canibus licet etiam clericis: cum monacho etiam liceat texere linum pro capiendis piscibus. de consec. dist. 5. nunquam. De saltuosa loquitur. infra eod. Esau. & duo seq. cap.

¶ Meretricibus] Meretrix tamen non turpiter accipit, licet turpiter meretricium faciat. ff. de condi. ob turp. cau. l. 4. §. sed quod meretrici. Sed nonne causa affectionis meretricibus dare possumus. ff. de do. affectionis? Dicunt quidam, ꝙ sic, pactione non præcedenti, sed causa remunerandi bene possumus post factum, quod non credo, quia semper peccatum est dare. arg. 16. q. 1 legi. ff. de dona. inter vir. & vxor. l. 1. §. 1. Rem autem quam dedi meretrici, repetere non possum. Sed pignus. non pignorantia sed rei vendicatione possum, vt C. de condic. ob tur. cau. l. 2. non in text sed in glo. Hugu. quia conuenitur tunc tanquam quilibet alius possessor 2 ff. ad exib. de eo. §. hæres.

Meretricib. sine peccato dari nequit.

2 Arg. cõtra C. de dona. l 1. vbi ꝺ hoc:

ESau.] CASVS. Hæc tria cap. intelliguntur de ijs, qui venantur causa delectationis. Dicitur ergo hic, ꝙ Esau non venaretur nisi peccator fuisset. Nam piscatorem sanctum inuenimus, sed venatorem non.

a ¶ Venator erat.] Dum venator permanet, ne obijciatur de Eustachio. 50. dist. ferrum.

b ¶ Piscatores.] Sed quare prohibet venari, & non piscari? qa forte piscatio fit sine clamore, venatio nō: vel qa maior est delectatio in venatione: dum.n. qs est in venatione, nihil potest de diuinis cogitare.

Venatio prohibetur, sed nō piscatio.

¶ De eodem. Cap. XI.

ESau venator erat [a]; quoniam peccator erat. Et penitus non inuenimus in scripturis sanctis sanctum aliquem venatorem; piscatores [b] inuenimus sanctos. Iuo p. 13. c. 33.

Item Ambrosius in homilia 33. de quadragesima.

¶ De eodem. Cap. XII.

QVid prodest ieiunare [c] visceribus, & luxuriare venatibus? abstinere cibis, errare peccatis? Iuo p. 13. c. 34.

Idem ibidem paulo inferius.

¶ De eodem. Cap. XIII.

AN putatis illū ieiunare fratres, qui primo diluculo non ad ecclesiam vigilat, non beatorum martyrum loca sancta perquirit: sed surgens congregat seruulos [d], disponit retia, canes producit, saltus siluasq; perlustrat? seruulos, inquam, secum pertrahit, fortasse magis ad ecclesiam festinantes, voluptatibus suis peccata accumulat aliena nescius reum se futurum tam de suo delicto, quam de perditione seruorum. Iuo ibidem.

QVid prodest.] CASVS. Dicit hic, quod non prodest ab inentia ad vitam æternam, si qs luxuriari in venationibus velit. idē dr, in sequenti capitu. immo (quod plus est) nō tolum tenetur de suis peccatis, sed et iā de peccatis seruorum suorum, quos secum ducit.

c ¶ Ieiunare.] Efficaciter ad salutem.

AN putatis.]

d ¶ Seruulos.] Non tamen serui debēt ei obedire. 11. q. 3. non semper. excusantur tamen quo ad quid, vt 22. quæst. 5. qui compulsus C. de sepul. vio. l. 2. C de his qui sibi in test. asseri l. vlt. non in totum: quia in atrocibus non debent obedire. ff. de regu. iur. ad ea ff. de ac. & obl. seruus. & dominus tenetur pro omnibus peccatis eorum. extra de test. sicut. & 22. quæst. 5. qui compulsus.

¶ Quæ sint in liberalitate seruanda. Cap. XIIII.

Anſ. l. 13. c. 28. Poly. l. 6. tit. 20.

NOn [a] satis est bene velle [e], sed etiā benefacere. Nec satis est iterū benefacere: nisi id ex bono [f] fonte, hoc est ex bona [g] volūtate proficiscatur. *& infra.* ¶ Perfecta liberalitas [h] fide, causa loco, tempore commendatur, vt primum operis circa domesticos [i] fidei. Grandis culpa, si sciente fidelis egeat †; si scias eum sine sumptu esse, fame laborare, ærumnam perpeti; qui præsertim egere erubescat: si in causam ceciderit aut captiuitatem suorum [k], aut calumniæ, & non adiuues: si sit in carcere, & pœnis, & supplicijs propter debitum [l] aliquod iustus excrucie- Gal. 6.

† Tex. est similis in l. si ob turpem. ff. de cond. ob tur. causam, & in l. 3. §. exploribus. cum ibi no. ff. de acqui. pos.

Patri infideli sn potius subueniendū sit ꝙ extraneo fideli.

2. Et. 52. dist. Qescamus. vbi vide.

Qui nō hēt in ære, an sit puniēdus in corpore.

4 Et 5. q. 6. quia. ff. de iu om. iudi. l. si quis id.

ADDITIO. Argu. ad hoc. C. de accusa. l. non ideo. Archid.

NOn satis.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima dicitur, ꝙ non sufficit opera charitatis velle, nisi opus addat exterius, si fieri pōt, & econuerso. in secunda parte ostendit, ꝙ in operibus charitatis nouem sunt cōsideranda. s. fides, causa, locus, tempus, modus, proximitas, ætas, debilitas, & nobilitas. In tertia dicitur, ꝙ mia communis, & generalis est omnibus, & ab ea nullus excluditur. Secunda pars incipit ibi. [Item perfecta.] Tertia, ibi,] Nam & si.] Sequens c. patet.

e ¶ Velle.] Cum facultas adest, & necessitas instat. aliàs sufficit bona voluntas cum charitate 45. dist. in. duæ. si. extra de eo, qui mit. in poss. constitutus.

Volūtas bona sufficit.

f ¶ Ex bono.] Alias non est bonum. arg. ff. mand. l. 1. §. 2. & l. si procuratorem. 32. q. 5. sicut.

g ¶ Ex bona.] Informata. s. charitate. Laur. 1.

1 Vt 22. q. 5. sic n. scdm Hug.,

h ¶ Liberalitas.] No. in liberalitate esse attēdendam fidem, causam, locum, tempus, modum, necessitudinem, ætatē, debilitatem, conditionē, quę diligenter & ordine & domestici non: tunc.n. prius extraneo subuenirem. Sed quid si pater meus est infidelis, & æqualiter indiget cum fideli, cui teneor magis? Pet Manducator vocauit hanc quæstionem tenebrosam aquam in nubibus aeris. posset tamen dici, ꝙ magis fideli: quia hic dicit, fideli & infra, ea. causam præstat natura, non gratia. Hug. præferi patrem infidelem, vt dixi. 30. di. c. 1. 2. arg. 23. q. 8. §. ecce. in fi.

K ¶ Suorum.] Quia quis magis timet in filijs, quàm in se ff quod met. cau. isti. quidem §. vlti.

l ¶ Propter debitum.] Hic loqaitur secundum ea. tpa, quando si debitor non erat soluendo dabatur creditoribus ad puniendum ipsum, hodie autem si aliquis conuenitur maleficio, & non est soluendo puniri; potest. 14. quæst. b res. ff. de pœn. l. 1. §. 1. 4. & hoc casu non est ei subueniendum, nec redimenda est pœna eius: quia eius pœnæ pretio remitti prohibetur. 1. q. 1. iubemus. si autem conuenitur ex contractu, non est cruciandus, sed sufficit, ꝙ cedat bonis. C. qui bo. ced. pos. l. 1. & inanis est actio &c. ff. de ob, ma. & nā is tenetur tū si post peruenias

Digitized by Google

tur [a] (nam etsi omnibus debetur misericordia, tamen iusto amplius:) si tempore afflictionis suæ nihil a te impetret: si tempore periculi, quo rapitur ad mortem [b] plus, apud te pecunia tua valeat, quàm vita morituri; non est leue peccatum β.

α ¶Non satis.] *Hinc vsque ad* c. si quid verò *in aliquos vetustis Gratiani exemplaribus, & apud Anselmum est vnicum caput.*

β ¶Non est leue peccatum.] *Verba hęc non sunt ibi apud Ambrosium, sed tamen apud Anselmum, & in Polycarpo.*

Idem ibidem paulo inferius.

Poly. ibidem. Ans. ibidem.

¶De eodem. Cap. XV.

† *al. Deus.*] orig. 3. Reg. 19.

DOminus † non vult simul effundi opes, sed dispensari, nisi forte, vt Helisæus, qui boues suos occidit & pauit pauperes ex eo, quod habuit: vt nulla cura teneretur domestica; sed relictis omnibus in disciplinam se propheticam daret.

Ans. ibidem. Poly. ibidem.

Idem ibidem continenter.

¶De eodem. Cap. XVI.

EST probanda illa etiam liberalitas, vt proximos seminis tui nō despicias, si egere cognoscas. Melius [c] est enim, vt ipse subuenias tuis, quibus pudor est ab alijs sumptū deposcere, aut alicui postulare subsidium necessitati: non tamen, vt illi ditiores eo fieri velint [d], quod tu posses conferre inopibus: causam enim γ natura [e] præstat, non gratia [f]. Neque enim propterea te Domino dicasti, vt tuos diuites facias; sed vt vitam tibi perpetuam fructu boni operis acquiras: & pretio miserationis peccata redimas tua. Putant [g] se parum poscere? pretium † tuum quærunt; vitæ tuæ fructum adimere contendunt: & accusant †, quòd eos diuites nō feceris: cum te illi velint æternæ vitæ fraudare?

† *al. præmium.* † *accusat.*] orig. & sic deinceps.

γ ¶Causam enim.] *Apud B. Ambrosium legitur*, causa enim præstat non gratia *itemque apud Anselmum, & in Polycarpo. Sed vetusti codices Gratiani, & glossa cum impressis concordāt. Alia autem nonnulla ex ipso Ambrosio sunt emendata.*

Item ibidem paulo inferius.

Poly. ibidem. Ans. ibidem.

¶De eodem. Cap. XVII.

COnsideranda est [h] etiam in largiendo ætas, atque debilitas, nonnunquam etiam verecundia, quæ ingenuos prodit natales, vt senibus plus largiaris, qui sibi labore iam non queunt victum quærere. Similiter & debilitas corporis, & hæc iuuanda promptius: tum si quis ex diuitiis cecidit in egestatem [k]: & maximè [l], si non vitio suo, sed aut latrociniis, aut proscriptione †, aut calumniis, quæ habebat, amisit.

† *al. præscriptione.*

Idem libro secundo officiorum, c. 21.

¶De eodem. Cap. XVIII.

Ans. ibidem. Poly. ibidem.

PVlchra [m] α etiā liberalitas est in ipso quoque pauperis dato, [n] mensuram tenere, vt abundes pluribus, nō conciliādi fauoris gratia vltra modum fluere. Quidquid ex affectu puro, & sincero promitur, hoc est decorū: non superfluas ædificationes aggredi, nec prætermittere necessarias [o]. Et maximè sacerdoti hoc conuenit, ornare Dei templum honore † [p] congruo, vt

† *decoro.*] orig.

niat ad pinguiorem fortonam. ff. de cess. bo. is qui 1.

a ¶Exerucietur.] De facto, nō de iure extra de pign. c. 2. C. de act. & obli. ob æs in Auth. vt nu. l. iud. §. quia vero. col. 9. Lau.

b ¶Ad mortē.] Qualiter hoc intelligi debeat, inuenies 23. q. 5. reos.

c EST probanda. ¶Melius.] Ar. C. de seruitutibus l. reos.

d Velint.] Nam tāquā pauperib. debes dare, aliàs non. 12. q. 2 quisquis.

e ¶Natura.] Nā omnes fideles proximi sūt nostri. vt de pœ. dist. 1 charitas versi. proximos.

f ¶Non gratia.] Vnde supple, & affectio.

g & Putant.] Parētes tui, qui volunt te dare bona ecclesiæ illis.

h COnsiderāda ē.] hic de ætate.

i ¶Ingenuos.] Hic de conditione.

K ¶In egestatē.] Dicit Boethius. Inter oēs aduersitates fortunæ infœlicissimū genus infortunij est fuisse fœlicem.

l ¶Et maximè.] .i. tantum. Nam aliter non teneor 2. ei subuenire, vt ff. depo. l. bona fides. & 5. q. 5. non omnis. sed verum est, quod redimere nō teneor: sed dare eleemosynam bene.

m PVlchra.] hic iterum repetit de modo.

n ¶Dato.] Quāto. n. minora sunt, q̄ sparguntur, tanto plures recipientes erunt in Authē. de consul. §. si autē. coll. 4 vnde pauperibus nō sunt facienda sumptuosa conuiuia, vt 25. dist. §. alias: in fin.

o ¶Necessarias.] ff. de cu. fu. l. vltim. §. 1 Laur.

p ¶Honore.] infra de consec. dist. 1. c. 1. inf. 12. q. 2. gloria cōtra.

1 Et C. qui bo. ce. poss. l qui bonis. extra d̄ sol. Odoardus. Ad idem. C. de re. vxo. act. l. vnica. §. cum autē Arch.

Fideles oēs sunt ꝓximi nostri.

2 Videas q̄d leg. & not. 12. q. 2: omnino.

Sed

Sed ibi notantur illi, qui hoc ita faciunt, ꝙ ſuper Dei paupere non intendunt: hoc non ita fieri præcipitur, vt cura pauperum relinquatur.

ADDITIO. Arg. contra 12.q.2.gloria. Sed ibi loquitur contra prælatos, ꝙ neglectis pauperibus, templa gemmis & auro ornabãt:

hic autem ad vtrumque inuitat ſcilicet ad curam pauperum & ad ornatum eccleſiarum mediocritas enim ſeruanda eſt.

Omne enim qđ non ꝓp neceſſitatem ſed ꝓp venuſtatem accipit, elationis habet calumniã §.1.q.4.c.1. H. Idem Laur. & Io.de Fant.

a ¶Superflua.] Arg. inf.21.q.3.c.1. Laur.

b ¶Poſſumus.] Qđ ſit cum nobis neceſſaria ſubtrahim⁹: ad quod non tenemur. 82.diſt.§.1.ſi autem hoc facimus. cõmendandi ſumus. vt 47. diſtin.parſimoniam. Nã dicit lex, ꝙ tunc tenetur libertus patronũ alere. qñ ſuper eſt ſibi, & deẽ alii, vt ff de lib.agno. ſi qs. §.de alimentis.C.de oper.lib.l.1. & dicit canon, ꝙ intantũ debet dare, quantum ſibi poſſibile eſt 82.d. c.1. dic ergo hic, quãtum poſſumus, ideſt quantum debemus, & tenemur ex præcepto.

Libertus patronũ qnq; alere tenet.

c ¶Cauſas.] Sic ſup. diſtin. 50. ponderet. in fi.& 11.q 3.nemo. & 29. q. 7. alligant arg.contra.ff depo.ſi hominem. vbi punitur pietas: ſed ibi miſericordia dolo proxima fuit 1.& eſt qñque iniuſta miſericordia.23.q 3.eſt iniuſta.

1 Ad hoc arguff.de do. l. eleganter. §. idem Labeo Archid. Alia qñque eſt iniuſta.

d ¶Qui confregerimus.] infra 12.q.2. aurum.

e ¶IN ſingulis. ¶Vnũ] infra 23. q. 1. militare.

f ¶Omnibus.] De miſericordia impendenda.

g ¶Graſſetur.] ideſt, impinguatur rapiendo & ſpoliando homines.L.

h ¶Pauper.] Arg. ꝙ paupere de eleemoſynis quas colligit, debet eleemoſynam facere infra. 12. q.1. habeat.

Eleemoſyna de eleemoſyna eſt facienda.

i ¶Vt conferant.] Quidquid enim habes vltra id quod tibi ſufficit, aliorum eſt. vt 47.diſt.ſicut hi.

Nemi dare & perdere.

k ¶Non habenti.] Quia habenti dare, nihil aliud eſt quam perdere, vt 1.q.2.paſtor.

l ¶Æterum.] ¶Quod loco] ideſt, qua auctoritate.

m Inſolentẽ] Quæ erat, q a ipſi filij ſua omnia dabant eccleſijs, vel ſacerdotibus, & nolebant paſcere patrẽtes. 30.diſ.c.1. Nam etſi impius pater ſit, tñ paſcendus eſt,

Pater & impius eſt paſcendus.

etiam hoc cultu aulà Domini reſplendeat; impenſas miſericordiæ conuenientes frequẽtare; quantum oporteat; largiri peregrinis, non ſuperflua [a], ſed competentia, &c. eod.lib.c.28.

Idem.

¶Compatiamur alienis calamitatibus: neceſſitates aliorum, quantum poſſumus, iuuemus; & plus interdũ, quàm poſſumus [b]. Melius eſt enim pro miſericordia cauſas [c] præſtare, vel inuidiam perpeti, quàm prætendere inclementiam, vt nos aliquando in inuidiam incidimus, qui confregerimus [d] vaſa myſtica, vt captiuos redimeremus.

a ¶Pulchra etiam.] Apud B. Ambroſium legitur: pulchra liberalitas erga ipſos quoque pauperes menſuram tenere. *Sed apud Anſelmum, & in Polycarpo habetur, vt apud Gratianum, & adeſt gloſſa in voce, date.*

Idem ad c.3. Luca, in verſ. [Generatio viperarum.]

¶De eodem. Cap. XIX.

IN ſingulis quoque generibus hominum conueniens tribuit S. Ioannes Baptiſta' reſponſum, vnum [e] omnibus [f], ita publicanis, ne vltra præſcriptum exigant: militibus, ne calumniam faciant, ne prædam requirant, docens idcirco ſtipendia cõſtituta militiæ, ne dum ſumptus quæritur, prædo graſſetur [g]. Sed hæc, & alia officiorum præcepta propria ſingulorum; miſericordia † communis eſt vſus. Ideo commune præceptum omnibus officijs omnibus ætatibus neceſſaria, & ab omnibus deferenda. Non publicanus, non miles excipitur, non agricola, vel vrbanus: diues, & pauper [h], omnes in commune admonentur, vt conferant [i] non habenti [k]. Miſercoridia enim pleni tudo virtutum eſt. Et ideo omnibus eſt propoſita perfectæ forma virtutis, ne veſtimentis, alimentiſque ſuis parcant. Miſericordiæ tamen ipſius pro poſſibilitate conditionis humanæ menſura ſeruetur, vt non ſibi vnuſquiſque totũ eripiat, ſed quod habet, cum paupere partietur.

† *Semilis quoque]* orig.

† *al. miſericordia.*

Idem ad c.18. Lucæ.

¶De eodem. Cap. XX.

CAeterum Dei traditio eſt, vt prius paſchas parente s. Nam ſi iuxta diuinum oraculum contumelia parentis morte luitur, quanto magis fames, quæ morte grauior eſt? Quo loco [l] inſolentem [m] Dominus infrenat iactantiam, &c.

Matth. 15. Leuit 20. Exod. 21.

Idem in libro de officijs a.

¶De eodem. Cap. XXI.

PAſce [n] fame morientem. Quiſquis enim paſcendo hominem ſeruare poteras, ſi non pauiſti, occidiſti [o] †.

Anſ.l.13.c.28. Poly.l.6.tit.20. D.T.2.a.q.32.ar.5.

† Concord. cum hoc ca. & ſua gloſſ. tex. in l. neeare. & ibi gl. ff. de lib. agno. Cibaria oĩa ſunt in neceſſitate cõmunia. Panem ſubtrahens aliũ occidit.

n ¶Paſce.] Tempore enim neceſſitatis cibaria oia communia ſunt. ff. ad legem Rhodiam, de iac. le. 2. §. idem etiam.

o ¶Occidiſti.] Occidit quis alium per ſubtractionem panis

pœnis corporalis, vt hic, & 24 q.5.immolans, & spiritualis 1, vt dist.43. Ephesijs. Detractione occidit quis odio, actu, mente, ut inf de pœnit dist.1.homicidiorum. &c omnis. Negligentia inf.di.prox.c.ult.& 55.d. si quis abscideri.& est ff.de lib.agno.necare.inf.16.q.1.decimæ ff.

a Ad idem 1.q.1.audacter.Arch.

a ¶ De officijs.] *Caput hoc non est inuentum apud B. Ambrosium: sed apud Anselmum, & in Polycarpo ex eodem citatur, & Bartholomæus Vrbinas Eremita in Milleloquio, quod collegit ex dictis B. Ambrosij, affert hũc locum ex eodem Ambrosio in libro de alendis pauperibus, qui libet hactenus desideratur.*

Item Hieronymus in commentarijs ad Galatas, cap.6. in ver. [*Alter alterius.*]

¶De eodem. Cap. XXII.

† *adimplebit*] orig.

QVi clementiam non habet, nec indutus est viscera misericordiæ, & lacrimarum, quamuis [a] spiritalis sit, non adimplet †legem Christi.

e Similiter etiam oportet episcopum non esse percussorem idest non ad uindictam facilem.

Vnde Gregorius scribit Ioanni episcopo Panormitano, lib.11.epist.49.

¶ Ad uindictam episcopus facilis esse non debet. Cap. XXIII.

15.q.7.si quid.

SI quid [b] vero de quocunque clerico ad aures tuas peruenerit, quod te iuste possit offendere, facile non credas [c]; nec ad uindictam te res accendat incognita: sed præsentibus senioribus ecclesiæ [d] tuæ, diligenter est veritas perscrutanda: & tunc si qualitas rei poposcerit, canonica districtio culpam feriat delinquentis.

Idem Ianuario episcopo, lib.7.indict.2.epist.1.

¶ De quodam episcopo, qui antequam Missarum solennia celebraret, die Dominico ad exarandam messem cuiusdam profectus est. Cap. XXIIII.

11.q.7.tanta. Burc.l.1.c.197. Iuo p.2.c.78.& par. 5.c 312.

TAnta [e] nequitia ad aures meas de tua senectute peruenit, ut eã nisi adhuc humanitus pẽsaremus, fixa [f] iam maledictione feriremus. Dictũ quippe mihi est, quòd Dominico die, priusquam Missarum solennia celebrares, & tunc cum oportuerit, culpam feriat delinquentis.

b ¶ Si quid] 15.q.7.c.2. Qualiter hoc cap. debeas intelligere habes extra de simo. licet Hely.

c ¶ Non credas.] Inf.22.q.3.innocẽs. cõtra ibi de incredulitate, quæ inter socios habẽda non est, loquitur: sed hic de illa, quæ ad iudecem pertinet. Vel refert vtrũ bona uel mala de aliqua dicãtur. De hac materia. no.23.q.4 quam magnum.

d ¶ Ecclesiæ.] Cum hoc cap. de causa inquisitionis loquat, vt extra de accusa qualiter 2. ergo in causa inquisitionis. non hẽt necesse eps alios cõuocare, nisi canonicos tantum. Nã nomine ecclesiæ tuæ maior ecclesia intelligitur. argum. extra de uerb. sign. cum clerici. Arg. cõtra. 18.q.2. si quis abbas & extenditur hoc nomen, ecclesiæ tuæ, ad omnes ecclesias diœcesis. ext. de vsupal. ca.1. Idẽ, est arg. hic, q̃ eps non uocatis alijs episcopis possit sacerdotẽ cõdemnare. Sed dic, q̃ seniores hic uocat episcopos: cum iste Corinthiorũ esset archiepiscopus a. Vel loquitur tantum de causa pecuniaria, quam potest tractare episcopus tantum cum suis clericis. Vel est derogatum huic p alios canones. Vel canonica districtio dicat pœna suspẽsionis 3. quam eps eum suis clericis põt inferre. Vel loquit de clericis infra sacros ordines constitutis: quorum causas etiã criminales põt eps cũ suis clericis tractare & decidere. arg. 15.q.7.si autẽ. Quid de hoc iuris sit, inuenies 15 q.7.in summa. Io.

Episcopus in causa inquisitionis quos dẽant conuocare.

a Subaud, & suffraganei sint de clero metropolitanæ ecclesiæ, ut colligitur 93.d. miratus. Io. de Fan.

3 Scilicet q̃ petuæ secus in temporalibus, quod dic vt not. Inn. extra de excess. prælat. c.1.

TAnta nequitia.] CASVS. Ianuarius eps cum habuisset rixam cum quodam suo subiecto: consilio quorundam malorum messes illius ante Missarum celebrationem & die Dominica exarauit: & post Missam illic reuertens, terminos agri euulsit & amouit. Quod cum Greg audisset, non credebat: sed postea certificatus est per abbatem Cyriacum. Sed quia Ianuarius nimis erat simplex, & senex, propterea Papa ei præcipit: monẽs eũ ut de cætero talia non faciat. consiliarios tamen ipsius spatio duorum mensium communione corporis & sanguinis Christi priuauit.

e ¶ Tanta.] inf.1.q.7.tanta.

f ¶ Fixa.] idest certa. Sed cũ iste absens esset, quomodo Papa ferret in eum sententiam? Dic q̃ hic loquitur de sententia comminatoria, scilicet comminando ei. Vel citatus fuit, & nolvit uenire: & dominus Papa recepit testes eo absente. De uno habes hic. De duobus

Papa in absentem an sententiam ferre possit

mæ ff. de re mili. omnes. §. qui præpositum. 11.q.3. non solum. 12.q.2. aurum. sup. dist. 50. sæpe contingit. inf. 30. q 5. nullum ante. sup. dist. 47. sicut.

a QVi clementiam.] ¶ Quamuis.] idest, quamuis faciant opera spiritualia. Laurent.

SIMILITER. Hæc est 6. pars di. in qua dicit, q̃ prælatus cum discretione debet punire subditos suos: quod probat duabus auctoritatibus. Ioan. de Fant.

CASVS. Hic est sextus articulus huius distinctionis, in quo prosequitur illud capitulũ apostolicæ regulæ, oportet episcopum esse non percussorem. Et exponit alio modo quàm sup in 45. dist. exposuerit: quoniam hic dicitur, q̃ non dẽt esse percussor, idest, facilis ad uindictam quod probat duobus sequentibus capitulis.

SI quid] CASVS. Ioan. Eps Corinthiorũ statim cum audiebat aliquẽ deliquisse, causa incognita puniebat de quo Greg. cum reprehendit, & docet, q̃ si aliquid dicatur tibi de aliquo clerico, non statim credat: sed pẽsentibus senioribus ecclesiæ suæ veritatem inuestiget:

habes 11.q.1.fratris Alij dicunt sententiam fuisse latam sub conditione, si scilicet constaret de jis, quæ dicta fuerunt de ipso.

a ¶ Etiam terminos.] In hoc peccauit grauiter, & sin leges talis punitur pœna quinquaginta aureorum, uel relegatione, vt ff de termi. moto. l. 2. & 3. cũ distinctione utrũ sit inuenis, an senex ut ibi dicitur, secundum legem autem di uinã maledictus reputatur 12.quæs.2.in legibus.

b ¶ Sed filius.] Arg. q̃ credit dicto uni, vt inf. 8.q.3. talia & 97.d.nobilissim. In forma iudicij 1.quãtum ad veram probationem uni testi non creditur, ut extra de testibus. licet. in fin. & eo.ti. veniens. sed quantum ad præsumptionẽ ut, C. de reb. cred. in bonæ. nisi casus aliquis specialis ueniatur, vt extra de in integr. restit. ex literis. & de procur. ex insinuatione. & extra qã met cau. c. ul tim. & extra de testi. in omni. Ioã. Similiter ubi non sit præiudicium alij, creditur uni testi, ut de consec. distinctio. 4. cum itaque. 8.

Vnius dicto qñdoq; creditur.

1 Concord. text. in l. si quis decurio, C. ã fal,

c ¶ Quia simplicitatem] Not quod parciturl enectuti vt 34. distinctio. fraternitatis 26. quæst. 7. hoc fit. & eo tempora. Itẽ parcitur simplicitati, de consecra. dist. 2 ca. 3. & extra de re permu. cum uniuersorum.

2 Sit ẽt no. 1.q.7.tanta.

3 Sic aliqñ pius punitur cõsulẽs q̃ si ipse idẽ facere t qđ cõtra soluit, ut. ff. ad l. Pomp. de partici. utrũ, & not. eod. tit. l. ut patet exemplum in medico qui filio dedit uenenũ ut daret patri. nã in hoc casu plus punitur medicus, q̃ si ipse patrẽ illius filij uenenasset. ut ibi patet,

d ¶ Tacemus. Non ergo semper qui tacet consentit? nec semper idem est tacere qđ uoce consentire. arg. de consec. dist. 4. cum ꝑ paruulis. & 65. dist c. si forte. de hoc 27. distin. diaconus.

e ¶ Eos.] ff. de re. iur. consilij. Lau.

ADDITIO. Videas. quod legitur. & nota. instit. mandati. §. tua gratia. uerũc. cuius generis.

f ¶ Excommunicatos.] Arg. q̃ quandoque magis puniuntur consiliarij, quam facientes 3. dist. 96. duo. 11. q.3. qui consentit. & 24.q.3. qui aliorum. Sed hoc ideo factum est, quia in istis non conueniebant ea propter quæ fieret dispensatio circa eos Sed licet iste debuit puniri, tamen indultum est ei ratione ætatis & simplicitatis.

VEL PERCVSSOR Septima pars.

CASVS. Expo. uit supra Gratianus, ne episcopus sit ad exarandam messem latoris præsentium perrexisti, & post exarationem eius, Missarum solẽnia celebrasti; post Missarũ solennia etiam terminos [a] possessionis illius eradicare minime timuisti. Quod factum quæ pœna debeat insequi, omnes qui audiunt, sciunt. Dubrj autem de tanta hac peruersitate fueramus, sed filius [b] noster Cyriacus abbas à nobis requisitus, dũ esset Caralis, ita se cognouisse perhibuit. Et quia adhuc canis tuis parcimus hortamur † ut aliquando resipiscas miser senex, atque à tanta te lœuitate morum, & operum peruersitate compescas. † Quanto morti uicinior efficeris, tanto fieri solicitior, atque timidior debes. Et quidem pœnæ sententia in te fuerat iaculanda: sed quia simplicitatem [c] tuam † cum senectute nouimus; interim tacemus [d]. Eos [e] vero, quorum cõsilio hæc egisti, in duobus mensibus excommunicatos [f] esse decernimus: ita tamen, ut si quid eis intra duorum mensium spatium humanitus aduenerit; benedictione uiatici non priuentur. Deinceps autem ab eorum cõsilijs cautus existe: te quoque solicite custodi, ne si eis in malo discipulus fueris, quibus in bono magister esse debuisti, nec simplicitati tuæ vlterius, nec senectuti parcamus.

† al. hortamur t aliquando resipisce.

† al. compesce.

† Concor. 1. 1. ff. de do. & tutor. ff. de suspect. tut.

7 *Vel percussor esse prohibetur, ne videlicet proprijs manibus aliquem cædat.*

Vnde in Agathensia concilio legitur.

¶ Non liceat episcopo proprijs manibus aliquem cædere. Cap. XXV.

NOn liceat [g] episcopo manibus [h] suis aliquem cædere. Hoc enim alienum à sacerdote esse debet.

Bur. li. 1. c. 202. Iuo p. 5. c. 316.

a ¶ Agathensi] *Hoc caput nõ habetur in Agathensi, quod extat Burchardus & Iuo citãt ex decretis Bonifacij Papæ. Habetur autem in nouellis const. 123. ca. 16. apud Iulianum antecess. Nõ dissimilis etiam est canon 28. Apostolorum, quẽ interpretatur synodus Constantinopolitana, qua prima, & secunda dicta est, c. 3.*

8 *Prohibetur etiam episcopus turpis lucri esse cupidus, ne aliquo inhonesto negotio uictus, uel cætera sibi necessaria quærat. Quod generaliter de omnibus diuino cultui mãcipatis, idest clericis, & monachis intelligi oportet.*

Clericus p quem castigandus est ẽpo inbẽte.

Vnde in Chalcedon. concilio, c. 3. legitur.

& aliquis gerit & facit per ali ũ. 88. dist. episcopus gubernationem, ita tã q̃ sit clericus. si n. per laicum peccauit, incidit in canonem extra de sent. excom. uniuersitatis Sed quid si clericum non habet? Tunc verberet per se, vt dixi 45. dist in summa.

h ¶ Manibus] C. de epis. & cler. Auth. sed neque proprijs manibus.

PROHIBETVR. Hæc est octaua pars dist. in qua dicit ur. q̃ clerici non debent tractare res laicorum, nec possessiones eorũ cõducere, nec esse tutores filii suorũ propinquorum, idest, quibus succederent ab intestato, nisi de

nisi de mandato episcopi egissent causas pauperum. Ioan. de Fant.

CASVS. Hic ponitur septimus articulus, in quo repetit Gratianus illud cap. Apostolicæ regulæ, scilicet, oportet episcopum non esse cupidum, & turpis lucri sectatorē, quod Cyprianus. contra. Sed illud Cypriani de testamentaria tutela siue datiua, hic autem de legitima tutela intelligitur Item 16. q. 1 generaliter contra Ad hoc dic, quòd clerici nō coguntur recipere aliquam tutelam: possunt tamen legitimam recipere tutelam si uolunt; ut hic dicitur, & est hoc priuilegiū clericorum, ꝙ licet ipsi possunt succedere alicui ab intestato. non tamen tenentur recipere tutelā, licēt aliàs illud obtinet. vt inst. de legi. pa. tu §. 1. Sed epi scop' vel monachus etiā uolens non posset recipere legitimā tutelam. in Auth. de sacrosan. epis. §. Deo amabiles. Vel dic, ꝙ illi Au h præiudicat per canonem istū, ut episcopus & monachus si velint possint recipere legitimā tutelā, sed non datiuā, vel testamentariam, sed ad tutelā miserabiliū personarū omnes clerici siue monachi 2. tenentur, ut 88. dist. c. 1. &c. eps gubernationem.

Tutela est triplex.

Tutelā non tenent clerici recipere.

2 Vt hic, & sup' proxi. dictum est de monachis. intelligo eū de cōminatione eius qđ hr 16. q. 1. qui verè, &c. monasterio. Arch.

¶Qui connumerantur in clero, turpibus lucris non inseruiant. Cap. XXVI.

Bute li. 2. c. 145. Iuo p. 9. c. 218.

PEruenit ad sanctam synodum, quia de ijs, qui in clero connumerantur, quidam propter turpis lucri gratiam, alienarū possessionū conductiones[a], & causas[b] sęcularesꝝ suscipiunt; & à sacris quidem officijs se per desidiā separant; ad domos autem sęcularium cōcurrunt, & substantiarum eorum gubernationes auaritiæ [c] causa suscipiunt. Decreuit ergo sancta & magna synodus, neminem horum deinceps, hoc est episcopum, siue clericū, aut monachum conducere possessiones, aut miscerī sæcularibus procurationibus, nisi fortè, qui legibus ad minorū ętatū tutelas[d], siue curationes inexcusabiles attrahuntur, aut cui ciuitatis ipsius episcopus ecclesiasticarum rerū commiserit gubernacula, vel orphanorum, ac viduarum, quæ indefensæ sunt, & earum personarum, quæ maximè ecclesiastico indigent adminiculo propter timorē Dei. Si quis verò transgressus fuerit hæc præcepta, correctioni [e] ecclesiasticæ subiaceat.

† al. sæcularium.

DISTINCTIO LXXXVII.

1 pars

VIduis[f] autem & orphanis ecclesiæ præsidium implorātibus episcopi debent adesse: & contra improborum violentias, protectionis patrocinium, negare non debent.

† al. Leontio.

Vnde Gelasius Gerontio †, & Petro episcopis.

¶Implorantibus patrocinium, episcopi debent adesse. Cap. 1.

LIcèt[g] omnibus de nobis sperantibus nō debeamus, inquantū possumus, nos negare: plus tñ † viduarum

Tutelā non tenent clerici recipere.

Oppressis debet prælatus patrocinari.

Viduæ & pupilli sunt ea forū priuilegiata.

CASVS. Supra dictū est, ꝙ viduis au tē.] Hęc distinct. diuidit in tres partes, in quarū prima probat per sex auctoritates sanctorū patrū, quod viduis & orphanis debet sustentationis, [illegible] eccium. Secunda ibi, [Libertos.] Tertia ibi, [Si expositus.] vide Fant.

CASVS. Supra dictū est, ꝙ episcopus debet esse liberalis: sed quia hoc non sufficit nisi miserabiles personas tueatur: ideo subiungit hanc 87 dist. in qua ostendit, quòd episcopi debent defendere viduas & miserabiles personas, & etiam libertos, qui sunt ecclesiæ commendati.

quod de omnibus clericis generaliter est intelligendū.

PEruenit.] CASVS. Quidam episcopi clerici vel monachi possessiones laicorum causa cupiditatis conducebant, cum suæ possessiones eis sufficerent, & procurationes sæcularium negociorum propter lucrum suscipiebant, officia sua penitus dimittentes: præcipit ergo Concil. Chalcedo. ne hoc de cætero fiat, excepta legitima tutela, vel cura miserabilium personarum, quā clerici suscipere debent ad iussionem suorum eporum, & quicunq; contra hoc statutum fecerit, dēt excōicari.

Monachi pāt terr as ad firmam habere.

a ¶Conductiones.] Contra extra de deci. c. dilecti nam ibi non reprobantur monachi, qui hēnt terras ad firmā, sed dic, ꝙ illud est, cum sua eis non sufficiunt, 1. vel cū ipsimet excolunt non vt inde plus lucrentur, sed ut fructibus utuant. Adeo autem hoc prohibet clericis, ꝙ si propter hoc deprehendantur in fraude, non subuenitur eis extra ne cle. uel mon c. sacerdotibus.

1 Adde qđ le. & no. extra ne clerici vel mo. c. 2 & 21. q. 3. placuit. Arc.

b ¶Causas.] De hoc notaui 15. q 2 in summa.

c ¶Auaritiæ.] Nam propter necessitatem bene possent. 91. dist. cap. 2.

ADDITIO. Adde quod le. & no. 88. distinct. cap. 1. in princ. ibi uideas.

d ¶Tutelas.] inf. distinct. 88. cap. vlt, contra 21. quæst. 3,

e ¶Correctioni.] .i. suspensioni. Lau.

f ¶Viduas.] In hac dist 87. ostendit magister, ꝙ viduis & pupillis, libertis & oppressis tenetur prælatus patrocinium impendere, & etiam manumissos defendere. Ad ultimum subiungit de expositis, infra ea. c. ult.

g ¶Licet.] 21. q. 1. Christianus.

h ¶Plus tamen.] No. ꝙ etiam causæ pauperum & oppressorum & peregrinorum spectant ad ecclesiā, vt 24. q. 3. si quis de potentibus. & c. seq. & ff. c. proxi. extra de verb. sig. super quibusdam in fi. spectant etiam ad iudicium regis, vt 23 q. 5 regum, &c. administratores. Similiter uiduis & pupillis cōcessit Imperator magnum priuilegium, scilicet, ꝙ aliquis non possit illos trahere ad iudiciū extra prouinciam, ipsi tamen possunt alios

trahere. C. qñ Imp. inter pup. & viduas. l. vna. Vidua eſt quæ etiam maritum non habuit. ff. de verb ſig. malum, §. viduam. Pupillus eſt qui intra pubertatem deſijt eſſe in patris poteſtate. ff eo. pupillus reſpon. 1.

DEfenſionis.] CASVS. Maximus & Ianuarius clerici paruuli deſolati erant auxilio parentũ, & propinquorũ, q cũ non poſſent violentias quorũdã ſuſtinere, Gelaſio ſunt conqueſti. Præcepit ergo Gelaſius Anaſtaſio epõ, ut eos tueatur à violentia improborũ, cum diuina auctoritas hoc præcipiat. Seq. duo c plana ſunt.

b ¶Pupillis.] Pupillo tu eris adiutor.

b ¶Executionis.] i. defenſionis.

c ¶Commenta.] i. fraudes.

d QViſqs.] ¶Remedia.] Arg. q debeat, qs de hoc ne quo cert' eſt, vel ſi curus, priuilegium Pontificis impetrare, vt hic elicitur, cum omnes teneamur defendere tales ſpecialius. arg ext. de teſti. licet uniuerſis. ar. d. 23. quamquam. Lau.

e ¶Nos.] Vt tamen primo coram ſuo iudice deferatur querela, vt extra de foro comp. ex tranſmiſſa. & in defectu iudicis ſæcularis.

Animoſitas nã, q̃ mala, malam partẽ ſumitur.

f ¶Animoſitate.] In bona ſignificatione ſa 65. d. alias in ma

g Diuinæ retributionis.] Quia nullum bonum remuneratum de pẽn. d. 3. pium eſt. nec aliquod malum impunitum de pẽn. dist. 1. nullus & eſt ſi. 81. d. cap. pen.

IRreligioſum.] CASVS. Olympi' diacon' ſuſcepit curã duorum ſuorum nepotũ, ſ. Feſicis & Olympij. Sed cũ deberet res illorum fideliter adminiſtrare, partem illarum rerum uendidit, & partem ſibi retinuit, quare Papa præcepit epiſcopo Fortunato, ut eos defendat, & omnia eis reſtitui faciat.

Clericus tutor eſſe poteſt ſi vult. 1 Adde ad hoc gloſ. in Auth. preſbyteros. C.

h ¶Irreligioſum.] Per hoc cap. & ſupra proxi. diſt. peruenit. colligitur, quod clericus bene poteſt legitimam tutelam ſuſcipere, ſed & etiam extranearum perſonarum ſi vult 1. Lau.

i ¶Non omni fide.] Et ita videtur, q tutor teneatur ẽt de leuiſſima culpa. C. de peric tuto. & cur. tutorib argu. contra, quòd ſcilicet non teneat niſi de leui. C. arbi. aut. quidquid. Et quod dicit, fidei, eſt ar. contra perfidos aduocatos, qui plena fide clientulos non defendunt. argu. 2. q. 3. §. notandum.

K ¶Paruulos.] Nota q ſi minor lædatur in contractu, habet actionem aduerſus dantem, & accipientem 2. C. ſi tutuo. vel cur. inter. l. etiam. ſi uerò lædatur in iudicio, habet actionem aduerſus tutorẽ tantùm. C. de iud. properandum. in fi. Sed contra ff. de mino. l. etiam. §. 1. Sed illa lex, properãdum, intelligitur quando tantum circa inſtantiam iudicij læſus eſt. Illa lex etiam in principali cauſa loquitur, cum reſtituatur in iudicijs minor, vt ff. de mino. etiam. §. ex cauſa. & C. ſi aduerſus rem iud. per totum. Io immo etiam reſtituitur minor, etſi conſtumax fuerit, ut ff de mino. l. minor etiam 8.

l ¶Contra leges.] C de prædi. mino. per totum.

Eos.]

& orphanorum cauſas, & impenſius ducimus exequendas: quas tueri à nobis, vel ab omnibus diuina manifeſtat aſſertio.

Idem Anaſtaſio epiſcopo.

¶De eoem. Cap. II.

DEfenſionis, ppriæ deſolatis auxilio, & qui ſuis actibus adeſſe † pro ætatis infirmitate nõ poſſunt, exoratum pontificem decet ſuouenire: quia pupillis [a] α tuitionem etiam diuinitas iuſſit impendi. Et ideò Maximo, & Ianuario, clericalis officij (qui ſe ſolatio parentum, vel propinquorum aſſerunt deſtitutos) auxilium ex noſtra delegatione præſtabis: vt aduerſus improbitates aduerſariorum ſuorum protecti, tuæ executionis [b] annisu noxia commenta [c] non ſentiant.

† *al. prodeſſe.*

a Argu. contra. ff. de minor. in cauſa 2. in prin. ſed non obſta illud intelligit qñ cõtra eundẽ hẽt ordinarium auxilium & extraordinarium. ſecus ſi contra diuerſos. Arc.

α ¶Pupillis.] *In codicibus impreſſis ſequebatur,* & viduis. *quæ voces expunctæ ſunt, quia abſunt à pleriſque vetuſtis. Et quæ antecedunt, ac ſequuntur, oſtendunt agi hic tantùm de pupillis.*

Idem Leontio, & Petro epiſcopis.

De eodem. Cap. III.

QViſquis in negotijs ſuis noſtri nominis interceſſione ſperat ſibi remedia [d] poſſe conferri, prona nos [e] conuenit animoſitate [f] præſtare.

Idem Lonorio epiſcopo.

De eodem. Cap. IIII.

DIuinæ retributionis [g] memor ad pontificalem conſcientiam non ambigas pertinere, egentium commodis piam ſolicitudinem non negare.

Eucem Fortunato epiſcopo.

¶Tueatur eccleſia, quos in ſui defenſionem ſuſcepit. Cap. V.

IRreligioſum [h] prorſus, & execrabile iudicamus, ſi quiſquam α vel extraneos in ſua tuitione ſuſceptos, nõ omni fide, [i] & tota animi ſui educauerit ſanctitate. Ac cum Olympius diaconus dilectionis tuę, Fęlicis, & Olympij ſuggeratur auunculus, eoſque paruulos [k] tutelæ vice ſuſceperit nutriendos; vltra latrocinium eſſe iudicamus, q eos boniſculis † parentum (ſicut aſſerunt) reliquit extores; alia retinendo, alia contra leges [l], & iura vendendo.

Iuo p. 6. c. 109.

† *al. bonuſculis.*

EOs.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima dicitur, ꝙ qui ad ecclesiam cõfugiunt, propter loci reuerentiam debent ab ecclesia defendi. In secunda parte dicitur, ꝙ si quis mancipia ecclesiæ occupauerit propter sua, quæ ad ecclesiam confugerint, excommunicari

manumittũtur in ecclesia, & charta manumissionis legitur in ambone. 54.d. nulli, & tales generaliter ecclesia defendet, ẽt alu.

a ¶Quisquam.] *In vulgatis codicibus sequebatur vox*, clericos. *quæ in aliquot manuscriptis, & apud Iuonem non habetur, ideoque sublata est. Non enim hic clericos cum laicis, sed extraneos cum sanguine iunctis comparat.*

Item ex concilio Arausicano primo, c. 5. & seq.

¶Confugientes ad ecclesiam extrahere non licet. C.VI.

Raba. pę. c. 22.
Burc. l. 3. c. 195.
Iuo p. 3. c. 112.
Ibidem c. 6.

EOs, qui ad ecclesiam [a] confugerint, tradi non oportere, sed loci sancti reuerentia, & intercessione defendi. ¶Si quis aũt mancipia clericorum pro suis mancipijs [b] ad ecclesiã confugientib. crediderit occupanda, per omnes [c] ecclesias districtissima damnatione feriatur.

C. 7.
Iuo p. 3. cap. 154. & 245.
Pann. l. 2. c. 84.

¶In ecclesia quoque manumissos, & per testamentum [d] ecclesiæ cõmendatos, si quis in seruiturem, vel obsequiũ, vel ad colonariam conditionem reuocare tentauerit, animaduersione ecclesiastica coerceatur † [e].

† *coercebitur*] ori.

Item ex concilio Agathensi, c. 29.

¶In libertate ecclesia tueatur libertos. Cap. VII.

Iuo p. 3. c. 159. & p. 16. c. 51.
Pann. l. 2. c. 82.

2 LIbertos legitimè a dominis suis factos, ecclesia, si necessitas exegerit, tueatur: quos si quis ante audientiam aut peruadere, aut expoliare præsumpserit, ab ecclesia repellatur.

Item ex concilio Toletano 4. c. 71.

¶A sacerdotibus defendantur liberti, ne in seruitutem reuocentur. Cap. VIII.

Burc. l. 3. c. 186.
Iuo p. 6. c. 246. & p. 16. c. 52.
Pann. l. 2. c. 83.

LIberti, qui a quibuscumq; manumissi sunt, & ecclesię patrocinio commendati existunt, sicut regulæ antiquorum patrum constituerunt, sacerdotali defensione a cuiuslibet insolentia protegantur, siue in statu libertatis eorum, siue in peculio [f], quod habere noscuntur.

Item ex concilio Arelatensi secundo, c. 32.

a ¶Ad ecclesiam.] inf. 17. q. 4. reum.

b ¶Mancipijs.] De istis manumissis ab ecclesia, vel de commendatis ecclesiæ dicit H. ꝙ si postea impetantur super libertate, ipsi coram ecclesiastico iudice debent respondere, vnde & si quis eos detinens nollet respondere, nisi sub sæculari iudice, posset statim ecclesia ipsum excõicare, si verò non est manumissus in ecclesia, tunc primo debet conuenire, qui eos molestat, sub sæculari iudice, & si non vult satisfacere p eum, tunc ecclesia eũ cõpellet excõicando, vel alio modo. Lau. dicit ꝙ vbicunq; manumittantur, nisi manumittantur in ecclesia 1, vt clerici fierẽt, vt ext. de fer. nõ or. c. 1. in parte de

Manumissi ab ecclesia, vbi sint conueniendi.

1 Quidã. n.

municari debet. In tertia parte dicitur, ꝙ si quis vult reuocare in seruitutem, vel ad obsequium, vel ad colonariam conditionem manumissos in ecclesia, & ecclesiæ commendatos, censura ecclesiastica coerceatur.] Secunda pars incipit ibi, [Si quis autem.] Tertia ibi, [In ecclesia.]

c ¶Per omnes.] In vna excommunicet, in alijs denũcietur. Si dices, ꝙ nemo potest pluries excõmunicari, dic vt not. 3. q. 4 c. vlt. & extra de sentẽ. excommunicatio officij.

d ¶Et per testamentum.] Extra de seru. non ordinan. c. 1.

e ¶Coerceat.] Nisi admonitus satisfaciat, & est arg. hic, ꝙ omne crimen est ecclesiasticũ. 35. q. 6. episcopus in synodo. ADDITIO. Argu. ad hoc inf. ca. prox. vbi Laur. idem sentit dicens, quòd hoc etiã potest videri per auctoritatem domini, si peccauerit. 2 q. 1. si peccauerit. extra de iud. nouit. De hac ma. le. & not. ext. de offi. ord. cap. 1. & de purg. cano. nos quidem. Archid.

Crimẽ qũlibet est ecclesiasticum.

LIbertos.] Hæc est secunda pars dist. in qua dicitur, ꝙ ecclesia debet libertos defendere, præsertim eos qui eius patrocinio commendantur. Io. de Fan.

CASVS. Hæc duo c. libertos, & liberti, vt dicit Benenen. loquuntur de libertis ecclesiæ commendatis, quos si aliquis inuadere sua auctoritate voluerit, vel in seruitutẽ reuocare, vel bona eorum auferre conatur, & ecclesia, & episcopus debent eos defendere.

Peculiũ seruus hẽre põt, sed non liber homo.

f LIberti.] Peculio.] Sed nunquid liber homo habet peculium? Non: quia sicut seruus non habet bona, ita paterfamilias non habet peculium, ff. de verborum significatio. paterfamilias, sed loquitur hic ſm tempus, quo seruus erat, vel peculium sumitur hic improprie. arg. C. de inoffi. testam. l. vltima. ff. ad Trebellia. l. cogita. 1. ſfi. De peculio autem serui, qui manumittitur, hoc in summa notabis, ꝙ si manumittitur inter viuos, dominus videtur ei concedere peculium, nisi adimat expresse. Si autem in testamento libertas ei relinquitur

linquitur peculiũ apud hæredem remanet, niſi expreſſe ei concedatur. C. de pecu. eius qui li. me. l. vna.

Si expoſitus.] Hæc eſt tertia pars diſtinctionis. in qua ponit de infantibus expoſitis 10. de Fant.

CASVS. Quæſitum fuit in concilio Toletano, quid fieri debet cum aliquis colligit puerũ expoſitum ante eccleſiam. Et reſpondet, quod debet in publicũ duci, vt cuiuſcũque ſit ille puer, ſiue ſit dominus ſiue pater, veniat intra decẽ dies, & puerũ recipiat: ſi autem poſt decem dies venerit, audiri nõ debet: ſed tanquã homicida puniatur.

a ¶ Expoſitus.] Exponit aut aliquis a patre vel domino, vel ab extraneo. ſi a patre vel domino, aut neceſſitate, vel ſpõte Si ſponte, nunquam poteſt recolligere eũ poſtea: nec n. ſuum dicere poterit quem pereuntem contemplit. C. de infan. expo. l. prima, & ſecunda. Si neceſſitate, repetit quandocunque, quia inuitus videtur expoſuiſſe. C. de infan. expoſi. l. 1. & in his caſibus locum non habet conteſtatio. quod tamen dixi de neceſſitate, videtur male dictum, nam dicit lex, quòd ſi ipſe nõ poteſt eum alere, debet enim in xenodochium 1. mittere. C. de lati. li. tol. l. vna. § ſed ſcimus. Sed quod dixi 2. intelligas cũ nullum talem locum inuenit: & intelligas maximè hoc de filiis: nam de ſeruo videtur, quòd potius debeat eum vendere, quam exponere, & eſt iſte caſus, in quo ſeruus habitus pro derelicto, ſtatim in libertatem eripitur, vt C de lat. lib tollen. l. vna. in authen. de nup. § hoc amplius, & § multo magis. coll. 4. aliàs occupanti conceditur. Si autem ab extraneo, & ſciente domino, vel patre; tunc locum habet quod hic dicitur. Si verò ignorante, ſemper poteſt repetere quandocunque voluerit, C. de infan. expo. l. 1 Hug. dicit, quòd tantum vſque ad decem dies auditur pater in hoc caſu, quod verius credo 3. quia de ijs quæ publicè fiunt, non poteſt prætendi ignorantia, vt 17. diſtin. quod dicitis. Idem poteſt dici quando pater propria voluntate expoſuit. Ioannes. Hoc teneas breuiter, quòd ſi a patre infans exponitur, vel ab alio, eo ſciente, vel ratum habente, ſtatim liberatur a patria poteſtate, & ſi dominus idem facit; ſeruus ſtatim eripitur in libertatem, & libertus in ignorantiã. Idem eſt ſi alimenta fuerint iſtis languentibus denegata, aut ſi iſti languentes expoſiti fuerunt, cuiuſcunque fuerint ætatis: & qui eos ſuſcipiunt, non habent aliquo ius in ipſis, vt extra de infan. vel lactantibus expoſitis, c. 1. Bar.

b ¶ Intra decem dies.] De his decem diebus dic, quòd currunt a tempore ſcientiæ, & ſunt continui, & ſi in tali loco eſt, quo venire non poteſt, reſtituitur per clauſulam generalem: argum ff. ex quibus cauſis maiores. l. prima. Alij dicunt, quod ſunt vtiles: cum. ſ. experiri poteſt, ff. de ædil. edict cum lex & de diuer. & temp. præ. l. prima. Si verò ille qui collegit expendit aliqua in puero eruidiendo in aliqua arte, repetit a recolligente, C. de infantibus expoſitis, l. 1. quod autem cauſa alimenti expendit, non repetit niſi in duobus caſibus, ſcilicet cum protellarus eſt, ff. de nego. geſtis, Neſſeunius, vel vbi eo cum collectus non vult ducere filiam ſuam in vxorem, C. de nuptijs patrem.

c ¶ Habeat.] Non in ſeruum, C. de infantibus expoſitis. l. vltima, & ideo dicit iſte eum habere, quia alius iam non poteſt petere puerum, puer tamen bene recedet ab eo cum

¶ Expoſitos defendat eccleſia, ſi quis eorum calumniator extiterit. Cap. I X.

3 Si expoſitus [2] ante eccleſiam cuiuſcunque fuerit miſeratione collectus, conteſtationis ponat † epiſtolam, vt ſi is qui collectus eſt, intra decem dies [b] quæſitus, agnituſque non fuerit, ſecurus habeat [c] qui collegit. Sane, qui poſt prædictum tempus calumniator extiterit, vt homicidia, eccleſiaſtica diſtrictione damnabitur, ſicut Patrum ſanxit auctoritas.

Capit. l. 6. c. 142. concor. Vaſenſe 1. c. 9. Burc. l. 3. c. 201. Iuo p. 3. c. 13. Poly. l. 3. tit. 13.

† al. ponatur epiſtola

Exponens filium, vel ſeruum an poſſit illũ recolligere.

DISTINCTIO LXXXVIII.

PRohibentur [d] ergo clerici cupiditatis negotia, ſuſcipere, non pietatis curam viduis, & orphanis impendere.

Vnde Melchiades a Papa.

¶ De eodem. Cap. I.

In ſcripto de primitiua eccleſia, & munificentia Conſtantini ex concilio Chalcedon. c. 3.

DEcreuit ſancta ſynodus nullum deinceps clericum aut poſſeſſiones conducere, aut negotijs ſæcularibus ſe immiſcere, niſi forte pupillorum, quorum nullus alius eſt propinquus, aut viduarum, quarum nullus vindex eſt, aut ecclæſiæ, ſuper quam ordinatus eſt, neceſſitas ingruerit. Quod ſi quis præſumpſerit, communione priuetur.

1 Idem hoſpitale.
2 Scilicet de neceſſitate.

3 Adde de iſta quæſtione, & alijs in mate. expoſitorũ no. in l. 1. & a. p Albe. de Ro. C. de infan. expoſi. & gl. in l. nemini C. de epiſc. audien.

Expenſæ circa infantem expoſitu factæ an poſſint repeti.

Pater, & mater filiũ denegare nõ p̃ ſumuntur.

d ¶ Prohibentur.] Rohibentur.] In hac diſtinctione prohibetur cupiditas, & mercatio omnibus clericis. Et diuiditur in duas partes: in quarum prima probat per decem auctoritates ſanctorum patrum, quod clerici non debent eſſe mercatores. Secunda ibi, [Neque apud Ioannes de Fant.

CASVS. Facta interpoſitione miſerabilium perſonarum in hac 88. d. redit Gratianus ad materiam ſuam. ſ. ad capitulum cupiditatis: cuius cupiditatis negocia clerici ſuſcipere prohibentur: ſed non prohibentur opera pietatis orphanis, & viduis impendere.

Decreuit.] CASVS. Statuit Melchiades Papa in ſynodo ſua, q̃ clerici cauſa cupiditatis, & lucri non conducant poſſeſſiones, nec negocijs ſæcularibus ſe immiſceant: nib in duobus caſibus. ſ propter curam miſerabilium perſonarum, & propter curam eccleſiaſticam ab epiſcopis ſibi commiſſam, & q̃ curam talem debeãt ſuſcipere clerici, probat duobus exemplis. ſ. Moyſi, & angelorum aſcendentium, & deſcendentium per ſcalam, quam vidit Iacob: ad inſtar quorum, præſti eccleſiæ debent aſcendere contemplando, & deſcendere curam ſubditorum habendo

e ¶ Conducere.] Scilicet cauſa cupiditatis, vt notatur 86. d. cap. vlt. & ſemper intelligo cauſa cupiditatis hoc fieri, niſi neceſſitas probetur. argumen. 22. quæſtio. 1. cap. 1.

a ¶ Vbi

Digitized by Google

Prædicatores qãque dãr angeli.

a ¶Vbi liquida patet] Ideſt, propter quod patet.

b ¶ Angelos.] Per angelos intelliguntur prædicatores qui qui pro ingenio auditorum debent ſe aptare, vt 8. q. 1. c. oportet & diſtin. 43. ſit rectoꝝ. §. vlt. unde non propter Iacob, ſed propter angelos inducitur hac auctoritas.

† Abſunt iſtæ duæ voces fere ab omnibus manuſcriptis.

bus ſe miſcere, niſi propter curam pupillorum, [& † orfanorum] ac viduarum, aut ſi forte epiſcopus ciuitatis eccleſiaſticarum rerum ſolicitudinem habere præcipiat. Vbi liquido patet [a], quia alia ſunt negotia ſæcularia, alia eccleſiaſtica. Nonne Moyſes in ſęculo erat, cum crebro tabernaculum intraret, & exiret; qui intus cõtemplatione raptus, foris infirmantiũ negotijs vrgebatur? *et infra.* ¶Sic & Iacob aſcendentes, & deſcendentes Angelos [b] vidit: quia videlicet rectores eccleſiæ non ſolum Deo contemplando ſuperna appetunt, ſed deorſum quoq; ad mẽbra illius miſerando deſcendunt. Et Domini ſacerdotes horum facta imitantur, & ſe cuſtodiunt, & ſubditorum onera portant.

Exod. 33.

Gen. 28.

a ¶Melchiades.] *Caput hoc habetur inſcripto de primitiua eccleſia & munificentia Conſtantini, quod in antiquis conciliorũ voluminibus continenter ſequitur poſt decreta Melchiadis (quãuis illa cõmunctione fortaſſe factum eſt, vt hoc quoq; ſcriptum olim decreti Melchiadis adnumerari ſolitum eſſet, cum tamen in eo de Nicano cõcilio & alijs, quæ poſt Melchiadem geſta ſunt, mentio fiat quod ex capite, ad futuram. infra 12. quæſt. 1. apparet.*

Item Gelaſius Papa ad epiſcopos per Lucaniam, c. 17.

¶De eodem. Cap. II.

Concil. Aquiſgranen. c. 93. 14. q 4. c. clerici. Poly. li. 4. tit. 31.

COnſequẽs [c] eſt, vt illa quoq; de Piceni partibus nuper ad nos miſſa relatio nunciauit, nõ prætereunda putaremus: id plurimos clericorum negociationibus inhoneſtis, & lucris turpibus imminere †, nullo pudore cernentes euangelicã lectionem, qua ipſe Dominus negotiatores è templo verberatos flagellis aſſeritur expuliſſe, nec Apoſtoli verba recolentes, quibus ait: [Nemo militans Deo implicat ſe negotijs ſæcularibus.] Pſalmiſtam quoque Dauid ſurda diſſimulantes aure, cantantem [d]: [Quoniam non cognoui negotiationes [e], introibo in potentias Domini.] Proinde huiuſmodi aut ab indignis poſt hac quæſtibus nouerint abſtinendum, & ab omni cuiuslibet negotiationis ingenio [f], vel cupiditate ceſſandum [g]: aut in quocunque gradu ſint poſiti, mox à clericalibus officijs abſtinere cogantur: quoniam domus Dei, domus orationis & eſſe debet, & dici, ne per † officia negotiationis potius ſit latronum ſpelunca.

† *al. inhiare.* *Matth. 21.*

2. *Tim. 2.*

Pſal. 70. vide infra ca. quoniam.

Luc. 19.

† *ne officia negotiationis, & ſpelunca potius ſit latronum*] orig.

Item Gregorius Romano defenſori lib. 8. epiſt. xj.

¶In ſacris ordinibus conſtitutus ſæculares curas aſſumere non debet. Cap. III.

j EPiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, nequaquam ſæculares curas [h] aſſumat; ſin aliter, deijciatur.

Item ex ſeptimo canone Apoſtolorum.

¶Epiſcopus ſæcularibus cauſis occupari non debet. Cap. IIII.

Anſ. lib. 6. c. 379.

PErlatum eſt ad nos reuerendiſſimum fratrem noſtrum Baſilium epiſcopum, velut unum de laicis in cauſis aduo-

c ¶Cõſequẽs.] Quia ſacerdotes erant inſtituti, vt 2. q. 7. accuſatio. Lau.

d ¶Cantantem] ideſt, mettice deſcribẽtem.

e ¶ Negociatores.] .i. falſam traditionẽ Iudæorum: quia ſcilicet credebãt ſe iuſtificari ex operibus legis, figuras legis ſectãtes, à gratia reſilientes: vel negociationis, i vt uilius emẽt, & carius vẽdãt.

f ¶Ingenio.] Augu. & nec ſub qualibet fraude excogitata poſsũt exerceri negociationes. ergo nec cauſa neceſſitatis, vt quidã aſſerũt, nec cauſa lucri captãdi ad opus pauperũ. 1. q. 3. ſi qs obiecerit. Arg. contra extra ne cle. vel mona ca. 1. 91. d. clericus. La.

Negociationes per clericos quacũque cauſa exerceri nõ debent.

g ¶Ceſſandum, aut in, &c.] Videt ergo, q in eius optione ſit an uelit abſtinere à ꝗſtu, an ab officio. ff. de iure do. plerũq; §. ultimo: quod falſum eſt. Sed hic, aut. cõminationum. 1. eſt 11. q. 1. placuit.

h EPiſcopus. [¶Curas. [Infra 21. q. 2. c. 1. 2. & 3. & 11. quæſt. 1. te quidem.

1 Et eſt ſenſus ſi moniti ceſſant: diſpenſatur cũ eis: aliàs abijciuntur à clero: & nõ minus à negociatione ceſſabunt. Arg. 3. q. 8. c. 1. & 21. diſtin. ſi quis. Archid.

PErlatũ.] CASVS. Baſilius epũs tanquam aliquis laicus ibat extra ſuum epiſcopatum coram iudicibus ſæcularibus aduo-

aduocando. Quod cum audiſſet Gregorius, præcepit Romano defenſori, ut præfatum Baſilium intra quinque dies cogat reuerti: quoniam, propter hoc dignitas epalis uilescit. Nam ſi ibi amplius eum ſtare permiſerit, uterq. grauiter punietur. Sequentia capitula plana ſunt vſq. ad paleam:

illam. [Eijciens.] quæ in ſcholis non legitur, ſed in ea ratio aſſignatur quare in domo, uel re conſimili non eſt vſura, ſed pecunia ſic: & hoc triplici ratione. Prima eſt: quia pecunia nō eſt diſpoſita niſi ad emendum. Secunda eſt: quia ex agro eum arādo fructum capio, & ex domo vſum mānionis: & ideo domū locando vel fundū, videor quaſi permutare lucrum cum lucro, ſed ex pecunia repoſita nullum fructum capio. Tertia ratio eſt: quia ager, vel domus veteraſcit, ſed nō pecunia, & hoc eſt in prima columna, ubi dicitur, primo q dē.

a ¶Et prætorijs.] id eſt, locis iudicij tractandi Quid ſit prætorium habemus. ff. de iuſti & iur. l. pen.

b ¶Præceptum.] Infra 23.q.4. iuſtum in fra 14.q.4. clerici.

c ¶Quinq; diebus.] Arg morē poſſe purgari 1. Item nota. inducias & expectationes quinque dierū: & hoc à tēpore quo ſuſcepit literas. extra de ap. ſup eo 4.q. 4.c.1. & q.5.c.j. quādoque duorum. 5.q. 2 c. præſenti.

d ¶Epiſcop' tuitionē.] Ideſt, aperitionem, vt ſcilicet corā eo non aperiantur: ſed coram magiſtro cenſus. C. de teſta. l. cōſulta. Vel dic tuitionē, ideſt, q̄ ſit aduocatus. aliàs per eū debet adimpleri quod in teſtamentis relictum eſt extra de teſt. ſi. hæredes. & ff. de pet. hæredita. in fi. Ioan. Dico ergo, ut dixi, non ſuſcipiet ex hoc officium aduocationis.

e ¶Epiſcopus.] Ad ſe reuocet.] Principaliter, vel per ſe: & tunc non eſt contra 86. diſt. fratrem.

f ¶Epiſcopus gubernationem.] Sed per archipresbyterum, nam partiri debet onera ſua. extra de offi. archipresby. c. ult. arg per alios nobis licere quæ nobis p nos non licent 3. arg 5.q.3.c.ult. ar. 12.q.1. præcipimus. Et valet ad quæſtionem q̄ eccleſia poſſit alicui concedere gladium 4. licet. ei non liceat ēō uti per ſe. 23. q. vlt. c. ſæpè. Similiter inuenitur: quod licet nobis p alios, & per nos, ut di. 95. illud ſuperfluum. & econuerſo, qđ non licet nobis per nos, nec per alios. 46. diſt. ſicut. 23. q. ult. his à quibus. & conſequitur quis per aliū qđ non poteſt. l. Labeo. ff. de vſuc. Dy. in regula, q̄ alteri lib. 6. bonus text. & ibi Bar & Bal. in l. 1. §. ne aūt. C. de ead. tol. 4. 93. diſ. Hadrianus a.

ſæcularibus occupari, & prætorijs [a] inutiliter deſeruire. quæ res quoniam & ipſum vilem reddit, & reuerentiam ſacerdotalē annihilat; ſtatim, vt experientia tua hoc præceptum [b] ſuſceperit; eum ita ad reuertendū diſtrictā executione compellat, quatenus ei illic, te inſiſtente, quinq; diebus, [c] ſub qualibet excuſatione, immorari non liceat; ne ſi quolibet modo eum ibidem amplius moram habere permiſeris; cum ipſo, apud nos grauiter incipias eſſe culpabilis.

Item ex concilio Carthaginienſi 4. c. 18.

¶Teſtamentorum tuitionem, & curam rei familiaris epiſcopus non ſuſcipiat. Cap. V.

ij EPiſcopus tuitionem, [d] teſtamentorum non ſuſcipiat. Poly. lib. 4. tit. 5.

Item ex eodem cap. 20.

¶De eodem. Cap. VI.

iij EPiſcopus nullam rei familiaris curam ad ſe reuocet [e]; ſed lectioni, & orationi, & verbi Dei prædicationi tantummodo uacet.

Item ex eodem, c. 17.

¶De eodem. Cap. VII.

iiij EPiſcopus gubernationem [f] viduarum, & pupillorum ac peregrinorum non per ſeipſum, ſed per archipresbyterum, aut per archidiaconum agat.

Item Gregorius Quertino ex præfecto, epiſt. 30. lib. 10.

¶Ratiociniorum cauſas clericus ſuſcipere non debet. Cap. VIII.

INutile, & ualde laborioſum eſt, hominem literatum, ratiociniorum cauſas aſſumere, & in eis ſe, quod non expedit, obligare.

Item Hieronymus ad Nepotianum de vita clericorum.

1 Adde an & qñ poſſit mora purgari, vel non: no. Bar. in l. ſi inſulā. ff. de verb. obl. Bald. in l. ſi poſt tres ff. ſi quis cau. gl. & Doc in c. potuit, de loca.

2 Vide q̄ ubi p̄ſona à teſtatore deputata eſt: illa exequit. 12. q. 2. de laicis in fi. Archi. Poteſt qs p aliū qđ non poteſt p ſe.

3 An hoc p̄cedat regulariter.

4 Hic vide qđ le. & no. de conſec. d. 4. quando 2.

5 Hic vide qđ le. & no. de conſec. d. 4. quando 2.

poteſt. per ſe. ff. de ſta. ho. Imperator. & id per ſe, quod non per alium. C. de ijs qui ve. xta. imp. l. 2. ff. de adopt. poſt mortem. §. neque 23. diſt. quorundam. [& quandoque plus per ſe valet factum quàm per alium. de conſec. diſt. 4. illud 10. Sol. generale. eſt, quod quis poteſt per ſe quod poteſt per alium, & econtra ſed in caſibus ſpecialibus fallit quandoque ratione perſonæ, quæ prohibetur per ſe facere, ut in hoc cap. ſed per alium non prohibetur 5: vel ratione rei: quia in cauſa criminali aliquis

¶Fugiendus est clericus negociator. Cap. IX.

NEgociatorem [a] clericum,& ex inope diuitē ex iguobili glorioſum,quaſi quandam peſtem fuge.

Item Auguſtinus in libro quæſtionum veteris,& noui teſtamenti,c.127.

¶ Clerico negociari non licèt. Cap. X.

Iuo p.6.c.89 Pann.l.7.c.26.

FOrnicari omnibus ſemper non licèt [b] :negociari vero aliquando licèt,aliquando non licèt. Antequam enim eccleſiaſticus quis ſit, licèt ei negociari : facto iam, non licet [c].

Item Ioannes Chryſt.ſuper Matthæum,[ideſt Auctor operis imperfecti,hom.38.c.31.Matt.]

¶De eodem. PALEA. Cap. XI.

Paulo aliter.

EIiciens Dominus vendentes , & ementes de templo, ſignificauit,quia homo mercator vix, aut nunquam poteſt Deo placere. Et ideo nullus Chriſtianus debet eſſe mercator:aut ſi voluerit eſſe, proijciatur de eccleſia Dei; dicente propheta: [Quia non cognoui negociationes;introibo in potentias Domini.] Quemadmodum enim qui ambulat inter duos inimicos ambobus placere volens , & ſe cōmendare,ſine maliloquio eſſe non poteſt (neceſſe eſt enim, vt iſti malè loquatur de illo, & illi malè de iſto) ſic qui emit,& vendit,ſine mendacio,& periurio eſſe nō poteſt,*& paucis interiectis* . ¶Sed eſt nec ſtabilis ſubſtantia eorum, neque ad bonum proficit , quod de malo congregatur . Quemadmodum enim ſi triticum , aut aliud † tale cernas in cribro ; dum huc & illuc iactatur , grana omnia paulatim deorſum cadunt; & tandem in cribro nihil remanet,niſi ſtercus ſolum; ſic de ſubſtantia negociatorum nouiſſimè nil remanet , niſi ſolum peccatum . Sed omnes homines videntur eſſe mercatores . Oſtendam ergo,quis non eſt negociator; vt qui talis non fuerit,eū intelligas eſſe negociatorem;vt.Quicunque rem comparat, non,vt ipſam rem integram,& immutatam vendat; ſed vt materia ſibi ſit inde aliquid operandi ; ille non eſt negociator . Qui autem comparat rem , vt illam ipſam integram, & immutatam dādo lucretur;ille eſt mercator,qui de templo Dei eijcitur. Vnde ſuper omnes mercatores plus maledictus eſt vſurarius . Ipſe namque rem datam a Deo vendit, non comparatam,vt mercator ; & poſt fœnus rem ſuam repetit,tollens aliena cum ſuis;mercator autem non repetit rem venditam.Adhuc dicit aliquis. Qui agrum.locat,vt agraiam recipiat,aut domum,vt penſiones recipiat, nonne eſt ſimilis ei,qui pecuniam dat ad vſuram? Abſit.Primum quidem , quoniam pecunia non ad aliquem vſum diſpoſita eſt , niſi ad emendum. Secundo,quoniam agrum habens,arando accipit ex eo fructum, habens domum , vſum manſionis capit ex ea . Ideo qui locat agrum.vel domum,ſuum vſum dare videtur, & pecuniā accipere, & quodammodo quaſi commutare videtur cum lucro lucrum : ex pecunia repoſita nullum vſum capis.Tertio ager,uel domus utendo ueteraſcit:Pecunia autem cum fuerit: mutuata,nec minuitur,nec ueteraſcit: [Et menſas nummulariorum ſubuertit.]Pecunia ſpiritualiter homines intelliguntur;qnia ſicut nummus habet;

charagma.

† *aliquam bladi ſpeciem.*

Matth.21.

aliquis agi per ſe,& non per aliū, vt 5.q.2.in criminalib. ADDITIO . Circa hoc dicas, ꝙ quādo aliquis potest aliqd facere ſua auctoritate: tūc nō eſt vis ſiue per ſe,ſiue per alium faciat,niſi ſpecialiter prohibeatur: ſed vbi ſua auctoritate non poteſt facere,ſed alterius: tunc locum habet,ꝙ non poteſt alteri committere, extra de oſt de leg.quoniam apoſtolica,vbi Innocen. ſic no. Archid.

a NEgociatorē .] Sed nunquid licèt clerico habere tabernam ? videtur quod ſic. C de epiſco.& cler.l 2.ſed diximus , quod licèt lex concedat,canon tamen non permittit.15.q.3.cū autem Vel dic, quod poteſt habere tabernā propter neceſſariū,&honeſtam negotiationem.

Clericus tabernā habere poteſt.

1 Adde qd veniat appellatione taberne nō ta. in leg. tabernæ. ff. de verbo. ſign. & in l. qui tabernas ff. de cōtrah.

b FOrnicari.] ¶Sēper non licet.] Ideſt, nunquam.32.q.4.nemo. Ar.cōtra 31.q.1.hac ratione. ſed licèt aliquādo licētia pęnę, ſed licentia culpæ nō, qa nō euadit culpam. diſt. 4 c.denique.2.

2 Dic ꝙ fornicatio nulli vnq̄ impunè conceditur. 27. q.1. nubendi. Archidia.

c ¶Non licèt.] Arg. quod propter mutationem ſtatus, quod ipſi erat licitum, fit illicitū & cōtra.arg. d.31.c.lex continentiæ. Argu.contra 12. q.1.non dicatis.

Neque

charagma Cęſaris,ſic homo Habet charagma Dei. Et quemadmodom ſolidus,qui non habet charagma Cæſaris,reprobus eſt; & ita & homo, qui non oſtendit in ſe imaginem Dei, reprobus æſtimatur. Vnde Eſaias dicebat ad Hieruſalem: [Pecunia tua reproba eſt, caupones tui miſcent uinum cum aqua,&c.]Ideo ergo menſas nummulariorum euertit,ſignificans,quia in tẽ plo Dei non debent eſſe nummi,niſi ſpirituales,ideſt, qui Dei imaginem,nõ diaboli portant. Aut certè menſas nummulariorum,ſacerdõtum dicit ſcripturas. Nouo enim teſtamento ſuccedente priori,euerſæ ſunt ſcripturæ illorum. *Eſa.1.*

¶ Hæc Palea (quemadmodum,& ſequens) eſt in aliquot vetuſtis exemplaribus, in quibus Palea raro habentur. Eſt autem ſumpta ex auctore operis imperfecti (cuius multa ſententia partim reijcienda,partim in bonam partem interpretanda ſunt.) & quidem multis locis de induſtria,quod ibi plenius hic, in ſummam redactum eſt,inco lumi ferè ſententia. Quamobrem ea tantum mutata aut locupletata ſunt; quæ valdè conducere viſum eſt. Quod etiam in ſequenti capite eſt obſeruatum.

Item ex verbis Auguſtini: [binc inde collectis,& in ſummam redactis ad Pſal.70.verſi.Quoniam non cognoui.]

¶De eodem. PALEA. Cap. XII.

QVoniam non cognoui literaturam.]aliqui codices habent: [negotiationes;]in quo diuerſitas interpretum ſenſum oſtendit,non errorem inducit. Ergo ſi propterea iſte tota die laudem Dei dicit, quia non cognouit negotiationes;corrigant ſe Chriſtiani,non negotientur.Sed ait mihi negotiator: Affero ex longinquo merces;mercedem laboris mei,vnde viuam, peto:dignus eſt operarius mercede ſua.De mendacio,de periurio agitur, nõ de negotio.Ego enim mentior,non negotium.Poſſem enim dicere;tãto emi tanto vẽdam;ſi placet,eme. Quomodo ergo reuocas a negotiatione?omnes artifices mentiuntur, ſutores, agricolæ. Vis, vt optem carum tps,vt poſſim vendere annonam,quam ſeruaui?Sed non hoc faciunt,inquis,agricolæ boni:nec illa negotiatores boni.Quid enim?Etiam & filios habere malum eſt; quia,quãdo eis caput dolet, malæ & infideles matres ligaturas ſacrilegas,& incantationes quærunt?omnia iſta hominom,nõ rerum peccata ſunt.Quęre ergo epiſcope (dicit mihi negotiator) quomodo pſalmiſtam intelligas, & noli me prohibere à negotiatione;negotiatio enim me nõ facit malum, ſed iniquitas mea,& mendacium meum.Quæramus ergo negotiatores, qui præ ſumunt gloriari ex ſuis operibus; ſi ſunt contra illam gratiam,quã hic pſalmiſta cõmendat,vt nemo de ſuis operibus glorietur. Et ſicut cõtra medicos ſuperbos ſalutis pollicitatores vigilat,hoc,quod dictum eſt:[tota die ſalutẽ tuam.]ſic contra negotiatores dẽ operibus ſuis gloriantes vigilat,hoc quod dictum eſt: [os meum annũciabit iuſtitiã † tuam.] Vnde,& Dominus expulit illos de templo volentes ſuam iuſtitiam ſtatuere, & ignorantes iuſtitiam Dei.Merito dictum negotium,quia negat otium,quod malum eſt,neq; quærit veram quietem,quæ eſt Deus. *Luc.10.* *Pſal.87.* †*iuſtitiam tuam*] *ideſt non meam, &c.*Aug. *Pſal.70.*

Item Caſſiodorus in eundem Pſal.70.in eundem veriſiculum.

¶De eodem. Cap. XIII. †*al.negotiari.*

QVid eſt aliud negotium †,niſi quæ poſſint vilius cõparari,carius velle diſtrahere?*& infra.*Negotiatores ergo illi abominabiles exiſtimãtur, qui iuſtitiam Dei minimè conſiderantes per immoderatum pecuniæ ambitum pol'uuntur,merces ſuas plus periurij onerando, quàm pretijs. Tales eiecit Dominus de templo dicens;Nolite facere domum patris mei,domum negotiationis. *Io.2.*

Item Cyprianus ad clerum,& plebem Furnitanorum,lib.1.epiſt.9.

Nomine

¶Nomine sacerdotis careat, qui Dei ministros à suis auocat officijs. Cap. XIIII.

Iuo p.6.c.191.

2NEque apud altare Dei [a] meretur nominari in sacerdotum prece, qui ab altari sacerdotes, & ministros voluit auocare. Et ideo Victor, cum contra formam nuper in concilio a sacerdotibus datam Geminium Faustinum presbyterum ausus sit tutorem constituere; non est, quòd pro dormitione eius apud vos fiat oblatio; aut deprecatio aliqua nomine eius in ecclesia frequentetur: vt sacerdotum decretum religiosè, & necessarie factum seruetur à nobis.

DISTINCTIO LXXXIX.

1 Tit. 3.

1 ps

Omni [b] quoque suæ oportet episcopum bene esse præpositum, vt quadam inde quodammodo futuræ dispensationis argumenta sumantur. In dispensatione uerò ecclesia hanc regulam obseruandam monerit, vt nulli quantumlibet exercitatæ personæ duo simul officia committat: neque secularibus viris res ecclesiasticas gubernandas committat.

Vnde Gregorius scribit omnibus episcopis.

¶Vni personæ duo non committantur officia. C. I.

Poly.l.4.tit.23. Ant.l.4.c.108. Iuo p.6.c.344.

SIngula [c] ecclesiastici [d] iuris officia singulis [e] quibusq; personis singulatim committi iubemus. Sicut enim Victor, cum moriebatur, presbyterum Geminium Faustinum in testamento suo, recit tutorem: & ideo præcepit Cyprianus, vt pro eo nullæ orationes in ecclesia fiant, nec oblationes recipiantur.

a ¶Dei.] Et nonne accusatur ille post mortem, contra id.23.dist.quorundam.C.ti reus, vel accu. mor. fue.l.1. & 2? Sol.dicunt quidã, ꝙ accusari potest, qui post mortem per instrumentũ, sicut hic:: quia apparebat per instrumentum, ideſt, per testamentum eum decessisse in mortali peccato. Sed H. dicit, ꝙ ille non accusatur: quia notorium erat eum impœnitentem decessisse: alias nõ posset accusari post mortem nisi de hæresi. 21. quæst. 2. Iané, & in illo casu. Item & in aliis fm quosdam, vt 24. q.2.in summa.C. ad legem iul. ma.l.vlt. Sed nonne dẽt præsumi pro isto: quia etiã in ultimo instanti potuit pẽ nitere, vt 26.q.6.qui recedunt. &c. cognouimus? Argu. contra.de pœn.d.1.c.agite. Dicit ergo H. ꝙ cum mortaliter peccauerit, nec pœnituerit, non debet pro eo orari. 13.q.ult.c.ult & punitur hic in quo deliquit. 12.q.2. de vito. vel hoc intelligas quo ad sepulturam tantum extra de tornea.c.1. Io. Credo 3. hoc ad terrorem institutum: nec modo locum habere. Quod vltimo dicitur, seruatur, de facto 86.dist.vlt.B.

Accusari potest qs post mortem.

1 Adde ꝙ regulariter non pöt.l.1. 2.& 3. C. si re.vel accus.

2 Fecerat.n. cõtra.id, qđ in concilio continet: & ita notoriũ erat eum impœnitentem decessisse & ideo non fit pro eo oblatio in altari.13.qõ.2. pro obeuntib. Arch.

3 Idem no. hic Lau. & idem credit Archid.

DOmni quoque suæ.] Hęc dist. diuiditur in tres partes: in quarũ prima dicitur, ꝙ vni personæ non debẽt committi duæ dignitates, vel officia. Secunda ibi. [Volumus] Tertia ibi, [Propinquis.] Ioan. de Fan.

CASVS. In hac 89.dist. repetit illud ca. apostolicæ regula: Oportet ordinandum domui suæ esse bene præpositum. Et ostendit ꝙ in hoc debet esse prouidus, vt sicut in domo seculari diuersa officia uni personæ nõ committũtur, sed pluribus: sic episcopus in ecclesiasticis officijs obseruabit, singula officia singulis cõmittẽdo: ita tamen, ꝙ administrationem rerum ecclesiæ laicis non committat. Et habet hæc distinct. quatuor articulos.

b ¶Domui.] Hoc extractauit magister. su. 47. dist. §. necesse. Sed aliter hic, & aliter ibi. 4. ibi. n. exposuit, domui, ideſt, familiæ suæ: hic aliter, domui suæ, ideſt, ecclesiæ suæ, & illud est quasi ꝑparatorium ad istud vt in hoc §. inuit C. Ottẽdit ergo in hac dist. 89. qualiter, prę latus ecclesiastica beneficia debeat dispensare: quia plura nõ debet committere 5. vni: & ꝙ nõ debet laicos œconomos cõstituere in ecclesia, vel vicedominos 6, & ꝙ ecclesiastica officia propinquis nõ cõcedat. Lau. inf. ead. decenter.

4 Qualiter statutis, & qualiter in legibus capiat hoc nomẽ, domus vide ꝑ Bart. in l lex Cornelio. §. domũ, ff. de iur. & l. qui domũ, & l. nec Labeo. ff. de adult.

5 Vt inf. c.1.

6 Vt inf. ea. quia & cap. seq.

cSingula.] CASVS. Epi plura officia vni committebant personæ: sed docet Greg. hoc nõ esse faciendum. Nam sicut in humano corpore singula mẽbra suum habent officium: ita in ecclesia Dei (secũ dũ Pauli sententiã) singuli singula debẽt habere officia: nec vni ꝑsonę q̃tũcumque exercitatæ vno tempore sunt plura officia committenda: & sicut varietas membrorũ per officia diuersa præstat corpori fortitudinem, & uenustatem, sic personarum uarietas per singula officia distributa ecclesiæ præstat fortitudinem, & uenustatem: alioquin esset ibi confusio.

c ¶Singula.] Nota, ꝙ difficile est, ut unus uicem duorũ obtineat 7.ff. de pact. si plures. C. de assessio. nemo. ex tra de test. ad hæc. C. de testa. consulta. ubi dr, ꝙ absurdum est, si promiscuis actib. rerum turbentur officia. Arg contra inf. 21 q 1 ca. vlt. & ff. quod cuiusq; uniuer. sicut. §. ult. Similiter lex dicit, quod non potest, quis per plures ciuitates plures habere potestates. ff. ad munic. libertus §. præscripto. Solu. regulare est, quod una persoha non suppleat uicem plurium 8. nisi in causa necessitatis, ut idem sit carnalis, & spiritualis pater 9. 30. q.1. ad limina. Vel prælatus in diuersis ecclesijs. 10.q.3. unio. uel idem sit eligens, & confirmans extra de elec. cum inter. uel ut ipsemet tradat sibi possessionem ff. de contrah. empt. fistulas §. fundum. uel nisi causa utilitatis, ut cum duæ ecclesiæ uni committantur. 16. q. 1. & temporis. uel ut idem seruus uicem pluriũ dominorum sustineat. ff. de stipul. ser. l.1. §. communis, vel, vt apud semetipsum aliquis emancipetur, vel adoptetur. ff. de adop. si consul. Lau.

ADDITIO. Vbi de hoc, & extra de proba. ex literis. ibi videas.

d ¶Ecclesiastici.] Non ordinum, sed dignitatum. unus enim bene habet omnes ordines: licet ab uno tantum denominetur.

e ¶Singulis.] Infra 21. quæst. 1. c. vlt. contra. Sed illud ex speciali priuilegio, hoc ex generali iure. 16.q. 1. hinc. Lauren.

7 Ad hoc 2. qõ. 1. §. sed sciendum in fin. & c. multi. 16. qõ. 1. ꝑsbyteros. Vnus uicem plurium supplere nõ potest.

8 Concor. tex. l. si plures. cum cõcor. ibi addi. ff. de pac.

9 Ad hoc ff. de auct. iu. l. accipientis argu. ff. de ma. vin. si cogatur §. vlt. licet videatur. contra. ff de off. consul. l. 1. §. fi. fm Io. de Fant.

in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita in ecclesiæ corpore secundum veridicam Pauli sententiam, in vno eodemque spiritu alij conferendum est hoc officium, alij committendum est [a] illud: neque vni, quantumlibet [b] exercitatæ personæ, vno tempore duarum rerum officia cõmittenda sunt: quia si totum corpus est oculus [c], vbi auditus? Sicut enim varietas membrorum per diuersa officia, & robur corporis seruat, & pulchritudinem [d] repræsentat; ita varietas personarum diuersa nihilo minus officia distributa & fortitudinem, & venustatem sanctæ Dei ecclesiæ manifestat. Et sicut indecorum est, vt in corpore humano alterum membrum alterius fungatur officio; ita nimirum noxium, simulque turpissimum, si singula rerũ ministeria personis totidem non fuerint distributa.

Rom. 12.

a ¶Gregorius] *Caput hoc a collectorib. ita citatur, quasi sint verba alicuius epistolæ B. Gregorij. Verum a Ioanne diacono lib. 2. vitæ eiusdem sancti Pontificis, nu. 54 sic referuntur.* Singula ecclesiastici iuris officia singulis quibusque personis singulatim committi debere dicebat; asserens, quia neque in vno, &c. *ex eo autem nonnulla sunt emendata.*

Item Gregorius Anthemio subdiacono, lib. 9. epist. 66.

¶Quilibet episcopus vicedominum, & œconomum habeat. Cap. II.

VOlumus, vt frater noster Paschasius & vicedominum [e] sibi ordinet, & maiorem [f] domus: quatenus possit, vel hospitib. [g] superuenientibus, vel causis, quæ eueniunt, idoneus, & paratus existere. Si verò & negligentem eum prospicis, & ea, quæ diximus, implere differentem; omnis clerus [h] eius adhiberi debet; vt communi consilio ipsi el gant, quorum personæ ad ea, quæ prædiximus valeant ordinari.

Poly. lib. 4. tit. 22. Anſ. l. 6. c. 145.

Hinc a colligi potest archidiaconi electionem a cũcloclero si episcopus negligens, vel differens fuerit, canonice fieri posse. Officium vicedomini est episcopatum † *disponere.*

† *episcopum.*

Vnde Gregorius Clementinæ patriciæ, lib. 1. epistol. 11. post alia.

a ¶Hinc.] *Verba hæc vsque ad vers.* officium. *absunt a plerisq; vetustis exemplaribus.*

¶Quid sit officium vicedomini. Cap. III.

DIaconum verò Anatolium, quẽ ad nos dirigi popo- scistis, hoc nos facere nõ posse, causæ magis mod[a]

Anſ. l. 7. c. 77.

1 Ad hoc plene facit qd no. extra de concess. præbẽ. literas.

2 ¶Committendum est.] Alius habebit Archidiaconatum: alius autem archipresbyteratum: & sic de aliis 1. arg. infra 13. q. 1. c. 1. & 2. Laur.

b ¶Quantumlibet.] Arg. non esse derogandum iuri generali propter personæ prærogatiuam. supra distin. 61. miramur. supra dist. 78. si quis Laur.

ADDITIO. Sed tamen propter personæ vtilitatem bene receditur. 1 q. 5. tali. 15. q. vlt. c. 1. Io. de Fant

c ¶Oculus.] idest, si omne officium attribuitur. ei, qui dicit in ecclesia oculus, vbi erit auditus, i. auris: i. officiũ qđ ei attribuitur, qui dicitur in ecclesia auris? Per oculũ intelligũtur maiores in ecclesia. quibi & aliis p̃ uidẽt. Per aurem in ecclesia discreti intelligunt & sciẽtes. Vel referas hoc ad illud, qđ dixit, q̃ diuersitas officiorum sit in ecclesia alias nõ obstare: qa si totũ, &c. quasi dicat, si omnes in ecclesia essent vnius officii, qũo implere corpus ecclesiæ, cum diuersis opus est?

Oculus & auris quos in ecclesia significant.

d ¶Et pulchritudinẽ.] singula quæq; locum teneant sortita decenter. Laur.

VOlumus] Hæc est secũda pars d. qua probat p̃ quatuor c. q̃ in qualibet ecclesia debet esse œconom'. Io. de Fã. CASVS. Paschasius episcopus nec vicedãm, nec maiorem domus in sua ecclesia ordinabat, q̃ causis interesset, & hospitibus ꝓuideret. Quare Gregorius p̃cipit Anathemio subdiacono, vt moneat Paschasiũ quatenus vicedominũ, & maiorẽ domus in sua ecclesia ordinet. Si verò hoc negligat, clerus ecclesiæ eligat aliquos, quorũ personæ ad hoc valeant ordinari.

e ¶Et vicedominũ] Exponit H. i. œconomum rerum episcopalium, qui rebus episcopalibus, & hospitib. superueniẽtib. ꝓuideat.

f ¶Et maiorem] idest, œconomum rerum canonicorum, & iste intellectus habetur ex rubrica quadam. Vel maioratus est quędam dignitas quæ est in quibusdam ecclesiis, vt Vercellis in ecclesia S. Mariæ.

Maioratus dignitas est in quibusdam ecclesiis.

g ¶Vel hospitibus] Quia episcopus non potest in proprio persona tractare talia negotia. 5. q. 3. quia episcopus. & referas, quod dicitur de hospitibus, ad vicedominum.

h ¶Clerus] Arg. q̃ si præfatus non vult, vel negligit facere ea, quæ debet. debent suppleri p̃ subditos: & econuerso.

Negligentia prælati supplebitur per subditos.

a Arg. ad hoc ext. de accu. sicut. & de foro compet. ex transmissa. nam eps ei est p̃ admonitione C. de iure emphy. l. 2. extra de locato, potuit. Archid. cum,

cum vicedominum, Vt gubernaret tres episcopatus, nõ potuit eum sibi concedere: & magis propter hanc causam, quam propter aliquam aliam duritiam eum sibi non concesit.

Vicedominus.

a ¶ Vicedominum.] Ex hoc cap patet, ꝙ vicedominus est

quàm rigoris austeritas facit. Vicedominum [a] enim eum constituimus, cuius arbitrio episcopum commisimus disponendum.

¶ De eodem C. IIII.

16.q. 7. quoniam in quibusdam. Anſ.l.6.c.143. Poly.l 4.tit.21. Deus dedit.p.4.

QVia in qbusdam ecclesijs, sicut ad nos peruenit, sine œconomo episcopi res ecclesiasticas tractant: placuit omnes ecclesias habentes episcopos [b], etiam œconomum habere de proprio clero, qui gubernet ecclesiæ res cum arbitrio sui episcopi, vt non sine testimonio [c] sit gubernatio ipsarum rerum ecclesiasticarũ, ex hoc eueniat res eiusdem ecclesiæ dispergi, & sacerdotali dignitati obtrectatio generetur. Si vero quis hoc non obseruauerit, diuinis subiaceat regulis.

¶ *Hic idem canon refertur infra 16.q 7.c.quoniam in quibusdam. ex versione Dionysii. Hic enim est ex prisca, quæ extat in collectione Isidori.*

Item Gregorius Ianuario Carolitano episcopo, libr.7. epist.66.

¶ Sæcularibus viris res ecclesiasticæ non committantur. C. V.

Anſ.l.6.c.146. † *committentes*] orig.

INdicatum est nobis, quòd laicis quibusdam curam vestri patrimonij commiseritis †, qui postmodum in rusticorum vestrorum deprędationib. atque a fatigationibus fuerint deprehensi; & reddere res, quas indecenter retinent habitas, quasi suę ditionis, quippe vestrę nõ suppositi curationi, postponant, vobisque despiciant actuũ suorum reddere rationem. Quod si ita est, districte à vobis discuti cõuenit, atque inter eos [d], ecclesiæque vestrę rusticos causã examinare subtilius. Et qdquid in eis fuerit fraudis inuentum, cum pœna [e] legibus statuta reddere compellantur. De cætero vero cauendum à fraternitate vestra est, ne sæcularibus viris, atque non sub regula nostra de gentibus, res ecclesiasticæ committantur, sed probatis de vestro officio clericis. In quibus, si quid reperiri

b ¶ Episcopos.] Vel etiam alios prælatos. quilibet enim prælatus debet œconomum constituere. C. de episcopis & clericis. omnes. §. hoc nihilo minus arg 9.qõ 3.cũ simus. extra de offic. ordi. cum vox. De officio œconomi, syndici, actoris, not. 16.q.7. quoniã. Arg. ꝙ episcopum posset corrigere œconomus res ecclesiæ dispensantem, sicut & archidiaconus 1. argu. distin. 74. honoratus.

Eꝑm œconomus corrige re potest.

c ¶ Testimonio.] episcopo enim phibent testimonium œconomi suæ administrationis: sed cubicularij sui perhibent testimonium suæ conuersationis, vt 2.q.7. cum pastoris lo.

1 Immo & patronus: & quilibet alius subditus. 16. q 7. filius. argu. fm Hu.

INdicatũ est.] CASVS. Ioan. episcopus Carolitanus cõmiserat curã episcopatus in tpalibus q busdã laicis, qui rusticos ecclesiæ suis bonis expoliauerũt: de quo rustici fuerũt Papę cõquesti. prędicpit ergo Papa Ioanni episcopo vt rei veritatẽ inquirat: & si laici inueniãt in culpa cum pœna legali compellantur reddere vniuersa, & de cętero non committat curã episcopatus laicis sed clericis quos corrigere possit.

Laici corã iudice ecclesiastico possunt quando conueniri.

d ¶ Inter eos.] Sed nõne isti erant laici? ergo debẽt cõueniri sub sæculari iudice, vt si.q.1 experientia? Sed ideo conueniunt coram ecclesiastico, qa rapuerunt bona ecclesiæ, vt ext. de foro compe c.cũ sit generale. & est hoc cõtra rectores ciuitatũ qui compellunt rusticos ecclesiarum sub se respondere 2. Alii dicũt seruos & liberos ecclesiæ sequi forũ dominæ id est, ecclesiæ, vt dixi 11 q.1 c.2. rusticos autem non, sed sæculares: nisi ecclesia ab Imperatore consecuta esset iurisdictionem super eos. argu. 63 dist. c. ego. extra de app. si duobus verius dr hic laicos istos conueniri in foro ecclesiæ ratione prædicta, & quia adhuc erãt in administratione, vnde ratione administrationis. rustici conueniri poterant sub episcopo. argu 2.q.6.c.ei qui. §. nulli quoq. offici post depositam administrationẽ non, nisi forte in breui, vel nisi fugerẽt. in authẽ. vt iu. sine quo quo suf. §. quis autem. & §. necessitatem. Alij dicunt, quod iste episcopus reprehensus fuerat: quia œconomum fecerat aliquem de istis laicis, qui tantum clericus esse debet: alias bene posset eis committere curam rusticorum & aliorum bonorum epatus 77. dist. c 2 in fi.

2 Dicit hic Hug. & in hoc punctu ptãs Bono. voluit obtinere contra nõ eꝑm. sed non potuit. de hoc not. 16.q.1. cap. gñaliter. §. nouarum. in ver. iuxta. Archi.

Concussionis pœna.

e ¶ Cum pœna.] isti committebant crimen concussionis: cuius pœna quadruplum est, vt 18. dist. quoniam.

est, qui habet potestatem super res ipsius episcopatus. œconomus, qui super res canonicorum: cui scilicet res ecclesiastica gubernanda mandatur. C. de sacrosanct. eccle. iubemus. in Princip. Et sicut episcopus dispensat res episcopales sub testimonio vicedomini: sic canonici res ecclesiasticas sub testimonio œconomi: & econuerso. vt 16 q 7. quoniam. & 12.q.1. manifesta. Iste œconomus in quibusdam ecclesijs appellatur præpositus.

QVia in quibusdam.] CASVS. Dictum fuit in concilio Chalcedonen. ꝙ quidam sine œconomis ecclesiæ gubernabant. præceepit ergo concilium, vt vnusquisque episcopus habeat œconomum de proprio clero qui: arbitrio episcopi res ecclesię gubernet, ne propter absentiam œconomi res ecclesię dispergantur, & episcopo infamia generetur; & qui contra hoc fecerit, diuinis regulis subiacebit.

& hoc cum ciuiliter agitur. cum vero criminaliter punitur pro arbitrio iudicis, vt 1 q. 1. concussionis. & sic ecclesia suum quandoque potest cum augmento repetere, vt 12. q. 2. c. in legibus l. sed argum. contra. ead. q. fraternitas.

Ecclesia suum quoq; cũ augmento repetit.

a ¶ Vt in subditis.] videtur ergo ꝙ p̃dicti laici nõ sint de foro ecclesię: sed ideo hoc dicit, qa facilius coercentur Clerici quàm laici.

a De hoc le. & no. 18. di. quoniam in sibi videas.

b ¶ Quàm accusent.] Id est accusabiles ostendant.

PROPINQVIS. Hęc est tertia pars d in qua dicit, ꝙ episcopus hoc officium nõ debet cõmittere suis consanguineis. Ioan. de Fan.

CASVS. Hic est tertius articulus, vbi dicitur, quòd episcopus non debet committere consanguineis vel fauore sibi coniunctis res ecclesiæ gubernandas.

DEcenter.] CASVS. Querimonia facta fuit in cõcilio Toletano, ꝙ qdam episcopi res ecclesię dabant gubernãdas cõsanguineis, vel fauore sibi coniunctis, per quos res ecclesię lędebantur. Ideo statuit cõciliũ, vt talibus administratio non committatur: qđ administratione remoueantur, & ep̃i excõmunicationi annuæ subiacebũt, & quę male ablata sunt, reddantur in duplum ab ijs, qui abstulerunt.

c ¶ Aut sanguine.] Sic decima qõ. 2. hoc ius in fin. Vel intellige de ijs, q malę vitę sunt. alias videtur esse contra supra distinctio 86. nõ satis, quis enim carnem suã odio habuit. 13. quæst 2. non ęstimemus Sed quare ꝓhibet hoc de propinquis? ideo, quia magis proni sunt episcopi ad dandum coniunctis personis quàm alijs. Sic sæpius & fortius prohibetur fornicatio; quia potius peccatur hoc genere peccati 50. distinct. quia tua. Item sicut magis punitur, qui interficit vxorem. quàm matrem: quia proniores sunt homines ad illud faciendum, vt. 33. quæstio. 2. admonere. Item sicut hac ratione subuenitur mulieri, cum intercedit, nõ tamen cum dat: quia pronior est ad intercedendum. quàm ad dandum. vt. ff. ad Velleian l. 4. Itẽ & alia ratione prohibetur dare propinquis: quia semper præsumitur, quod res ecclesiæ latenter lædant reddit quare vni p̃sonæ nõ sunt danda diuersa officia.

Ep̃i citius ꝓpinquis, q alijs dant.

Mulieri intercedenti, sed non dãti subuenitur.

AD hoc dispensationis.] CASVS. Gregorius & Bonifacius dicunt, ꝙ ideo est constitutum, vt diuersa officia diuersis committantur personis, quatenus ex obedientia minores, & ex dilectione maiorum erga minores, recta fiat administratio singulorum officiorum. aliter enim uniuersitas rerum rationabiliter gubernari non posset. & quòd in ecclesia Dei debeant esse officia diuersa, probatur ad instar curiæ cœlestis, vbi quidam angeli sunt minores, & quidam maiores.

e ¶ Diuersos.] Inter prælatum & subditum.

a ¶ Et

poterit prauitatis, vt in subditis [a], emẽdare quod illicite gestum fuerit, valeatis: quo videlicet β apud vos habitus sui officium magis conuenienter administrent, quam accusent [b].

α ¶ Atque fatigationibus.] *In plerisque manuscriptis legitur*, atque ex fatigationibus, *in editionib. epistolarum B. Gregorij*, atque per hoc & fatigationibus. *in vno autem vetusto earundem epistolarum, codice*, atque per hoc ex fugationibus.

β ¶ Quo videlicet.] *Apud B. Gregoriũ legitur*, quod apud vos habitus sui magis officium commendet, quàm excuset.

3 Propinquis etiam, vel fauore sibi coniunctis ecclesiastica officia episcopus committere non audeat.
Vnde in Toletano concilio 10. c. 3. legitur.

¶ Ecclesiastica officia non committat episcopus propinquis, vel fauore coniunctis. C. VI.

DEcenter omnibus placet, & in p̃senti tale rescindere factum, & non esse de cætero faciẽdum. Quicũque † igitur pontificum deinceps, aut sanguine propinquis, aut fauore personis quibuscumque sibi coniũctis † talia lucra † commendare tentauerit; ad suum nefandę p̃sumptionis excidium, & quod iussum fuerit, deuocet in irritum; & qui ordinauerit, annuæ excommunicationi subiaceat. Quæ vero ablata fortasse fuerint, ab eo, qui tulerit, reddantur in duplum [d].

† *Nam quisquis*] orig.
† *deuictis*] or.
† *al. loca.*

4 Poro ipsa officia, quare ita sint distinguẽda & non vni personæ omnia committenda, ex auctoritate Gregorij, & Bonifacij Papæ datur intelligi: qui sic aiunt.

¶ Caput hoc penè ijsdem verbis legitur in epistola Bonifacij II. ad Eulalium, & Gregorij I. ad episcopos Galliarum, lib. 4. epist. 52. Sic quoque in alijs epistolis B. Gregorij multa leguntur, quæ in scriptis superiorum Pontificum habentur.

¶ Graduum & ordinum distributio, ecclesiasticam vnitatem conseruat. Cap. VII.

AD hoc dispẽsationis † diuinæ prouisio, gradus diuersos [e], & ordines, constituit esse distinctos, vt dum

† *al. dispositionis.*

a ¶Et potiores.] Hoc erit vsque in diem iudicij tantū. Dicit.n. Apostolus, Dum mundus iste durabit, homines præerunt hominibus, dæmones dæmonibus, Angeli Angelis. Cum autem Deus erit omnia in omnibus, cessabit omnis prælatio, non tamē ordo vel maioritas. Prælatio q̄libet post iudicium cessabit.

reuerentiam minores potioribus exhiberēt, & potiores [a] minoribus dilectionem impenderent; vera [b] † concordia fieret, & ex diuersitate contextio, [c] & rectè officiorum gereretur administratio singulorum. Neque enim vniuersitas [d], alia poterat ratione subsistere, nisi huiusmodi magnus eam differētiæ ordo seruaret. Quia verò quæq; creatura in vna eademque qualitate [e] † gubernari, vel viuere non potest; cœlestium militiarum exemplar nos instruit; quia dum sunt Angeli, & sunt Archangeli; liquet, quia nō sunt æquales, sed in potestate & ordine (sicut nostis) differt alter † ab altero.

† *vna concordia fieret diuersitate contexio.*] orig.

† *æqualitate*] Bon.

† *al. vnus.*

b ¶Vera.] idest, per veram concordiam. Io.

c ¶Contextio.] Infra 95. dist. esto. Io.

d ¶Vniuersitas.] Creaturarum.

e ¶Qualitate.] Quia qualitas corporum non pōt manere in vno statu. de consec. dist. 5. ne tales, & dicit lex, quòd circa statum humanum nihil est stabile, vt in Authen. de non alie. aut permu. § vt autem coll. 2. vel dic, qualitate, idest, æqualitate, quia non omnes possunt esse episcopi. Status humanus est instabilis.

DISDINCTIO XC.

Litigiosus [f] quoque prohibetur ordinari; quia qui sua potestate discordantes ad concordiam debet attrahere, qui oblationes diffidentium prohibetur recipere; nequaquam litigandi facilitate alios ad dissidium debet prouocare.

Vnde in concilio Carthaginiensi quarto, c. 59. legitur.

¶Clerici discordes dejciantur, vel reuocentur ad concordiam. Cap. I.

Burc. l. 2. c. 215. Iuo p. 6. c. 290.

DIscordantes clericos episcopus, vel ratione [h], vel potestate [h] ad concordiam trahat: inobedientes synodus per audientiam damnet.

Item ex eodem, c. 93. & 94.

¶Dissidentium fratrum, in ecclesia oblationes dona non recipiantur. Cap. II.

† *al. similiter dona eorum.*

Bur. l. 5. c. 38. & 39. Iuo p. 2. c. 47. & 48. inf. c. eorum.

OBlationes [i] dissidentiū fratrum neq; in sacrario, neq; in gazophylacio [k] recipiantur. *Similiter* †. Dona

f ¶Litigiosus.] In hac dist. 90. tractat hoc c. nō litigiosum, qđ tractauit 46. d. †. sed dissimiliter. ibi. n. ostēdit, q̄ episcopus nō debet esse litigiosus hic verò, q̄ discordantes debet ad concordiā reuocare. vltimo addit, quòd eōi debent sibi vicissim præstare auxilium ad pacem seruandam.

g ¶Discordantes.] Ratione.] .i. amicabili cōpositione ext. iudiciū. & ā plano nam iudex ad concordiā laborare debet. 5. q. 2. si primates i. & litigātes reconciliare. ff. de vsufr. si cuius §. equissimū. & ā of. pli. illicitas. ne potētiores. Si ergo inter se cōpositionē faciāt, remanebūt crimina impunita, cōtra illud ff. ad le. Aquil. ita vulnerāt a sed hoc in crimine iniuriarū obtinet, q̄ glibet p̄t remittere. sed si criminaliter ageret, esset falsum: sed si delictū tāgeret ecclesiā, ibi si posset subditus componere cū prælato, vt 23. q. 4. si is qui. potest tamen renunciare accusationi, vt ex. de acc. veniens. Iudex ad cōcordiam laborare dēt. 1 Cōcor. tex. in Auth. de māda. prin. §. deinde. coll. 3. non in pōt eos cogere. tex. est in § fin. in Auth. vt lit. iu.

a Et extra de sen. excom. vt fimæ. ff. de fideiu. si a teo. §. vlt.

aliquis enim maior erit alio. nam in domo patris mei, &c de pœn. dist. 4. in domo. sed non præerit ei, & vide quomodo prælatus & subditus sibi cōnectuntur, vt 95. dist. esto. & hæc diuersitas ordinum propter maiorem concordiam est statuta, vt 45 dist licet 2.

b ¶Vera.] idest, per veram concordiam. Io.

c ¶Contextio.] Infra 95. dist. esto. Io.

d ¶Vniuersitas.] Creaturarum.

e ¶Qualitate.] Quia qualitas corporum non pōt manere in vno statu. de consec. dist. 5. ne tales, & dicit lex, quòd circa statum humanum nihil est stabile, vt in Authen. de non alie. aut permu. § vt autem coll. 2. vel dic, qualitate, idest, æqualitate, quia non omnes possunt esse episcopi.

LItigiosus.] Hæc distin. diuiditur in duas partes. in quorum prima probatur, quòd clerici non debent esse litigiosi: quia ex officio suo tenentur alios ad concordiam reuocare, & si talis fuerit ordinari non debet: & hoc probat ex auct. sanctorum. Secunda ibi, [Præcipimus.] Ioan. de Fant.

CASVS. Repetit hic illud c. Apostolicæ regulæ, non litigiosum, qui ordinari prohibetur. Nam cum discordantes debeat concordare, & oblationes dissidentium non 4. si is qui. potest tamen renunciare accusationi, vt ex. de acc. veniens.

ADDITIO. Ad idem in Auth. de man. princ. §. deinde, coll. 3. Pacis enim turbator capite plectendus est. ff. de re mili. qui metu. Arch.

h ¶Vel potestate.] Scilicet coercitione. vt ff. de officio præsidis, congruit, & infra eo. placuit.

OBlationes.] CASVS. Dicitur, q̄ sacerdos non debet recipere oblationes discordātium fratrum, nec eorum qui pauperes opprimunt.

i ¶Oblationes.] Cum odium eorum apertū est, & notorium. hoc intellige de uoluntariis oblationibus, non de decimis, & primitiis. ext. de deci. de terris, 16. q. 1. decimæ. Lau.

K ¶In gazophylacio.] idest, arca, vel locus est ubi reponuntur oblationes, à gaza, quod est diuitiæ, & phylatia id, quod est seruare.

l ¶Dona.] Dicit Hug. hoc generaliter intelligendum esse de quolibet. qui est in mortali peccato 3. & gratia exēpli est illud positum, s. dissidentium. In melius dic, q̄ cū hæc sit pœna, non dēt extendi nisi quatenus repetitur delictum. nam specialiter de quibusdam personis inuenitur prohibitum; vt hic de isto. Itē de eo, qui pauperē opprimit; Item de sacrilego, vt 12. q. 2. de uiro.

Item de eo, qui vi extrahit ſeruum ad eccleſiam confugientem, vt 17.q.4.miror. Itē de raptore.extra de rapt. ſuper eo. Item de vſurario. extra de vſuris, quia in omnibus, ſed etiam pœnitentes quandoque prohibentur oblationes facere, de conſec. diſt. 4. eos. Idem dico de meretrice 1.

1 Argu. ad hoc bonum in Auth. de leno. in pri. & quod ibi not. coll. 3.

a ¶Opprimunt.] Si quis tamē officiatus opprimit ruſticos; quia fortè debet habere decem, & accipit duodecim: dona eius non ſunt reſpuēda de iure ſm quoſdā: qa trāsfertur dominium. in huiuſmodi, & fieri poteſt inde eleemoſyna: nec eſt vera rapina. arg. 14.q 5. nō tanē ſi tamē propterea correctus nollet ceſſare, debēt reſpui. Vel dic q̄ inde pōt fieri eleemoſyna, non tamen oblatio. Idē dico in meretrice, vt dixi. 14. q. 5. in prin.

eorum, qui pauperes opprimunt [a], à ſacerdotibus refutanda ſunt.

Item Cyprianus, de vnitate eccleſiæ.

¶Extra eccleſiam eſſe probatur, qui pacem cum proximo non habet. Cap. III.

NEque ad Cain munera reſpexit Deus, Neque enim pacatū habere Deum poterat, qui cum fratre pacē per zeli diſcordiam non habebat. Quam ſibi igitur pacem promittūt inimici fratrum? quę ſacrificia celebrare ſe credūt æmuli ſacerdotum? An ſecum eſſe Chriſtum cum collecti fuerint, opinantur, qui extra Chriſti eccleſiam [b] colliguntur? Tales etiam ſi occiſi in confeſſione nominis fuerint, macula iſta nec ſanguine [c] abluitur [d]. Inexpiabilis [e], & grauis culpa diſcordiæ, nec paſſione purgatur.

Item ex octaua ſynodo.

¶Murmurantes à fratrum vnitate alieni efficiantur. Cap. IIII.

ALienus ſit a fratrum vnitate, qui murmurat; & opus eius [f] abijciatur, qui murmurās α extiterit: ne pœnam murmurantiū incurrat: de qua Apoſtolus dicit: [Neque [g] murmuraueritis, ſicut quidā murmurauerunt [h], & perierunt ab exterminatore [i].] Iuxta β menſuram itaque operis peccator (quod in hac ſententia Apoſtoli plenius declaratur) ſacerdotis iudicio pœniteat.

Burc. l. 10. c. 52. & 54.
Iuo p. 13. cap. 55. & 53. ex concil. Moguntino.
1. Cor. 10.

¶In libello B. Baſilij de inſtitutis monachorum Rufino interprete (qui nuper Colonię cum regula B. Benedicti eſt impreſſus.) c. 42. in. vltima reſponſione habetur prima pars huius capitis vſque aduer. abijciatur.

α ¶Qui murmurans.] *Eiuſdem libelli, c. 50. penultima interrogatio ſic habet,* Si verò etiam quis murmuret propter eſcam, quæ erga eum ſententia ſeruabitur? Reſp. Ea, quæ circa eos, qui murmurauerunt in deſerto. Dicit enim Apoſtolus: [Neque murmuraueritis, ſicut quidam eorum murmurauerunt & perierunt ab exterminatore.]

β ¶Iuxta.] *Hæc pars non habetur in eo Baſilij loco. Apud Burchardum verò, & Iuonem (à quibus citatur ex concilio Moguntino) ſic legitur,* iuxta menſuram, opusque peccati, quia in hoc ſententia, &c.

Item ex eodem.

¶Corripiantur. qui rixas, & contentiones amant: Cap. V.

In regula Iſidori, c. 17.
Burc. l. 10. c. 62.
Iuo p. 13. c. 63.
† abeſt à multis exempl.

SI quis monachus. † contentiones, vel rixas amauerit,

Deſperandi eſt de nemine.

a ¶Opprimunt.] ſi quis tamē officiatus opprimit ruſticos; quia fortè debet habere decem, & accipit duodecim: dona eius non ſunt reſpuēda de iure ſm quoſdā: qa trāsfertur dominium. in huiuſmodi, & fieri poteſt inde eleemoſyna: nec eſt vera rapina. arg. 14. q 5. nō tanē ſi tamē propterea correctus nollet ceſſare, debēt reſpui. Vel dic q̄ inde pōt fieri eleemoſyna, non tamen oblatio. Idē dico in meretrice, vt dixi. 14. q. 5. in prin.

b ¶Deferatur.] ſed pone, ꝙ epiſcopus aliter ſe habeat contra iſtum, quàm debeat: nunquid iſte iure poteſt ei obedientiam negare? Videtur, quod ſic, arg. 45. diſt. cum beatus. 22. qō. 5. de forma. & fides non eſt ſeruanda nō ſeruanti 1. extra de iure iur. peruenit 2. ſecus tamen eſt 2. conſulo tamē ei, vt agat per ſuperiorem. argu. 11. q 3. ſi epiſcopis. 9. q. 3. nunc vero.

Frangenti ſi dem fides refrangatur ei dem.

z Ad hoc facit, qđ dī in gl ſeq. argu. quod, &c.

z Adde not. gl. in l. vt reſponſum, & ibi Bal. C. de tranſ. glo. in l. cū proponas. C. de pact.

c ¶Scitum eſt.] i. ſapienter dictum eſt. H. & ideo ſciri dignū Lau. hoc eſt. ita ſe debet habere epiſcopus erga presbyteros, ſicut Aaron habuit ſe erga filios ſacerdotes.

d ¶Vt principem.] Factum reſpicit, nam de iure tolerandus eſt prælatus vſque ad ſententiam 8. q. 4. nonne.

e ¶Me.] Argu. ꝙ fruſtra petit debitum, qui quod debet non impendit, vt 28. q. 1. b infidelis. 32. q. 5. nō mœchaberis. & c. ſi ducturi. ſu. diſt. 9. neq; in fin. 10. q. 1. placuit 22. q. vlt. de forma. 18. q. 2. abbatibus arg. cōtra. 11. q. 3. inter verba. 91. d dominus. 33. q. 5. quod Deo. H.

Epī literatos ſecum habeant.

f ¶Inuideant.] Arg contra epiſcopos, qui malunt habere illiteratos quàm literatos circa ſe,

g ¶Reuelatum.] Supra diſt. 8. fruſtra. C. de offic. rec. prō. l. potioris.

h ¶Sedenti.] In loco inferiori.

i ¶Taceat.] Deliberando in ſermone, cum non debeat interrumpere verbum eius.

k ¶Non

γ ¶Ac dominici.] *Ibidem eſt*, ac Deo noſtro non patrimonij ſui damna conquiritis, dum ſoli vultis in eccleſijs potentari?

♪ ¶Ad epiſcopum.] *Hoc loco longe plenior eſt oratio libello, & pro hac auctoritate Apoſtoli ad Timotheum, multa alia afferuntur.*

Item ad Nepotianum. epiſt. 2.

¶Epiſcopi, & clerici inuicem ſibi honorem exhibeant. Cap. VII.

ESto ſubiectus pontifici tuo, & quaſi animæ parētem ſuſcipe, *& paulo poſt.*¶ Sed epiſcopi ſacerdotes ſe eſſe nouerint, non dominos, honorent clericos quaſi clericos [a], vt & ipſis a clericis, quaſi epiſcopis honor deferatur [b]. ¶Scitum eſt [c] illud oratoris Domitij, Cur ego te inquit, habeam, vt principem [d], cum tu me [e] non habeas, vt Senatorem? ¶Quod Aaron & filios eius, hoc epiſcopum. & presbyteros eſſe nouerimus. ¶Vnus Dominus, vnum templum; vnum ſit etiam miniſterium. ¶Recordemur ſemper, quid Apoſtolus Petrus præcipiat ſacerdotibus: [Paſcite eum, qui in vobis eſt gregem Domini, prouidentes non coacte, ſed ſpontanee, ſecundum Deum; neq; vt turpis lucri gratia, ſed voluntarie; neque, vt dominantes in clerum, ſed forma facti gregis † ex animo, vt cum apparuerit princeps paſtorum, percipiatis immarceſcibilem glori æ coronam.] Peſſimæ conſuetudinis eſt in quibuſdam eccleſijs tacere presbyteros, & præſentibus epiſcopis non loqui: quaſi aut inuideant [f]; aut non dignē tur audire: [Et alij, inquit Apoſtolus Paulus, fuerit reuelatum [g] ſedenti [h], prior taceat [i],] *& paulo poſt.* ¶[Gloria patris eſt filius ſapiens.] Gaudeat epiſcopus iudicio ſuo cum tales Chriſto elegerit ſacerdotes.

Anſ. l. 7. c. 121.

1. Pet. 5.

† *al. gregis.*

1. Cor. 14.

Prou. 10. & 13.

Item ex concilio Laodicenſi, c. 56.

¶Presbyteri epiſcopos non præcedant; ſed comitentur, vel ſubſequantur. Cap. VIII.

NOn oportet [k] presbyteros ante ingreſſum epiſcopi ingredi, & ſedere [l] in tribunalibus [m], ſed cum epiſcopo ingredi; niſi forte, aut ægrotet epiſcopus, aut in peregrinationis [n] commodo [a] eum abeſſe conſtiterit.

a ¶In peregrinationis commodo.] *Sic priſca uerſio: ſed Dionyſius longe propius ad uerba græca*, niſi forſitan infirmitate detineatur aut proficiſcatur epiſcopus. *πλὴν μὴ ἀναμαλοῖη, ἢ ἀποδημεῖ ὁ ἐπίσκοπος,*

k ¶Non oportet.] Tempore ſollennium officiorum, vel cum redeunt à proceſſione ad chorum.

l ¶Et ſedere.] Cōiūgas īgredi & ſedere. alias falsū eſſet.

m ¶In tribunalibus.] Ar. C. de hære. & manichæ cūcti. m In tribunalibus.] Ideſt, in ſede iudiciaria, vt iudicent ſine eo.

n ¶In peregrinationis.] De licētia ſuperioris inf de cōſe. diſt. 5. nō oportet & de cōſenſu ipſius eccleſiæ. extra de vot. & vo. redemp. c. magnæ. ꝙ etiam domini Papæ.

a ¶Epi-

Digitized by Google

a Episcopus. [¶ Non patiatur.] Ita ꝙ non liceat ei sedere: nisi presbyter assumeret sibi officium stan
b Episcopus.] ¶ Collegam se.] Ita tamen ꝙ nõ cõtẽnatur.

natur. ff. de officio præto. obseruandum. Ioan.
c Presbyter.] ¶ Non signet.] In vertice: quia in frõte non potest etiam auctoritate episcopi, vt de conse. dist. 4. presbyteri.

Item ex concilio Carthaginiensi 4. c. 34

¶ Episcopus non dominum, sed collegam se presbyterorum cognoscat. Cap. IX.

Iuo. p. 5. c. 337. Episcopus in quolibet loco sedens stare presbyterum non patiatur [a].

¶ De eodem. Cap. X

Item ex eodem. c. 35.

In capitu. Martini Brac. c. 52. de cons. dist. 4. c. omni tẽpore Mart. Bra. c. 56. Episcopus in ecclesia, & in consessu presbyterorum sublimior sedeat. Intra domum vero collegam se [b] presbyterorum esse cognoscat.

Item ex concilio Martini Papæ.

Ans. l. 7. c. 188. Burc. l. 5. c. 44. Iuo p. 2. c. 53. ἐκ τῶ κυριακω.

¶ Sine præcepto episcopi presbyter non signet infantes Cap. XI.

Presbyter præsente episcopo non signet [d] infantes, nisi ab episcopo fuerit illi præceptum.

Item ex consilio Neocæsariensi, α c. 13.

¶ De eodem]. PALEA. Cap. XII.

Presbyter præsente episcopo non signet [d] infantes, nisi ab episcopo fuerit illi præceptum.

Panem sacrificatum β dare, calicemque porrigere. Si vero absentes hi fuerint, & ad dandam orationem γ vocentur soli, dare debebunt.

α Neocæsariensi.] *Ante citabatur ex Genuensi. Restituta est inscriptio ex cæteris collectoribus. Est autem hæc fere Dionysij versio.*

β ¶ Sacrificatum.) *Alibi vbique legitur*, sanctificatum, *Græcè est in consilio impresso* ἄρτον διδοναιὲν εὐχῆ: *Sed Apud Balsamonem* ἄρτον εὐχης. *i.* panem mysticæ prædicationis.

γ ¶ Ad dandam orationem.] καὶ εἰς εὐχὴ κλητῆ μονόνως, δίδασιν; *i.* & solus ad mysticam precationem vocatus fuerit, dat.

DISTINCTIO XCVI.

su distin. 69. c. si duo. 1 ps *Illud autem [c] Honorij Augusti, quod de electione summi Põtificis supra cõstituisse legitur, nullius esse momẽti probatur: cũ nõ solum de ordinibus, sed nec etiã de rebus ecclesiasticis legatur aliquando laicis attributa disponendi facultas. Vnde quæcumque à Principibus in ordinibus, vel in ecclesiasticis rebus decreta inueniũtur, nullius auctoritatis esse monstrantur.*

In syno Rom 3. sub. Symmacho c. 1. & seq. *Vnde Symmachus episcopus catholicæ ecclesiæ vrbis Romæ synodo præsidens dixit.*

Illud aũt In hac dist. probatur. ꝙ cõstitutiones laicorum non præiudicãt ecclesijs qa nihil iuris laicis de rebus ecclesiasticis cõcessum est, nisi sola defensio: & hoc probat per 12. auctor. Ioannes de Fant.

CASVS. Supra in di. 79. posuit Gratia. cõstitutionẽ Honorij latã super electione Romani Pontificis: sed ne aliquis crederet, ꝙ laicis esset attributa potestas disponẽdi aliqd de rebus ecclesiæ & faciẽdi constitutionẽ super ipsis, iõ Gratianus nunc dicit, quod illa constitutio nullius fuit momenti. cum a laico facta fuerit: quia non habet potestatem aliquid disponendi de rebus ecclesiæ: quare constitutio Basilij nihil valebat, vt inf. ead. cap. 1. bene tamen dicit, quod constitutio Honorij facta fuit auctoritate Papę: ideo valuit.

d ¶ Illud autẽ.] Hic dipingitur 96 dist. magister posuit constitutionem Honorij Augusti latam super electione Romani põtificis 79. d. si duo. Sed ne viderẽtur laici habere potestatẽ constituendi vel disponẽdi de rebus ecclesiæ; ideo reducit hic illam cõstitutionem ad memoriam, vt ostendat ꝙ laicus non habet potestatẽ suo iure constituẽdi aliquid de rebus ecclesię bene tamẽ possunt laici rogati concilijs interesse. & de rebus ecclesiasticis constituere: non tñ vt valeat eorum cõstitutio, quia ipsi cõstituerũt; sed quia ratum habet ecclesia, vt dicit Gratianus infra distinctio. proxi. §. 1 &c.

Laici de rebus ecclesiæ nihil pssun constituere

Digitized by Google

Bene quidem] CASVS. Symmachus Papa ęgrotans cum de salute corporis desperaret, timens schisma posse contigere post mortem suam, iniunxit Basilio vt interesset electioni successoris post mortem suam propter schisma remouēdum. tempore procedente q-dam episcopi tractabant de electione successoris, Symmacho adhuc viuente. quo audito Basilius congregauit concilium & fecit cōstitutionē ne liceret electionē Papę fieri sine eius ꝑsentia; nec liceret Papę alienare res ecclesię: & si alienatæ essent, reuocari debere; & quædā alia, q̄ in capitulo recitantur, constituit. Symmach⁹ aūt postea recōualescēs post mortem Basilij congregata synodo oia post recitationē eorū retractauit. Et no ꝙ qñq; loquit̄ Symmachus, vt in principio: qñq; notarius, q cōtinuat verba diuersorum ꝙ tcitū hoc capit. qñq; Synodus, qñq; Basilius: quandoque aliqs de synodo: & ego cum Hugo. ad maiorem intelligentiam aliquantulum latius posuit casum, quam bene. duo ca. seq per te videbis.

a ¶ Bene.] Symmachus Papa laborabat in extremis, & timuit ne in electione sui successoris ꝓpter strepitus hæreticorum schisma interueniret: rogauit Patriciū Basilū, q gerebat vices Odoacris regis, quod ipsē interesset in electione sui successoris. Basilius statim Symmacho viuēte fecit quandā cōstitutionē scilicet ꝙ sine ei⁹ cōsultatione non fieret electio summi Pōtificis. Præterea, ꝙ nō liceret alicui prędium ipsius ecclesiæ alienare: q̄ constitutio retracta tur hic; tū quia ibi quædam constituta sunt, quæ à laico non possunt constituitum quia res esset mali exempli, 63 dist. §. verum.

b ¶ Plenitudo.] Infra 6. q. 1. si omnia.

c ¶ Maxime.] Bene diffiniuit, supple.

d ¶ Memoriæ.] Ergo iam decesserat Basilius tempore huius synodi.

e ¶ Vel subscripsit.] Arg. in contractibus rerum ecclesiasticarum non sufficere consensum clericorum: nec in alienationibus, nisi specialiter subscribant 1. arg. 10. q. 3. casellas, 12. q. 2. abbatibus, &c. sine exceptione,

Consensus clericorum non sufficit in contractibus rerum ecclesiasticarum.

De hoc no. 100. dist.

f ¶ Inde disputem.] Non est disputandum de eo de quo statim constare potest. si ergo vxor petat sibi virū restitui, & vir paratus est incontinenti probare consanguinitatem, non est audienda. ff vt in possessio. leg. si is a quo arg. contra. exara de rest. spol. c. literas

§ ¶ Synodus.] Verba notarij.

optatum ibi videas. Item adde in quibus casib. re grat̄ subscriptio not. B. in l. diuus. §. senatus. ff. de fal.

¶ de rebus ecclesiasticis disponendis laicis nulla facultas relinquitur. Cap. I.

Bene[a] quidem fraternitas vestra ecclesiasticis legibus obsecuta sub diuini timore iudicij, quę erāt statuēda definiuit; & ad iustitię cumulū peruenit, dum sufficiēter vniuersa complectitur: nec adiectione indiget plenitudo[b], maximē[c] de clericis, quos amor dominationis inuasit, & iugum disciplinę ecclesiasticę fecit respuere, *& paulo post*, ¶ Quorū excessus enarrare difficile est: vnum tamē, quod occurit, venerādo ordini vestro intimare nō differo. Dixerunt inter alia, scripturam quādam illustris memoriæ[d] Basilium, quasi pro ecclesiasticæ amore substātię, cōscripsisse; in qua nullus Romanę ecclesiæ, nec inter fuit, nec subscripsit[e] antistes, per quē potuisset sortiri legitimam firmitatem. Ne vero ego inde disputem[f], vnde † potest verum iudicare concilium; requiratur, & deferatur in medium, vt ex lectione cognoscatis, cuiusmodi possit habere substātiam. ¶ Sancta synodus[g] respōdit, deferatur in medium, vt cuiusmodi sit, possit agnosci. Et dum diceret Hormisda diaconis recitauit. [Cum a in † Mausoleo[h], quod est apud beatum Petrum apostolorum, resideret † sublimis, & eminentissimus vir præfectus prętorio, aque patricius, agens etiam vices præcellentissimi Regis Odoacris Basilius, dixit: Quāquā studij vestri †, & religionis interest, vt in episcopatus electione[i] concordia principaliter seruetur ecclesiæ: ne tamen † per occasionem seditionis, status ciuitatis † vocetur in dubiū, admonitione † beatissimi viri Papæ nostri Symmachi † Simplicij, quam ante oculos semper habere debemus, hoc nobis meministis sub obtestatione fuisse mandatum, vt propter illum strepitū, & venerabilis ecclesiæ detrimentū, si eū de hac luce transire contigerit, non sine nostra cōsultatione, cui iusserit celebretur electio.] Hæc cum legerentur, Crescōnius episcopus ciuitatis Tudertinæ ecclesię surgens è cōsessu dixit: [Hic perpēdat sancta synodus, vti † prętermissis † personis religiosis, quibus maxime curæ est de tāto Pōtificē, electionem laici in suam redegerint potestatē: quod contra canones esse, manifestū est.] ¶ Item Hormisda diaconus legit: [Nā & cū quid confusionis[k], atque dispēdij venerabilis ecclesia sustineret, miramur, prętermissis nobis, quid quā de reb. ecclesię fuisse tētatum, cū etiā

† *sed vt possit*] orig.

† *in vnū apud beatum*] orig. † *residisse, sublimes*] ori. † *nostri*] orig.

Ibid. c. 2.

Verba Basilij.

† *al. ne per*
† *al. ciuilitatis.*
† *al. tamen admonitione.*

† abest dictio [Symmachi] Symmachi] ab orig. sed auct ori casus, & glossæ habuit.

† *al vtrum*
† *prætermissas personas religiosas*) codex can. verba. Basilij.

Basilius à Symmacho rogatus interfuit electioni Papę

Mausoleum quid sit.

h ¶ In mausoleo.] Verba sunt scriptoris. Mausoleum propriè est sepulchrū principis. Et dicitur à Mausoleo rege, cui vxor Arthemisia pudicitiæ insignis construxit sepulchrum mirę pulchritudinis. Vnde alia sepulchra sic sunt appellata.

i [Electione.] Non tamen, vt aliquid inde constituerent. & ita excessisti finem mandati Basilij.

K ¶ Cu qd cōfusionis.] Prosecutio legis, & continuant verba sic, non celebretur, de electione Papæ, &c. ac nc.

a ¶ Nihil

sacerdote nostro superstite nihil sine nobis debuisset [a] assumi. Quare si amplitudini vestræ † vel sanctitati placet, incolumia omnia, quæ ad futuri antistitis electionem respiciunt, religiosa veneratione seruemus, hanc legem specialiter præterentes [b], quam nobis, hæredibusq; nostris, Christianæ mentis deuotione sancimus: ne vmquam prædium, seu rusticum [c], seu vrbanum, vel ornamenta, aut ministeria ecclesiarũ, quę nunc sunt, vel quæ ex quibuslibet titulis [d] ad ecclesiarum iura peruenerint; ab eo, qui nunc antistes sub electione cõmuni fuerit ordinãdus, & illis, qui futuris sęculis sequentur, quocumq. titulo, atque cõmento alienari liceat. Si quis verò aliquid eorum alienare voluerit; inefficax, atque irritum iudicetur; sitque facienti, vel consentienti, accipientique anathema. ¶ Maximus [e] episcopus Bleranæ ecclesiæ dixit. [Modo sancta synodus dignetur edicere, si licuit laico [f] homini anathema in ordinem ecclesiasticum dictare: aut si potuit laicus sacerdoti anathema dicere, & contra canones, quod ei non competebat constituere. Dicite, vobis quid videtur? De me licuit laico legem dare?] Sancta synodus dixit, Non licuit? & adiecit, lege sequentia. ¶ Hormisda diaconus legit. [Et is, qui prædium rusticum, vel vrbanum iuris ecclesiastici fuerit consecutus, nouerit se nulla lege, vel præscriptione munitum [g], sed siue is, qui alienauerit, siue qui eum † sequetur, voluntate contraria prædium huiusmodi alienatum reuocare β voluerit, id cum fructibus restituat, quos † illic fuerit consecutus.] ¶ Hæc cum legeret; Stephanus episcopus Venusinæ ecclesiæ surgens è consessu dixit, perlegatur [h]. Hormisda diaconus legit: [Qua, pœna placuit accipientis etiam hæredes [i] afficere. In qua re cuilibet clericorum contradicendi libera sit facultas. Iniquum est enim, & sacrilegij instar, vt quæ, vel pro salute, vel pro requie animarum suarum † vnusquisque venerabili ecclesiæ, pauperum causa, contulerit, aut certe reliquerit [k]; ab his quo hæc maximà seruare conuenerat, in alterum † transferatur. Planè quæcumque in gemmis, vel auro, atque argento, necnon & vestibus minus apta vsibus, vel ornatui videbuntur ecclesiæ, quæ seruari, ac diu manere non possunt, sub iusta æstimatione vendantur [l] & erogationi † religiosæ proficiant [m].] ¶ Cumque lecta fuisset: Laurentius episcopus Mediolanensis [n] ecclesiæ dixit: [Ita scriptura nullum Romanæ ciuitatis potuit obligare Pontificem: quia non licuit laicos statuendi in ecclesia, præter Romanum [o] Pontificem, habere aliquam potestatem: quos obsequendi

† *vestra sanctitatis.*

Verba Basilii.

† *al. consequenter.*
† *aliqui illud.*

b. 3. verba Basilii.

† *al. suorum.*

† *al. alicuitatem.*

† *al. erogatis religioni profecta.*

a ¶Nobis debuisset.] Hoc dicit propter quosdam, qui viuente priore Symmacho tentauerunt eligere, vt dist. 79 si quis Papa, & c. nullus 10.

b ¶Præferentes] Idest, primo statuentes.

c ¶Rusticum] Quid sit rusticum prædium, & quid sit vrbanum vrbanum prædium, habemus ff. de fer. rust. præd. & ff. de fer. vrb. præd. per totum.

d ¶Titulis.] Siue donationis, siue emptionis.

Prædium est duplex.

e ¶Maximus.] Sic & iurisperiti dicunt quid sentiant. ff. de his, quæ in testamen. delen. l. proximè.

f ¶Laico] Nã nõ licuit laico iure suo. sed ex delegatione Papæ bene: argu. 32. dist. in. §. verum. 10. q. 3. cap. vlti. Sed vtrum episcopus laico possit hoc committere, iam dicemus infra eadem, capit. quod non. M. tamen dicit contra quia mucro est episcopi; immo nec presbyter hoc potest.

Laicus põt excommunicare ex Papę delegatione

g ¶Munitum.] Nã si quis emit rem ecclesiæ, vel aliã rem in casu illicito, nõ põt præscribere. Nam dicit iex, q̃ non est dubium eũ male fidei possessorem, qui cõtra legum interdicta mercatur. C. de agricolis, & censi. l. 11. quemadmodum. nã nec iuris ignorantia põt eum excusare. ff. de iuris, & facti ignorantia. l. iuris. & hoc benigne statuerat secus tñ est ꝺ iure: quia bene præscribit laicus rem ecclesiæ cum fructib. etiam percipiendis, si sit malæ fidei possessor. de restit. spol. grauius.

Laicus vtrũ rem ecclesiæ possit præscribere.

ADDITIO. Ad hoc extra de præscrip ad audientiam iuxta finem. Super hoc videas quæstionem 8. q̃ incipit, certo, q̃ res ecclesiastica, &c. & qđ no. inf. 16. qõ. 3. vniuersas in gl. non dicit Archid.

h ¶Perlegatur.] ff. de legi. & senatusconsul. l. inciuile.

i ¶Hęredes.] Turpia enim lucra ab hæredib. sunt extorquenda ext. ꝺ vsuris, tua. ff. de calũ. in hęredẽ. Sed & alienator possessor conueniti, vt no. 12. q. 2. monemus.

k ¶Reliquerit] In morte reliquẽdi nãque verbum. &c. ff. de tabulis exhib. l. i. §. vlt. i.

l ¶Vendantur.] Arg. C. de admin. tut. lex. m ¶Proficiant.] Hic terminatur lex ipsa. n ¶Mediolanensis.] Arg. Mediolanensis prærogatiuam sedis habere ante Rauennatẽ, cum ante eũ respõdet, sicut in alia synodo ante eũ scripsisse legitur. supra

1 Et habes hoc qđ hic dicit. 16. q. 1. in canonibus. Archi.

distinct. 27. §. hinc, & §. illud igitur. Gratiam tamen aliter hoc soluit. d. 17. §. illud.

o ¶Præter Romanũ.]. i. Papæ auctoritatem, & consensum eius. Sed contra. 16. vlt. in nona actione. Sed ibi non prohibet, q̃ eps laico nõ possit cõmittere officiũ ad tps: sed ne iurisdictionem largiatur ei in perpetuum. Et est argumẽtũ, Papam quamlibet causam ecclesiasticam

Causa q̃libet ecclesiastica per Papam laico cõmitti põ

Digitized by Google

cam committere posse laico: arg. 23.dist.mulier. & 94. distin.valde.5 q.3.qui episcopus.contra.79. dist. si duo. inf.ea.denique contra. Intelligendum est non sua auctoritate Sed nũquid auctoritate episcopi potest laicus aliquid constituere in ecclesia? videtur, ꝙ prędicare potest inuitatus à clericis.23. d.mulier.argu.extra de foro compet.nullus iudicum. Dic cũ Hug.ꝙ,nõ potest ex delegatione episcopi causas spirituales tractare nec excõicare, vnde nihil faciũt,qui per pueros excommunicant, & ꝙ seruiẽtes.Cautam autẽ ciuilem laicis episcopus cõmittere potest, & ita intelligę prædictã decretalẽ,in nona. Et qđ dicit de prædicatione,specialeest Quid ergo dices de tẽplariis? nonne ipsi possunt excommunicare fratrem suum? Dici potest, quod sic:quia ipsi nõ sunt laici.arg.12.q.1 duo. Credo,ꝙ nõ possũt nisi sint presbyteri. extra de senten. excom.canonica.

Laicus an epi auctoritate possit in ecclesia aliquid constituere.

a ¶Imperandi.] inf 16.q.vl. nõ placuit.

b ¶Legatur.] Verũ est,ꝙ nõ legit assensus metropolitanorum fm canones,id est,legitimus: benetamẽ legitur cõsensus episcoporum a.r. inf.ea.c.1 illa autem determinatio, quæ præcedit, fm canones soluit contra.

c ¶Nec canonibus.] Coniunctim accipe hæc duo diuisa.

d ¶Religiosis] Infra 16.q.vlt.laicis.

e ¶Debere.] Inf.9. q.3.cap 2.

f ¶Qui merito.] Supra 40 dist.non vos.

g ¶Primatũ.] Infra 9.q.3 nemo, & cap. antiquis.

h ¶Tribuere.]Supra dist.16.c.1. & 2.

i ¶Carere.]Supra distin.21.in tantum.

k ¶Vel Stephani.] Iste tũ Stephanus, nõ dixit, nisi perlegatur, & sic per tale verbum intelligitur aliquis cõsentire,vt not.supra.63.d.cum Hadrianus.

l ¶Ratione.]Ar.ratione auctoritatis aliqua repelli, licet sint bona.arg 16. distin c.1.1.qõ.1. principatus ff.de re mili.l.3.§.in bello arg.contra.1.q.1.Dominus declarauit.argum. contra.1. q.1.nonne Sodomitæ.

manet necessitas,non auctoritas imperandi [a]: maximè cũ nec Papa Romanus subscripserit,nec alicuius secundum canones metropolitani legatur [b] assensus.]¶Petrus episcopus Rauennatis ecclesiæ dixit: [Scripturam quæ in nostra congregatione vulgata est, nullis eam viribus subsistere manifestum est; quia, nec canonibus [c] conuenit,& a laica persona concepta videtur: maxime,quia in ea nullus præsul sedis Apostolicæ interfuisse,vel propria subscriptione firmasse monstratur:] ¶Eulalius Episcopus Syracusanæ ecclesiæ dixit: [Scripturam, quæ in ascerdotali concilio recitata est, euidentissimis documentis constat esse inualidam. Primum quòd contra Patrum regulas a laicis,quamuis religiosis [d](quibus nulla de ecclesiasticis facultatibus aliquid disponendi legitur vnquam attributa facultas)facta videtur:deinde,quòd nullius præsulis Apostolicæ sedis subscriptione firmata docetur. Quòd si cuiuslibet prouinciæ sacerdotes intra terminos suos concilio habito, quidquid sine metropolitani sui auctoritate tentauerint, irritum esse debere [e] sancti Patres sanxerunt; quanto magis, quod in Apostolica sede, non † existente præsule (qui merito † [f] beati Petri Apostoli per vniuersum orbem primatum [g] obtinens sacerdotij, statutis synodalibus consueuit tribuere [h] firmitatem) à laicis (licet consentientibus aliquantis episcopis, qui tamen Pontifici, a quo consecrati † probantur, præiudicium inferre non potuerunt)præsumptum fuisse cognoscitur, viribus carere [i] non dubium est, nec posse inter ecclesiastica vllo modo statuta censeri?] ¶Sancta synodus dixit: Licet † secundum prosecutionem venerabilium fratrum nostrorum, Laurentij, Petri, Eulalii, Crescon ij, Maximi, vel Srephani [k],nec apud nos incertum habe tur,hanc ipsam scripturam nullius esse momenti; veruntamen etiam si aliqua posset ratione subsistere,modis omnibus in synodali conuentu prouida beatitudinis vestræ sententia eneruari conueniebat,& in irritum deduci: ne in exemplum remaneret præsumendi quibuslibet laicis, quamuis religiosis,vel potentibus in quacunque ciuitate quolibet modo aliquid decernere de ecclesiasticis facultatibus; quarum solis sacerdotibus disponendi indiscusse a Deo cura commissa docetur.

inf.9.q.3.c.2.

† *al nunc.*

† *al prærogatiua.*

† *al.consecrari.*

† *al.L quæt.*

a ¶Cum in Mausoleo.] *Hoc initium scriptura Basilij in tomis conciliorum & codice canonum sic habet,* Cum in vnum apud beatum Petrum Apostolum resedissent,sublimis, &c. *Omnino autem multa sunt huius capituli variatates in exemplaribus Gratiani,in varijs conciliorum editionibus, & in codice canonum:ex quib. ea tantum partim indicata, partim notata sunt, qua maioris ponderis sunt visa.*

β ¶Reuocare.]*Sic emendatum ex omnibus concilij exemplaribus & impressis,& manuscriptis,cum antea legeretur,* retinere.

γ ¶Quæ pœna.] *In omnibus editionibus conciliorum legitur.* Quàm pœnam placuit accipientis hæredes prohæredesque

reſpicere. *In codice vero canonum manuſcripto non eſt dictio*, pro, hæredeſque.

Vnde in ſexta actione [a] *Chalcedonienſis conſilij Martianus Imperator dixit inter cætera.*

¶ Imperatores ad fidem cõfirmandam, on ad potentiã oſtendendam ſynodo intereſſe debent. Cap. II.

Anſ.l.3.c.107.

NOs ad fidem confirmandam, nõ ad potentiam oſtẽdendam, exemplo religioſiſſimi principis Cõſtantini ſynodo intereſſe [b] volumus; vt inuenta veritate [c], nõ vltra multitudo prauis doctrinis attracta diſcordet.

Item ex eadem ſexta actione, in fine.

¶ De eodem. Cap. III.

Anſel ibidem. Deuſdedit p.3.

QVædam capitula ſunt, quę ad honorem veſtrę reuerentiæ vobis ſeruauimus [d], decorum eſſe iudicãtes a vobis hæc regulariter potius firmari per ſynodũ, quàm noſtra lege ſanciri [e].

Item Nicolaus Papa in epiſtola ad Michaelem Imperatorem quę incipit: [Propoſueramus.]

¶ Synodali conuentui Imperatores intereſſe non conuenit, niſi vbi de fide agitur. Cap. IIII.

Anſ.l.1.c.75.

VBi nam [f] legiſtis, Imperatores anteceſſores veſtros ſynodalibus conuentibus interfuiſſe [g], niſi forſitã in quibus de fide tractatum eſt, quæ vniuerſalis eſt; quæ omnium communis eſt; quæ non ſolum ad clericos [h], verum etiam ad laicos, & ad omnes omnino pertinet [i] Chriſtianos?

Idem in eadem epiſtola.

¶ De præſulibus diuinarum rerum, qui humanis rebus præſunt, iudicare non poſſunt. Cap. V.

Anſ.ibidem.

DEnique [k] hi, quibus tantum humanis rebus, & non diuinis præeſſe permiſſum eſt, quomodo de his per quos diuina miniſtrantur, iudicare [l] præſumant [m], penitus ignoramus.

Idem paulo inferius.

¶ Nec etiam Imperator iura Pontificis, nec Pontifex iura regia vſurpet. Cap. VI.

ſu.di.10.c.quoniam. Anſ. ibidem.

CVm [n] ad verum [o] ventum eſt: vltra ſibi nec Imperator iura Pontificatus arripuit, nec Põtifex nomẽ

a ¶ Actione.] Dicitur prima actio: quia fiebat pro prima die in ſynodo. 16.q.7. in nona.

b NOs.] ¶ Intereſſe.] Similiter ſolebat intereſſe electioni Papæ propter hæreticorum ſcandalum. arg.diſt.63. quia ſancta.

c ¶ Inueſtigare. *In codice vero canonum manuſcripto non eſt dictio*, pro, hæredeſque.

Vnde in ſexta actione [a] *Chalcedonienſis conſilij Martianus Imperator dixit inter cætera.*

¶ Imperatores ad fidem cõfirmandam, on ad potentiã oſtendendam ſynodo intereſſe debent. Cap. II.

NOs ad fidem confirmandam, nõ ad potentiam oſtẽdendam, exemplo religioſiſſimi principis Cõſtantini ſynodo intereſſe [b] volumus; vt inuenta veritate [c], nõ vltra multitudo prauis doctrinis attracta diſcordet.

Item ex eadem ſexta actione, in fine.

¶ De eodem. Cap. III.

QVædam capitula ſunt, quę ad honorem veſtrę reuerentiæ vobis ſeruauimus [d], decorum eſſe iudicãtes a vobis hæc regulariter potius firmari per ſynodũ, quàm noſtra lege ſanciri [e].

Item Nicolaus Papa in epiſtola ad Michaelem Imperatorem quę incipit: [Propoſueramus.]

¶ Synodali conuentui Imperatores intereſſe non conuenit, niſi vbi de fide agitur. Cap. IIII.

VBi nam [f] legiſtis, Imperatores anteceſſores veſtros ſynodalibus conuentibus interfuiſſe [g], niſi forſitã in quibus de fide tractatum eſt, quæ vniuerſalis eſt; quæ omnium communis eſt; quæ non ſolum ad clericos [h], verum etiam ad laicos, & ad omnes omnino pertinet [i] Chriſtianos?

Idem in eadem epiſtola.

¶ De præſulibus diuinarum rerum, qui humanis rebus præſunt, iudicare non poſſunt. Cap. V.

DEnique [k] hi, quibus tantum humanis rebus, & non diuinis præeſſe permiſſum eſt, quomodo de his per quos diuina miniſtrantur, iudicare [l] præſumant [m], penitus ignoramus.

Idem paulo inferius.

¶ Nec etiam Imperator iura Pontificis, nec Pontifex iura regia vſurpet. Cap. VI.

CVm [n] ad verum [o] ventum eſt: vltra ſibi nec Imperator iura Pontificatus arripuit, nec Põtifex nomẽ

Diſputari vtrum poſſit de fide catholica.

o ¶ Inuenta veritate.] Et ita vr quod poſſit de fide catholica diſputari ar. contra. C. de ſum. trin. nemo 24.q.3 cum quibus Reſpondeo? dubitando non licet diſputare de ea. qa dubius in fide hæreticus eſt ext. de hære. dubius. aliàs diſputatur, infra ea. ſatis 23. quæſt. 6. vides. C. de epiſc. & cle. quoniam.

QVædam.] Infra ea ſatis.

d ¶ Seruauimus.] Confirmanda & terminanda. Hugo.

e ¶ Sanciri.] q.d volumus eam per noſtram legem ſiue conſtitutionem determinari & confirmati. H.

VBi nam. [CASVS. Hæc quatuor cap. de ignatio loquũtur iniuſtè depoſito auctoritate Michaelis Imperatoris. Reprehẽdit ergo hic Nicolaus Imperatores, qui concilijs epiſcoporum intereſſe volebant, quod non eſt faciendum, niſi vbi de fide tractatur, quæ communiter pertinet ad omnes tam clericos quàm laicos.

f ¶ Vbi nam.] Hęc quatuor cap. loquuntur. de materia Ignatij, de quo dicitur ſu. 21.d. ſubmittitur. Arg. omiſſum intelligi quod ſcriptũ non inuenitur. ar. 10.q.1. hanc conſuetudinem. de conſe. d. 4. cum itaque. &c. ſeq. ff. de verb. obli. quidquid.

g ¶ Interfuiſſe.] Niſi rogatos 2. 63. d. Hadrianus.

h ¶ Ad clericos.] Die qꝫ hoc nomen, clericos, ſtrictè accipitur vnde per fidẽ & ad omnes, &c. comprehendit Deo deuotos & tales perſonas. Vel dic prout ſonat.

i ¶ Pertinet.] Arg qꝫ omnes tãgit, ab omnibus debere tractari, & approbari. 3. ar. d. 66. c. 1. C. de au. præſtan. veterem. de hoc extra de ijs, quæ fi. à præla. c. fi.

DEnique.] CASVS. Statuit hic Nicolaus, vt Imperatores, qui tantum rebus humanis præſiẽt, ſe de rebus eccleſiaſticis nõ intromittãt, nec de clericis iudicent.

K ¶ Denique.] Arg. qꝫ epiſcopus in cauſis eccleſiaſticis laicum non poſſit præficere. Arg. cõtra. ſupra ea bene quidem.

l ¶ Iudicare.] Infra 17.q.4. diffinuit. cõtra in fi. ſed ibi dic, principis, ideſt principalis perſonæ; vel ideſt epiſcopi. 35.d. eccleſię.

m ¶ Præſumant.] Arg. qꝫ clericus diffinitionib. principũ & laicorũ nõ debeat ſupponi 4. niſi per reconuentionem.

CVm ad verũ.] CASVS. Michael Imperator. authoritatem præſtitit & præcepit, vt Ignatius Conſtantinopolitanus patriarcha ab epiſ deponeretur: qđ factũ eſt, ſed dicit Nicolaus Papa, qꝫ hoc facere non potuit nec debuit: nã cũ in veteri teſtamento eadem pſona Rex erat & ſacerdos, & tpalia ſimul cum ſpiritualibus adminiſtrabat. Sed poſtq̃ Chriſtus venit in mundũ ꝓcepit vt Rex tm̃ terrenis ꝓſideret: Pontifex vero cęleſtia diſpenſaret: ne ꝓp ſuperbiã dignitatis vtriuſq; alteruter ſupbiret ſed ſibi inuicem (ſi neceſſe fuerit) auxilium præbeãt.

n ¶ Cum.] Hoc cap. expoſitum eſt ſupra. 10. diſt. quoniam ideo hic non labores.

o ¶ Ad verũ.] i. ac diſcuſſionẽ veri: vel. i. ad ꝓs Chriſti.

1 Scilicet iſtud & tria ſeq.

2 Et ſm hoc ceſſat cõtrariũ. 35. q.2. ad ſedem. Arch.

Quod omnes tangit, dẽt ab oĩb. approbari.

3 Concor. extra de his quæ fi. a pl. fi. conſ. cap. vlti. ibi. videas.

4 Concor. tex. in l.3.C. de ſum. trin. & in l. mercatores. C. de con. & merca. & in l.2. cum gl. C. de nunci

Imperator vtrum habeat iurisdictionē à Papa.

1 Concord. tex. in Auth. vt ppo. no. amp ī prin. coll. 6.

2 In princ. sed parum facit.

Imperatorium vsurpauit [a]: quoniam idem mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus sic actibus proprijs [b], & dignitatibus distinctis, & officia potestatis vtriusq; discreuit [c], ppria volēs medicinali humilitate sursum efferri, non humana superba rursus [d] in infernum† demergi, vt & Christiani Imperatores pro æterna [e] vita Pōtificib. indigerent, & Pontifices pro cursu tēporalium [f] tantummodo [g] rerum Imperialibus legibus vterentur: quatenus spiritalis actio carnalibus distaret incursibus: & ideò militans Deo minimè se negocijs sæcularibus implicaret; ac vicissim non ille rebus diuinis præsidere videretur, qui esset negocijs sæcularibus implicatus.

† *al. inferna.*

2. *Tim.* 2.

a ¶ Vsurpauit.] Arg. cum istæ potestates sint diuīsæ. Imperator non habet gladium a Papa, vt inf. ea in scripturis, & c duo. & c si Imperator. & 93 dist. legimus, & ga Imperium a solo Deo est. 23. q. 4 quæsitu E. Argu. contra. 63. distin. cap. 1. & c. tibi domino. Item quia Petro sunt datę claues cęlestis & terreni Imperij. 22. d. c 1. Itē qa deponit Imperatorē] 15 q. 6. alius. & c. iuratos. & 1. q. 4 qa præfuiatus 2. quęre. ī de hac materia 10. d. c quoniam.

b ¶ Proprijs.] ideſt, Imperij & ſacerdotij: vel proprijs quo ad Chriſtū. quędā. n. geſſit tanquā Imperator: puta cum eiecit de templo, &c. 2. q. 7 accuſatio. & cū coronam de ſpinis portauit. qđ eſt ſignum regni. 12. q 1. duo quæda geſſit, vt ſacerdos: quando ſeipſum obtulit in ara crucis pro ſacrificio.

Chriſtus q̄dam, vt Imperator, & quædam vt Rex geſſit.

c ¶ Diſcreuit.] imo videtur contra: quia non diſcreuit ſed cōfudit cum ipſe vnus & idē vtrumq; officiū geſſit. Sed dic, q̄ ideo ipſe vtrumq. officiū geſſit per ſe, vt notaret, q̄ ex eodem fonte, ꝓcęſſerunt. 21. diſt. c eros. in fin. nā dicit lex, quod ſumma nobis dona à Deo conceſſa ſunt, ſcilicet ſacerdotium & Imperium in Authē. quomodo oportet epiſcopos, ī prin. coll. 1.

Chriſtus officiū ſacerdotis & Imperatoris geſſit.

d ¶ Rurſus.] Primus per ſuperbiā cecidit. vnde homines in infernū demergebantur. Chriſtus autem nos humilitate ſua ſurſum erexit: ſed ſi haberēt oēs oīa officia, ſuperbirent, ita q̄ iterū demergerentur in infernum.

Chriſtus humilitate ſua omnes erexit.

e ¶ Pro æterna.] inf. de pœn. diſt. 2. multiplex.

Legibus an ſit utēdum in cauſis ſpiritualibus.

f ¶ Temporalium.] Arg. q̄ in cauſis ſpiritualibus (ut in matrimonio) non ſit utendū legibus Imperialibus. arg. 32. q. 2. inter hæc 11. q 1. continua arg. de conſec. diſt. 3. celebritatem. Sed in alijs licet eis uti, ſi nō obuient canonibus 3. arg. d 10. ſi in adiutorium. arg. d. 54. ex antiquis. Ber.

3 Adde qđ qđ contrariantur canonib. not. Cy ī l. fi C. de iter. ma. inter pu. & tuto. & in authē. caſſa. C. de ſacroſanct eccl.

g ¶ Tantummodo.] Hoc aduerbium determinat tantum illud adiectiuum, temporalium, non illud verbum vterentur: & ſic eſt falſum hic notatum ab Hug. arg. q̄ in cauſis ſpiritualibus. & c Nam bene licet leges allegare in ſpiritualibus 35. q. 5. ad eadem. 15. q 3. §. cum autē Lau. 4. vel dic tantummodo, ideſt, maximè ſic econtra. 11. q. 3. ſi quis epiſcopus.

4 Adde ad hoc Cyn. & Bel. Perti. in l. 1. C. quæ ſit lōga cōſuet. & in l. cum clericis. C. de epiſc. & cler.

S Atis.] CASVS Oſtendit hic Nicolaus, q̄ Ignatius auctoritate Michaelis Imperatoris deponi non potuit & hoc probat duobus exemplis, ſcilicet Conſtantini & Theodoſij Imperatorum.

h Oſtenditur.] In alia parte c. quæ hic non eſt.

i ¶ Appellatum.] Legitur. n. omnes clericos Deos appellaſſe, vt 11. q. 1. ſacerdotibus. 12. quæſt. 1. futurā. ſecundū hanc rationem nec ab epiſcopo poſſent iudicari clerici, ſed hoc dixit, vt oſtenderet, quanti ſint habendi. ſi. extra de iudi. nouit.

i ¶ Appel-

S Atis euidenter oſtenditur [h], à ſæculari poteſtate nec ligari prorſus, nec ſolui poſſe Pontificē; quem cōſtat à pio principe Conſtantino (quod longè ſuperius memorauimus) Deum appellatum [i]: nec poſſe Deum ab hominibus iudicari manifeſtū eſt. Sed & Theodoſius minor [a] ſanctæ ſynodo ſcribens Epheſinæ primę [k], dixit: [Deputatus eſt igitur Candidianus magnificentiſſimus comes ſtrenuorum domeſticorum tranſire vſq; ad ſanctiſſimam ſynodum veſtram & in nullo quidem ijs, ſeu potius [l] expoſitiones, cōicare. Illicitum namq. eſt eum, qui nō ſit ex ordine ſanctiſſimorum epiſcoporum, eccleſiaſticis inter-

Anſel. li. 1. c. 72.

Rufinus in hiſt. lib. 1 c. 2.

K ¶ Epheſinæ primæ.] Quia ſecunda non eſt recepta in auctoritate.

l ¶ Seu potius.] Optimè corrigit ſe: quia quæſtiones non debent fieri ſuper fide dubitando. argumen. extra de hære. dubius. Dogma autem per g. eſt doctrina in fide: ſine g, eſt angulus: vnde illud. fedebat domare dogmus, 25. q. 2. ſi quis,

Dubitandū non eſt de fide.

Dogma & doma differunt.

Inſcri-

Digitized by Google

IN scripturis.] CASVS Ludouicus Imperator quando audiebat sacerdotem deliquisse, statim erat paratus credere & punire. Sed Nicolaus docet, hoc non esse faciendum, sed potius esse defendendum, & peccatum eorum celandum: quod probat duobus exemplis, scilicet Constantini, & exemplo filiorum Noè, scilicet Sem & Iaphet, qui verenda patris operuerunt.

a ¶In scripturis] 11.q.1.c sacerdotibus.

b ¶Cooperirem.] ff. de iniur. eum qui nocentē. contra. Sed hoc de occulto qđ posset probari: quia talia non habēt vindictam: & sic solue cōtrarium illud 83.di.c 2. illud autē in manifestis, in quibus etiam nō deberet cum prodere, vt no.2.q.1.si peccauerit.

Crimina occulta vindictam nō habent.

c ¶Contegatis.] Et tñ corripiatis 2.q.1. si peccauerit hoc de occultis intelligitur. nā de manifestis cogimur accusare, præmissa tñ admonitione. 2. q. 7. quapropter. Arg cōtra inf. 5 q.2.c vl. & q.5.c.1.

misceri tractatibus †.] *& post pauca.* ¶His itaque manifeste repertis apparet comministrum nostrum Ignatium per Imperialem tantummodo sentētiam, nullo modo potuisse prorsus expelli. In cuius damnatione, quia præsulum quoq; assensus est subsecutus, apparet id causa fuisse patratum adulationis, non legitimæ sanctionis.

† σκέμμασιν.

a ¶Theodosius minor.] *Verba hæc sunt accepta ex epistola Theodosij, ac Valentiniani Imperatorum synodo Ephesinæ per Candidianum missa, quæ est in extremo primæ actionis ipsius synodi. In uersione antiqua, quæ seruatur in bibliotheca Vaticana, & quæ Lutetiæ edita est. eadem planè hoc loco habentur uerba cū his, quæ refert Nicolaus, & optime cōueniunt cum Græcis.*

Idem Ludouico Imperatori.

¶Facta Pontificum Imperator iudicare non debet. Cap. VIII.

Habentur aliqua in ead. epist. ad Michaelem. Ans. ibidem.

IN scripturis[a] narratur Cōstantinus Imperator dixisse: [Vere si proprijs oculis vidissem sacerdotem Dei, aut aliquem eorū, qui monachico habitu circumamicti sunt, peccantem, & chlamidem meam expoliarem†, & cooperirem[b] eū, ne ab aliquo videretur.] In quibus desideratissime fili necessariò cōmonemini, vt quemadmodum fide, & religione, ac honoris parilitate ei adæquati videmini: ita quoque humilitate, atq; deuotione æquiparati nihilominꝰ anheletis: ita ut in nullo inferiores eo, sed potiores inueniamini post illius exempla, qui talē se exhibuit ante alia † prorsus exempla. Sed hoc quidem diximus cautos vos reddere cupientes, vt si de Domini sacerdotibus, qui iure Patres dicuntur, aliquid contigerit vos audire, quod confusionem pijs mentibus ingerat, nō infrunitum, sed pudoratos filios Noè imitantes paternam de reliquo verecundiam cōtegatis[c], vt affluenti, quemmodum & illi benedictione repleri, moderante Domino mereamini.

† explicassem, & cooperuissem eū] Nicolaus in episto. ad Mich.

† al. talia.

Gen. 9.

Item ex epistola Gregorij septimi ad Hermanum Metensem episcopum lib. 8. epist. 21.

¶Regum & principum patres; & magistri sacerdotes esse censeatur. Cap. IX.

Concord. Ale. đ Imo. in l. gñaliter col. 2. ff. de in ius voc.

Ans. li. 1. c. 84. Iuo p. 5. c 378. Pann. li. 5. c. 108.

QVis dubitet sacerdotes Christi, regum & principū omniumque fideliū patres, & magistros censeri †. Nonne miserabilis insaniæ esse cognoscitur, si filius[d] patrem, discipulus magistrum sibi conetur subiugare, & iniquis obligationibus illum suæ potestati subijcere, à quo credit non solum in terra, sed etiam cœlis se ligari, posse, & solui?

In eadem epist. Gregor. vij. Cap. li 5. c. 167. Conc. Paris. li. 1. c. 3. Poly. li 1. tit. 278. Ansel. li. 1 c. 73. Pann. li. 5 c 109.

Item Gelasius Papa Anastasio Imperatori.

¶Auctoritas sacra Pontificum, & regalis potestas, huius mundi gubernacula regunt. Cap. X.

DVo a

QVis dubitet.] CASVS. Hermanus eps interrogauit, an pōtifices regibus & principibus sint subijciendi. Et rñdet, ꝙ non; & hoc probat duob. similibus, s. filij & discipuli: qui insani reputātur, si uelint sibi patrem & magistrum subiugare.

1 Scilicet ad textum capituli.

d ¶Si filius.] 21. dis. nolite. sic in Auth. đ nup §. si vero. colla. 4. ubi dicit, ꝙ erubescit lex filios esse correctores patrum. si tñ pater caderet in furorem, filius daretur tutor, ut eū regeret ff. de tut. & cura. da. ab his. l. hi qui 6. q 1 oues. & c. sacerdotes.

Filius patrē corrigere nō debet.

DVo sūt. CASVS. Gelasius Papa, & Anastasius Imperator contendebant de præeminentia vnius ad alterū, & de præeminentia dignitatum. sed Gelasius ostēdit hic, ꝙ auctoritas pōtificalis longè maior est, quàm culmē Imperiale. Et hoc probat duabus rationibus. Prima ratio est: quia Papa de anima Imperatoris & aliorū redditurus est rationē. Secūda est: quia colla regum & principum submittuntur genibus sacerdotum. Et hoc ꝓbat duobꝰ ēxēplis. s. Innocentij, & Ambrosij: qui Arcadium, & Theodosiū propter

propter ſuos exceſſus excommunicauerunt. Prima ratio eſt ibi, [In quibus tanto grauius.], Secunda eſt in fine. Exempla ſunt in medio.

a ¶Duo ſunt.] In Authen. quomodo oportet epiſco. in princ. coll. 1. ſupra diſt. 1. humanum.

ADDITIO. Ibi ſolui tur. facit ad iſta 2. q. 8 §. item cum Dauid. Archid.

b ¶Quibus.] Vt ab eis. ſunt autem alia duo quibus aut per quæ regitur, vt ff. d. 1. humanum genus.

c ¶Auctoritas.] Neuter pedet ex reliquo & ita eſt ar. pro Imperatore; qa diuinitus cõſecutus eſt Imperiũ. inf. ea ca. pxi. d ¶ In quibus.] Id eſt, per quos. nam dicit lex, q parum eſt ius in ciuitate eſſe, niſi ſint p quos ius reddat. ff de orig. iu. l. 2. § poſt originẽ.

e ¶Rationẽ.] Infra 18 q 2 cognouimus.

f ¶Te pẽdere.] Quo ad ſpiritualia, int. de pœ. d. 1. multiplex.

g ¶Iudicio.] Zacharias quoq; Papa Regem Francorum depoſuit, & in locum eius Pipinum ſubſtituit, ut ff. 15 q. 6 ſili⁹.

h ¶Conſenſit.] Arg. cõſentientem maiori pœna adſtringi q facientem arg. 24. q. 1 qui aliorum. arg. ſup. 86. diſtin. tanta nequitia.

i ¶Excõicauit.] No. principem poſſe excommunicari ẽtiam à quouis epiſcopo ff d. 63. Valentinianus arg. inf. 11. q. 3. ſi autem vobis. videtur, tamẽ, quod hoc fecerit ex delegatione ſynodi: quod innuitur ex illo p culpa, q ab alijs ſacerdotibus, &c. Sed primum eſt verum.

k ¶Videbatur.] Sed malè: quia licet pro minimis cauſis non ſit quis excõicãdus, vt 11. q. 3. epi. iñ q libet contumacia digna eſt excõmunicatione, immo tanto maior uidetur contumacia, quanto ex re minori conſurgit. 2. q 7 non poteſt.

l ¶Fulgorem.] Et quanta eſt differentia inter Solem, & Lunam, tanta eſt differentia inter Imperium & ſacerdotium extra de maio & obed. ſolitæ.

Si Imperator] CASVS. Imperator volebat iudicare de cauſis clericorũ & ſacerdotum: Ped Papa probat, q hoc facere non debet: quia ipſe filius eſt eccleſiæ, & nõ præſul: & quia Deus uoluit ſæculi principes, ſi fideles ſunt, eſſe eccleſiæ ſubiectos. Si verò cõtra hanc Dei diſpoſitionẽ facere voluerit Imperator tanquam ingratus perdat poteſtatem, quam ab ipſo eſt conſecutus.

m ¶Filius eſt.] inf. 23. q. vlt. conuenior, qui tamen prælati eccleſiarum dicantur, dixi 11. q. 3. præcipuè.

n ¶Non

ſunt [a] quippe Imperator Auguſte; quibus [b] principaliter hic mundus regitur: auctoritas [c] ſacra Pontificum, & regalis poteſtas. In quibus [d] tãto grauius pondus eſt ſacerdotũ; quanto etiã pro ipſis regibus †hominum, in diuino ſunt reddituri examine rationẽ [e]. † *& poſt pauca.* [Noſti ita que inter hæc ex illorum te pendere [f] iudicio [g]; nõ illos ad tuam redigi poſſe † voluntatem.] ¶Talibus igitur inſtitutis, talibuſque fulti auctoritatibus pleriq; Pontificum, alij Reges, alij Imperatores excommunicauerũt. Nam ſi ſpeciale aliquod de perſonis principum requiratur exemplum; beatus Innocentius Papa Arcadium Imperatorem (quia conſenſit [h], vt ſanctus Ioannes Chryſoſtomus à ſua ſede pelleretur) excommunicauit [i] β. Beatus etiam Ambroſius, licet ſanctus, nõ tamen vniuerſalis eccleſiæ epiſcopus pro culpa, quæ alijs ſacerdotibus nõ adeò grauis videbatur [k], Theodoſium magnum Imperatorem excommunicans ab eccleſia excluſit: qui etiam in ſcriptis oſtendit; quòd aurũ non tam pretioſius ſit plumbo, quàm regia poteſtate ſit altior dignitas ſacerdotalis, hoc modo circa principium ſui Paſtoralis ſcribens] Honor, fratres, & ſublimitas epiſcopalis nullis poterit comparationibus adæquari. Si Regem fulgori compares, & principum diadematı; longè erit inferius, quàm ſi plumbi metallum ad auri fulgorem [l] compares: quippè cum videas regum colla, & principum ſubmitti genibus ſacerdotum; & oſculata eorum dextera: orationibus eorum credant ſe communiri.

† *al. regiminibus.*

† *al. uelle.*

Amb. de digni. ſacerd. c. 2.

α ¶Duo ſunt.] *Caput hoc ſumptum ex eadem epiſtola Gregorij ſeptimi, ex qua antecedens: & ab hoc initio uſque ad verb.* uoluntatem, *ſunt verba ipſius Gelaſij ex epiſtola, qua habetur impreſſa, citata a Gregorio ſeptimo.*

β ¶Excommuncauit.] *Si hic interponatur caput,* Alius item *infra 15. q. 6. hęc pars epiſtola integra habebitur.*

Item Ioannes Papa.

¶Imperatores debent Pontificibus ſubeſſe, non præeſſe. Cap. XI.

Si Imperator catholicus eſt, (quòd ſalua pace ipſius dixerimus) filius eſt [m], nõ prælul eccleſiæ. quod ad religionẽ competit, diſcere ei conuenit, nõ docere [n] habet priuilegia ſuæ poteſtatis, q adminiſtrandis legibus publicis diuinitus [o] cõſecutus eſt; vt eius bñficijs nõ ingratus

Poly. li. 1. tit. 19. Ani. li 4. cap. 12. ex Ioanne viij.

m ¶Filius eſt.] inf. 23. q. vlt. conuenior, qui tamen prælati eccleſiarum dicantur, dixi 11. q. 3. præcipuè.

n ¶Non docere.] infra 16. q. 1. adijcimus.

o ¶Diuinitus.] Non ergo à Papa. nam Imperium à ſolo Deo eſt, ut 23 q. 4 quæſitum. nam a cœleſti maieſtate habet gladij poteſtatem. C. de vet. iu enu. l. 1. in prin. quod concedo de vero Imperatore. Sed quis eſt uerus Imperator? Dicunt quidam, q Cõſtantinopolitanus: ſed iſte alius procurator eſt ſiue defenſor Romanæ eccleſiæ. arg. de conſe diſt. 5. in die. §. hinc. & huic Rom eccl. cõcedit gladij ptãtem, & coronam. Sed contra extra de elect.

Imperator verus qs eſt.

Imperator Imperiũ diuinitus eſt conſecutus.

Regem Frãcorum Papa deponere potuit.

Princeps ẽt ab epiſcopo excommunicari põt.

Excõicand' quis nõ eſt pro minimis cauſis. Cõtumacia tanto maior eſt, quanto ex re minori conſurgit.

Imperium minus eſt ſacerdotio.

Digitized by Google

Papa transtulit Imperiũ.

de elec. venerabilem. Dicitur ibi quòd Ro.ecc. transtulit Imperium in occidentem a Græcis, & ita iste Romanus est verus Imperator.
ADDITIO. Ad hoc extra de iud. significauerunt. in prin. Archid.
a ¶Quas.

pro talibus personis pro quib. licitum sit ei contra quẽlibet agere: quas habes. ff. de postul. hi qui. & 3 q 7. §. tria in fin. l. in propria causa, vel parentum suorum, vel pupillorum suorum. Simile est inter vasallum, & D. minum, vt infra 22. quæstio. vltim. de forma. Simile de aduocatis. C. de aduoc. diuers. iu lic. l. 2. C. de reuo do. l 1. & 7. q. 1. q a frater. & dixi de hoc 3. qõ. 1. nulli. Hoc tamen exaudio de ecclesia, ad quam intitulatus est, pro qua stare põt contra quãlibet ecclesiã, ẽt in qua habet beneficium; quia saluum fuit ius primæ: immo si aliquod munus ei iniungitur ab ecclesia, nullã excusationẽ potest p̃tendere, C. de excu tut. libertos. 23. q. 1. in summa.

contra dispositionem cœlestis ordinis nil vsurpet. Ad sacerdotes enim Deus voluit, quę ecclesię disponẽda sunt, pertinere, non ad sæculi potestates, quas[a], si fideles sunt, ecclesiæ suæ sacerdotibus voluit esse subiectas. Non sibi vindicet alienum ius[b], & ministerium, quod alteri deputatum est: ne contra eum tendat abrumpi, a quo omnia cõstituta sunt, & contra illius beneficia[c] pugnare videatur, a quo propriam consecutus est potestatem. Non a legib. publicis non a potestatibus sæculi, sed a pontificibus, & sacerdotibus omnipotens Deus Christianę religionis clericos, & sacerdotes voluit ordinari, & discuti[d], recipiq; de errore remeantes. Imperatores Christiani subdere debent executiones suas ecclesiasticis pręsulibus[e], non pręferre.

Item Gelasius ad episcopos Orientales.

¶De eodem. Cap. XII.

In originali hæc pẽdent ex superiorib. Polyc. ibidem. Ans. l. 6. c. 157.

NVnquam de pontificibus, nisi ecclesiam iudicasse: nõ esse humanarum legum de talibus ferre sniam, absque ecclesiæ principaliter constitutis pontificibus, obsequi solere principes Christianos decretis ecclesię, nõ suã præponere potestatem; episcopis caput subdere principem solitum, non de eorum capitibus iudicare.

Ans. l. 4. c. 32. Deusdedit l. 4. c. 1.

¶[De eodem.] PALEA. Cap. XIII.

j COnstãtinus Imperator coronam, & omnem regiã dignitatem in vrbe Romana; & in Italia, & in partibus occidentalibus Apostolico concessit. Nam in gestis beati Syluestri (quæ beatus Papa Gelasius in cõcilio 70. episcoporum a catholicis legi commemorat, & pro antiquo vsu multas hoc imitari dicit ecclesias) ita legitur.

¶*Apud Anselmum lib. 4. pro rubr. cap. 32. hæc habentur.* Quòd Constantinus Imperator Papæ concessit coronam, & oẽm regiam dignitatem in vrbe Romana, & Italia, & in partib. occidentalibus. *In principio verò eiusdem cap. 32. hæc leguntur* In gestis beati Syluestri, &c. *vsque ad finem huius, & seq. paleæ, quemadmodum etiam in collectione Deusdedit.*

¶[De eodem.] PALEA. Cap. XIV.

In edicto Constantini, quod est post cõc. Neo cæsariense. Ans. l. 4. c. 32. Deusdedit ibi.

ij COnstantinus α Imperator quarta die sui baptismi priuilegiũ Romanæ ecclesiæ pontifici contulit, vt in toto orbe Romano sacerdotes ita hũc caput habeãt, sicut iudices Regem. In eo priuilegio ita inter cętera legitur. [Vtile β iudicamus vna cum omnibus Satrapis nostris, & vniuerso Senatu, optimatibusque meis, etiam &

d ¶Et discuti.] Ergo antequàm esset aliqua cõstitutio, etiã clerici nõ erãt de iurisdictione sęculari, vnde omnes constitutiones, quæ emanauerunt, quòd clerici non sunt iudicãdi, nisi ab episcopis, non sunt nisi iuris declaratio. Ioan.

Clerici nunquã fuerunt d̃ iurisdictione sæculari.

e ¶Præsulibus.] Hic benedicit nam dicit lex, ꝙ si iudex sęcularis iudicauerit clericũ esse dãnandum primo debet exui priuilegio clericali, vt 11 q. 1. si qs in Authẽ. vt cler. apud ꝓprios §. illud planè coll. 6. licet illud hodie nõ teneat. si. ext. d̃ iu. at si clerici, &c.

NVnquam.] CASVS. Decreuit Io. Papa, vt de põtificib. & alijs clericis tm̃ ecclesia iudicaret, & nõ Imperatores; q̃ subesse debẽt, & non præferri.

COnstantinus Imperator.] CASVS. Palea ista non legitur in scholis, in qua cõtinet̃ priuilegiũ ꝙ Cõstãtinus cõcessit Romanę ecclesiæ. scilicet vt primatum inter omnes ecclesias obtineret, & in quo possessiones, & insignia dignitatis concessit, & hoc fecit eo tempore quo Constantinus ad partes Orientales se transtulit, cum in eodem loco duo Pontifices non bene morarentur. Et statuit, vt nullus contra hoc priuilegium veniret, & pœnam minatur contra facientibus.

1 Concor. tex. in l. qui cum maior. §. pen. & fi. cum ibi no. ff. de bo. lib.

a ¶Quas.] Ergo debet dici, bona potestas est ista.
b ¶Ius.] Supra d. 10. Imperium, &c. certum est 11. q. 1. si tributum.
c ¶Beneficia.] Arg. clericum stantem contra ecclesiam vnde habet beneficium debere illo priuari, i. nisi fortè

cun-

cũcto populo Romanæ gloriæ imperio ſubiacenti, vt ſicut beatus Petrus in terris Vicarius filij Dei eſſe videtur conſtitutus; ita & Pontifices, qui ipſius principis Apoſtolorum gerunt vices, principatus poteſtatem, amplius, quàm terrena Imperialis noſtræ ſerenitatis manſuetudo habere videtur, conceſſam a nobis, noſtroq; Imperio obtineant, eligentes nobis ipſum principem Apoſtolorum, vel † eius vicariũ, firmos apud Deum eſſe patronos. Et ſicut noſtram terrenam Imperialem potentiam, ſic eius ſacroſanctam Romanam eccleſiam decreuimus veneranter honorari.

† *al. & eius ſucceſſores.*

& amplius quàm noſtrum imperium, & terrenum thronum, ſedem ſacratiſſimam beati Petri glorioſe exaltari; tribuentes, ei poteſtatem, & gloriæ dignitatem, atq; vigorem, & honorificentiam Imperialem. Atque decernentes ſancimus, vt principatum teneat tam ſuper quatuor præcipuas ſedes Alexandrinam, Antiochenam †, Hieroſolymitanam, Conſtantinopolitanam, quàm etiam ſuper omnes in vniuerſo orbe terrarum eccleſias Dei; & Pontifex, qui pro tempore ipſius ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ extiterit, celſior, & princeps cunctis ſacerdotibus totius mundi exiſtat; & eius iudicio, quæque ad cultum Dei, vel fidei Chriſtianorum ſtabilitatem procuranda fuerint, diſponantur. *& infra*. ¶Eccleſijs beatorum apoſtolorum Petri, & Pauli pro continuatione † luminariorum, poſſeſſionum prædia contulimus, & rebus diuerſis eas ditauimus, & per noſtram Imperialem iuſſionem ſacram tam in Oriente, quã in Occidente, vel etiam Septentrionali, & meridiana plaga, videlicet in Iudæa, Græcia, Aſia, Thracia, Africa, & Italia, vel diuerſis inſulis noſtra largitate ei † conceſſimus; ea prorſus ratione, vt per manus beatiſſimi patris noſtri Silueſtri ſummi Pontificis, ſucceſſorumque eius omnia diſponantur. *& infra*. ¶Beato Syluestro patri noſtro, ſummo Pontifici, & vniuerſalis vrbis Romę Papæ, & omnibus eius ſucceſſoribus pontificibus, qui vſque in finem mundi in ſede beati Petri erunt ſeſſuri, de præſenti contradimus palatium Imperij noſtri Lateranenſe, deinde diadema, videlicet coronam capitis noſtri, ſimulque phrygium †, nec non, & ſuperhumerale, videlicet ſorum, quod Imperiale circundare aſſolet collum; verum etiam, & chlamidem purpuream, atque tunicam coccineam, & omnia Imperialia indumenta; ſed & dignitatem Imperialium præſidentium γ equitum, conferentes etiam, & Imperialia ſceptra, ſimulque cuncta ſigna, atque banda, & diuerſa ornamenta Imperialia, & omnem proceſſionem Imperialis culminis, & gloriam poteſtatis noſtræ. Viris autem reuerendiſſimis clericis in diuerſis ordinibus eidem ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ ſeruientibus illud culmen, ſingularitate, potentia, & præcellentia habere ſancimus; cuius ampliſſimus noſter ſenatus videtur gloria adornari, ideſt patricios δ, atque Conſules effici, nec non, & cæteris dignitatibus Imperialibus eos promulgamus decorari. Et ſicut Imperialis militia ornatur; ita & clerum ſanctæ Romanæ eccleſiæ ornari decernimus. Et quemadmodum Imperialis potentia officijs diuerſis, & cubicularium nempe, & oſtiarium, atque omnium excubitorum ornatur, ita, & ſanctam Romanam eccleſiam decorari volumus. Et vt ampliſſimè pontificale decus præfulgeat, decernimus & hoc, clericorum eiuſdem ſanctæ Romanæ eccleſiæ, manipulis, & linteaminibus, id eſt candidiſſimo colore decorari equos, ita, & equitare. Et ſicut noſter ſenatus calceamentis vtitur cum ε vdonibus, id eſt candido linteamine illuſtratis; ſic vtantur, & clerici, vt ſicut cęleſtia, ita, & terrena ad laudem Dei decorentur. Præomnibus autem licentiam tribuimus ipſi ſanctiſſimo patri noſtro Syluestro, & ſucceſſoribus eius ex noſtro indicto, vt quem ζ placatus proprio conſilio clericare voluerit, & in religioſorum numero clericorum connumerare; nullus ex omnibus præſumat ſuperbe agere. Decreuimus itaque & hoc, vt ipſe, & ſucceſſores eius diademate, videlicet corona, quam ex capite noſtro illi conceſſimus, ex auro puriſſimo, & gemmis pretioſis vti debeant, & in capite ad laudem Dei pro honore beati Petri geſtare. Ipſe verò beatiſſimus Papa, quia ſuper coronam clericatus, quam gerit ad gloriam Beati Petri, omnino ipſa ex auro non eſt paſſus vti corona; nos phrygium candido † nitore ſplendidum reſurrectionem Dominicam deſignans, eius ſacratiſſimo vertici manibus noſtris impoſuimus, & tenentes frænum equi ipſius pro reuerentia Beati Petri, ſtratoris officium illi exhibuimus, ſtatuentes eodem phrygio omnes eius ſucceſſores ſingulariter vti in proceſſionibus ad imitationem Imperij noſtri. Vnde, vt pontificalis apex non vileſcat, ſed magis, quam terreni Imperij dignitas gloria †, & po-

Suidas in hoc verbo βάνδον.

† *Antioc. Alexand.*] orig. Impreſſum.

† *al. continuatione.*

† *al. eis libertate conceſſimus.*

Iuo p. 5. c. 49. Paul. l. 4. c. 1.

† *al. phrygium ideſt mitram.*

† *al. candidi nitoris ſplendidam*

† *al. & gloria potẽtia*

& potentia decoretur, ecce tam palatium noſtrum, ut prædictum eſt, quàm Romanam vrbem, & omnes Italiæ, ſeu occidentalium regionum prouincias, loca, & ciuitates, præfato Beatiſſimo Pontifici noſtro Sylueſtro vniuerſali Papæ contradimus, atque relinquimus: & ab eo, & a ſucceſſoribus eius per hanc diualem noſtram & pragmaticum conſtitutum decernimus diſponenda, atque iuri ſanctæ Romanæ eccleſiæ concedimus permanſura. Vnde congruum perſpeximus noſtrum Imperium, & regni poteſtatem in orientalibus transferri regionibus, & in Byzantiæ prouinciæ optimo loco, nomini noſtro ciuitatem ædificari, & noſtrum illic conſtitui Imperium: quoniam vbi principatus ſacerdotum, & Chriſtianæ religionis caput ab Imperatore cœleſti conſtitutum eſt, iuſtum non eſt, ut illic Imperator terrenus habeat poteſtatem. Hæc verò omnia, quæ per hanc noſtram imperialem ſacram, & per alia diualia decreta ſtatuimus, atque confirmauimus, vſque in finem mundi illibata, & inconcuſſa permanere decernimus. Vnde coram Deo viuo, qui nos regnare præcepit, & coram terribili eius iudicio obteſtamur per hoc noſtrum Imperiale cõſtitutum omnes noſtros ſucceſſores Imperatores, vel cunctos Optimates, Satrapas etiam, ampliſſimum ſenatum, & vniuerſum populum in toto orbe terrarum, nunc & in poſterum, cũctis retro temporibus Imperio noſtro ſubiacentem, nulli eorum quo quomodo licere aut infringere, aut in quoquam conuellere. Si quis autem, quod non credimus, in hoc temerator, aut contemptor extiterit, æternis condemnationibus ſubiaceat innodatus, & ſanctos Dei, Principes Apoſtolorum Petrum & Paulũ ſibi in præſenti, & in futura vita ſentiat contrarios; atque in inferno inferiori concrematus, cum diabolo, & omnibus deficiat impijs. Huius verò Imperialis decreti noſtri paginam proprijs manibus roborantes, ſuper venerandũ corpus beati Petri principis Apoſtolorum poſuimus. Datum Romæ iij. Kal. Aprilis, Domino noſtro Flauio Conſtantino Auguſto quater, & Gallicano v.c. Coſſ.

¶ *Hæc palea in multis habetur exemplaribus, in quibus alia palea eſſe non ſolent.*

α ¶ Conſtantinus.] *Verba hæc vſque ad verſ.* In eo, priuil. *non ſolum habentur apud Anſelmum, & Deuſdedit, ſed etiam in geſtis B. Sylue. in his, quæ à Conſtantino per octo dies poſt baptiſmum acta referuntur.*

β ¶ Vtile.] *Hinc vſque ad finem ſumpta ſunt ex geſtis ſeu actis ſancti Syluestri, in quibus multa præcedunt ac multa deinceps plenius narrantur. Sed hic ea tantùm videntur relata, quæ in collectionibus Anſelmi, & Deuſdedit habentur. Titulus proprius huius partis in geſtis ipſis eſt huiuſmodi.* Priuilegium ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, quod conſtituit D. Conſtantinus Auguſtus ſancto Syluestro epiſcopo vrbis Romæ, & omnibus ſucceſſoribus eius vſque in perpetuum, & obtulit ſuper corpus beati Petri Apoſtol. *De quo item priuilegio Leo nonus in epiſtola prima, ſeu libello aduerſus inauditas præſumptiones Michaelis Conſtantinopolitani, & Leonis Arcidani epiſcoporum, cap. 13. ſic loquitur.* Pauca ex priuilegio eiuſdem Conſtantini manu cum cruce aurea ſuper cœleſtis clauigeri uenerabile corpus poſito ad medium proferemus. *De ijſdem geſtis, ſiue actis Gelaſius in concilio LXX. Epiſcoporum (& refertur ſupra diſtinct. 15. in cap ſancta Romana) ſic loquitur, vt ea videatur approbare. Et in martyrologio Romano, & Vſuardi in feſto Sancti Syluestri legitur.* cuius actus clari habentur. *Inueniuntur verò etiam hodie peruetuſtis literis deſcripta in bibliotheca Vaticana, & Abbatia Nouantulæ: quorum interpres in proœmio hæc ait:* Hiſtoriographus noſter Euſebius Cæſareæ Paleſtinæ vrbis epiſcopus cum hiſtoriam eccleſiaſticam ſcriberet, prætermiſit ea, quæ in alijs opuſculis ſunt, vel quæ ſe meminit retuliſſe. Nam uiginti libros omnium penè prouinciarum, paſſiones martyrum, epiſcoporum, & confeſſorum, & ſacrarum virginum, ac mulierum continere fecit. Deinde ſecutus, & ab Apoſtolo Petro, omnium epiſcoporum nomina, & geſta conſcripſit, & earum vrbium, quæ arcem pontificatus per Apoſtolicas ſedes tenere noſcuntur, ut vrbs Roma, Antiochia, Hieroſolyma, Epheſus, & Alexandria. Harum vrbium epiſcoporum omnium præteritorum nomina vſque ad tempus ſuum, & geſta Græco ſermone conſcripſit. Ex quo numero unum Epiſcopum vrbis Romæ ſanctum Syluestrum me de Græco in Latinum transferre præcipiſti domine ſancte, ac beate pater. *Quibus uerbis, quicunque ſit auctor iſtius proœmij; eadem geſta ab Euſebio Græcè ſcripta fuiſſe clarè profitetur. Quæ etiam in uetuſtiſſimis Pontificalibus, & codicibus, in quibus ſanctorum vita ſunt deſcripta, in vita Beati Syluestri referuntur. Partem horum actorum (quod ad baptiſmum Conſtantini, & imagines ſanctorum Petri, & Pauli ſpectat) refert Hadrianus Papa in epiſtola Conſtantino Imperatori, & matri Irenæ ſcripta, quæ in ſecunda actione ſeptimæ uniuerſalis ſynodi habetur. Ipſum autem priuilegium ferè integrum refert Leo nonus loco ſuperius indicato, & Theodorus Balſamon in Photij nono canone, tit. 9. cap. 1. quanquam alijs rebus (quod Græci plerumque ſolent) Romanæ eccleſiæ*

S Icut quamuis.] CASVS. Hoc cap. habet duas partes. In prima dr, ꝙ ſicut aliqua parua ciuitas nō minuit prerogatiuā regni, etiam ſi ſit ibi ſedes regalis; ſic Imperator prerogatiuā eccleſię minuere nō pōt. In ſecūda dr, ꝙ Pontifex quātūcunq; ſit malus: dummodo nō ſit hęreticꝰ, ab Imperatore puniri nō poteſt: Secunda pars incipit ibi, [Semper eſt.] a ¶ Sicut.] Sēſus eſt: ſicut parua ciuitas non poteſt regnum impugnare: ita nec Imperium ſacerdotium. Vel ſic, licet epiſcopus ſit in parua ciuitate, Rex tñ non pōt iudicare de clericis eius, ſecūdū hoc, dic diſpenſationis religioſæ, ideſt, epiſcopi cōſtituti in parua ciuitate.

Imperium non pōt ſacerdotiū impugnare.

b ¶ Humanitus.] id eſt, conſuetudine humana, ideſt, fragilitate humanæ naturæ H

c ¶ Non tamen contra religionem.] Nā in eo caſu poſſet à quocumque redargui 40. diſt. ſi Papa. vel etiam ſi ſchiſma faceret. 23 q. 5. de Liguribus. Et plures caſus in qbus laici habent iuriſdictionem ſuper clericos, dixi 23 q. 5. principes.

Laici ſuper clericos qñque iuriſdictionem habent.

d ¶ Nullatenus.] 63. diſt. Valentinianus.

Boni

ſia non ſatis æquus. Hanc eandem donationem ante Gratianum recitarant Anſelmus, Deuſdedit, Iuo loci notatis: Quò ea pertinent, quæ Petrus Damianus in diſceptatione ſynodali inter regium aduocatum, & Romanæ eccleſiæ defenſorem ſcripſit. Lege, inquit, Conſtantini Imperatoris edictum, ubi ſedis Apoſtolicæ conſtituit ſuper omnes in orbe terrarum eccleſias principatum Nam poſtquam ſupra corpus beati Petri baſilicam fundator erexit, poſtquam patriarchium Lateranenſe in beati Saluatoris honore conſtruxit: mox per Imperialis reſcripti ſeriem Romanæ eccleſię conſtituit dignitatem, vbi nimirum Beato Sylueſtro, ſuisque ſucceſſoribus obtulit, vt regali more, & aurea corona plecterétur in capite, & cæteras regij cultus inſulas vſurparent: Verū Beatus Syluester ornamenta, quæ ſacerdotali congruere iudicabat officio, in proprios vſus aſſumpſit: coronam verò, vel cætera quæ magis ambitioſa, quàm myſtica videbantur, omiſit. Cui etiam Conſtantinus Lateranenſe palatium, quod eatenus aula regalis extiterat, perpetuò iure conceſſit, regnum Italiæ iudicandum tradidit. Nam ipſius Regis hæc verba ſunt, Vnde congruſ, inquit proſpeximus noſtrum Imperium, & regni poteſtatem orientalibus transferri, ac mutari regionibus, & in Bizantina prouincia in optimo loco nomini noſtro ciuitatem ædificari, & noſtrum illic conſtitui Imperium: quoniam, ubi principatus ſacerdotum, & Chriſtianæ religionis caput ab Imperatore cœleſti conſtitutum eſt, iuſtum non eſt, ut illic Imperator terrenus habeat poteſtatem. *De hac eadem reſcribit Ado Viennenſis in commentario ætatis ſextæ, & Gotfredus Viterbienſis in chronicis par. 6. c. 2.*

γ ¶ Præſidentium equitum.] *Græcè eſt apud Balſamonem, καὶ ἀξιώματα τῶν βασιλικῶν ἀ λόγων, ideſt,* & dignitates Imperialium equorum.

δ Ideſt patricios.] *Locus hic Græcè ſic habet, καὶ ἔχειν ἐκείνην τὴν ὑψηλότητα, καὶ μεγαλοσύνην, ἣν κεκόσμηται ἡ μεγάλη σύγκλητος ἡμῶν, ἤτοι οἱ πατρίκιοι, καὶ οἱ ὕπατοι, καὶ λοιπὰ ἀξιώματα.* i. & illam habere celſitatem, atque amplitudinem, quo ornatus eſt magnus noſter ſenatus, ſiue patricij & conſules, ſiue hypati, & reliquæ dignitates.

ε ¶ Cū vdonibus.] *Græcè totus hic locus habet paulò aliter, καὶ ὡς ἡμέτερα σύγκλητος φορεῖ ὑποδήματα ὅτοι σανδάλια λευκὰ διὰ ὀθονίων, οὕτως, καὶ τὰ ἱππάρια ὡς καὶ ταχυνὰ πρὸς αἴνεσιν τοῦ θεοῦ.* Et quemadmodū ſenatus noſter fert calceos, ſeu ſandalia cum linteis; ita etiam cœleſtia, ſicut terreſtria ad Dei laudem,

ζ Quem placatus.] *ἵνα ἑάντις τῆς συγκλήτου βουληθῇ μετὰ ἰδιοθελήματος καὶ εὐαρέστου γενέσθαι κληρικὸς, καὶ ἐν τῶν τῶν ἁγίων κληρικῶν συναριθμεῖσθαι μηδὲ τολμᾷ ἀποκόπτων ἐμποδίζειν τοῦτο.* i. ut ſi quis ex ſenatu ſponte ſua, quodq; ita ipſi libeat, voluerit fieri clericus, & in ſanctorum clericorum numerum adſcribi, ne quis ex omnibus hoc audeat impedire.

x ¶ Hæc verò omnia.] *Hic quoque eſt magna verborum varietas, ſed eadem fere ſñā.*

Item Gelaſius ad epiſcopos Dardaniæ.

¶ Imperialis auctoritas religioſæ diſpenſationis menſuram non mutat. Cap. XV.

S Icut a quamuis parua ciuitas prærogatiuam præſentis regni non minuit, ſic Imperialis præſentia menſuram diſpenſationis religioſæ nō mutat. *& infra.* ¶ Semper a eſt effectum in ſacerdotali concilio de ſacerdotibus iudicia prouenire. Nam qualeſcumque Pontifices ſint, & ſi errore humanitus [b] accidente, non tamen contra religionem [c] vllatenus excedentes, nullatenus [d] videntur à ſæculari poteſtate poſſe percelli.

BOni principis.] CASVS. Hic dicitur, ꝙ officiū principis est, ecclesias destructas restaurare, nouas ædificare, & clericos potius defendere quàm destruere, vel aliquo modo subiugare.

a ¶Contritas 25.q.1.diuinis,&c.

b ¶Restaurare.] 27.q.4. diffiniuit.16.q.1. statuimus.

CASVS. Hic intitulatur 97.dist. in qua concludit Gratianus ex illo capitulo, bene quidē, ꝙ nulli laico de rebus ecclesiasticis iudicare licet sine auctoritate ecclesiæ, & similiter factum fuerit, irritum erit, nisi ecclesia subscribat, vel auctoritatem præstet. Et ideo videtur, ꝙ constitutio. q̄ fecit Honorius Imperator su.79 di si duo. non valuit, cū fuerit a laico facta: postea solnit dicēs, ꝙ si laicus inuitetur ab ecclesia vt de reb ecclesiasticis faciat constitutionē, sicut fuit Honorius a Bonifacio inuitatus, valebit constitutio.

c ¶Hoc capitulo.] Respicit in hac d.97 illud c.bene quidem 96.dist.& assignat in hoc § quandam cōtrarietatē,& dat postea solutionem.

d ¶Honorii.] Supra d.79 si duo.

e ¶Ne hęretici.] su. d.8.quo iure. & 24. q.7 c.1.& 2 & 27.q. 3.c.nimium.

f ¶Inuitati.] su.d.63 Hadrianus, & ca.in synodo.

ECclesiæ.] CASVS. Hæc est epistola Papę Bonifacii in qua supplicat Honorio Imperatori. In prima parte offēdit Bonifacius, ꝙ ipse ē solicitus de ecclesiastico statu, ne si negligens inueniat, sit redarguēdus. In secūda rogat Honoriū d pace, & quiete ecclesiæ seruāda, ei multipliciter applaudēdo. In tertio rogat eū, vt suos legatos honorifice recipiat. Secūda ibi [Ipsa enim ecclesia] Tertia incipit ibi, [Habet refugiū]

g ¶Ecclesiæ inf.ca. proxi victor. cōtra. Sed vt ibi dicitur, iā erat in cōualescētia; adhuc tamen erat debilis, vt hic.

h ¶Conuentus.] .i. conuenticulas. C.de epis.& cle.conuentī culam.

i ¶Agitantur.] q.d. licet adhuc simus inualidi tū cura ecclesiæ nos cōpellit, vt inuigilemus ecclesiasticis negociis, & pro eis intercedamus apud vos, quia multi clerici turbant ecclesiam Dei. Archidiaconus.

K ¶Facere.] .s. videmini.

l ¶Tacentem.] Extra de testa.quia ingredientibus,& 63.dist.c.1.

a ¶Semper.] *Mutatus est a collectore orationis ductus, ne quę antecedunt, recitanda essent.*

Item Marcellus Papa Maxentio a.

a ¶Maxentio.] *In impressis addebatur, episcopo, quæ vox abest ab omnibus manuscriptis.*

Anſ.l.6.c.192.
† *al.regis.*

¶Ecclesias restaurare contritas, non Pontifices persequi boni principis est. Cap. XVI.

BOni principis est, ac religiosi †, ecclesias contritas [a] atque conscissas restaurare [b], nouas ædificare, & Dei sacerdotes honorare, atq; tueri. Vnde sanctos Apostolos, eorumq; successores sub diuina contestatione constituisse legimus, non debere fieri persecutiones, nec inferri fluctuationes, nec inuidere laborantibus in agro Dominico, neque expellere æterni regis dispensatores.

DISTINCTIO XCVII.

† *al.Pontificum.*

Dist.79.si duo.

HOc capitulo patenter [c] ostenditur, quòd, nec imperatori, nec cuilibet laico licèt decernere, vel de electione Pontificis †, vel de rebus ecclesiasticis. Quæcūque autem ab eis constituta fuerint, pro infectis habenda sunt: nisi subscriptione Romani Pontificis fuerint roborata. Vnde illud Honorij [d] Augusti, vt supra dictum est, vanum esse videtur, quod contra auctoritatem sacrorū canonum de electione summi Pontificis decernere tentauerit. Sed sicut ex eodem capitulo habetur, ecclesiæ precibus Imperator in præsumptores valet decernere: sicut pro defensione fidei quondam decreuisse leguntur, ne hæretici [e] aliquid nomine ecclesiæ possiderent. Ab ea autē non inuitati [f] de rebus ecclesiasticis aliquid disponendi non habent facultatem. Honorius verò Augustus non sua auctoritate, sed beato Bonifacio supplicante, ecclesiastica quieti consulere, & concertantium ambitionem punire curauit.

Vnde idem Bonifacius episcopus supplicationis epistolam Honorio Augusto destinauit, dicens.

Epist.1.ad Honoriū.

¶Epistola Bonifacij ad Honorium Augustum. Cap. I.

ECclesiæ [g] meę, cui Deus noster meum sacerdotiū, vobis res humanas regentibus, deputauit, nos cura constringit ne causis eius, quamuis adhuc corporis incommoditate detinear, propter conuentus [h], qui a sacerdotibus vniuersis, & clericis, & Christianæ plebis perturbationibus agitātur [i], apud aures Christianissimi principis desim. Si.n.secus quàm oporteat, eueniat; non vos id facere [k], qui cuncta æqua moderatione cōponitis, sed nos per nostram tacentē † [l] desidiam videbimur, quod ciuitatis quie-

† *al.tacentes.*

Hoc capitulo patenter.] Hæc distinctio diuiditur in duas partes. Secunda ibi. [Sine signatis.] Io.de Fant.

tem, & ecclesiæ pacem peruertere valeat, admisisse. Cum enim humanis rebus diuinę cultor religionis domino fauente prouideas †: nostra culpa erit, si non id sub vestra gloria (quam certum est diuinis semper rebus animo prōptiore fauisse) firmo, & stabili iure custodiatur, quod per tot, annorum seriem, & sub illis[c] etiam principibus obtinuit, quos α nulla nostræ religionis cura cōstrinxit, ideſt, vt licita seruentur, & sub vestræ Imperio clementiæ minime, quæ sunt illicita, formidentur[d]. ¶Ipsa enim ecclesia deuotionem tuam Christianissime Imperator, meo †quidem sermone, sed suo venerabili appellat affectu †, quam Christus Deus noster, vestri fidus rector, & gubernator Imperij, vni desponsatam sibi, & intactam virginem [c] seruat: ne in eam aliquos patiamini insidiantium procellarum [a] fluctus illudi, & quietam faciem [c] tempestatis insolito tumore turbari, glorioſissime, & tranquillissime Imperator Auguſte †. Ipsa ergo (quæ vni desponsata, nostra †tamen mater est) Ecclesia, hac pietatem vestram legatione, quam suis sacerdotib. commisit, appellat, præterita [f] præsentiaque repetit [g]. Vobis, inquit, religioſe imperantib. β creuit meus, qui modo tuus est, populus, tam fidus Deo, quam tibi [h], qui es princeps Christianus. Ecce enim inter ipsa mysteria, inter preces suas, quas pro vestri ſelicitate dependit Imperij, teste (apud quem, & de cuius sede agitur) sancto Petro, solicitis pro religionis obseruantia vocibus clamat; cum solicita petitione miscetur oratio, ne humana γ res solito tentatore occulte solicitante semel euulsa [i] discordia distrahat. Angeretur pluribus, princeps christianissime, mater Ecclesia; nisi apud te suarum esset cura † causarum †, & nisi in oppressionibus idolorum, in hæreticorum correctionibus, fide tua, diuino cultu pariter cum Imperio semper florente, vicisset. ¶Habet refugium, pium tuæ mansuetudinis animum, cum suæ religionis veneratione coniunctum; cum quidquid huic proficiat, vos agatis, & conferatis fratribus, & consacerdotib. meis, probatissimis viris, a me, & ab omnibus (qui ecclesiam faciunt †) legatis: quibus (precamur.) sacræ causam religionis prosequentibus [k], in vrbe vestræ mansuetudinis hoc animo, quo postulatis [l] annuitis, in perpetuum statui vniuersalis ecclesiæ consulatis.

† *al. præsideat.*

† *al. non mee.*
† *al. affatim.*

† *al. semper Augusto.*
† *al. vestra.*

† *securæ*] ori.

† Adde qđ Imperator ē defensor, & filius ecclesiæ. no ī cle. Romani. de iureiur. & in auth. vt oēs obe. iu. prouin. §. & hoc eonsiderantes. coll. 5.

† *faciunt istiusmodi*] orig.

α ¶Ideſt, vt licita.] *In epistola ipsa legitur*, ideſt, vt fidens vtar licitis.

β ¶Imperantibus.] *Additis aliquot ex epistola vocibus emendatus est hic locus*, creuit meus, qui modo tuus est, populus.

γ Ne humanas.] *In plerisque uetustis legitur*, ne hos in varias res solito, &c. *In originali uerò*, ne hos, *alias*, vos, in varias res semel euulsa distrahat a cultu solito, tentatore solicitante, discordia.

¶Rescriptum Honorij ad Bonifacium Papam. Cap. II.

VIctor [m] Honorius inclytus triumphator semper Augustus Sancto, ac venerabili Bonifacio Papæ vrbis æternæ. Scripta Beatitudinis tuæ debita reuerētiæ gratulatione suscepimus: quibus recensitis egimus omnipotenti Deo Maximas gratias, quòd sanctimoniam tuam post

a ¶Sub illis.] Vt 11. q. 1. sacerdotibus.
b ¶Formidentur.] A Christianis.
c ¶Virginē.] Vt 27. q. 1. nuptiaru. in fi.
d ¶Procellarum.] i. hæreticorum.
e ¶Faciem.] Ecclesiæ.
f ¶Præterita.] Scilicet beneficia. sic intelligitur de cōse. distin. 2. panis. q. s. pro omni munere debemus Deo gratias referre, præsenti s. & p̄terito, nō futuro, q̄a nec Deus futurū pec catum indulget. inf. de pēn. distin. 3. sane cauendum, nec pactum valet, si fiat q̄ non agam de futura iniuria, ff. de pactis, si vnus. §. pacta.
g ¶Repetit.] ideſt, recolit, & ad memoriam reducit.
h ¶Tibi.] Ne sis ingratus.
i ¶Euulsa.] Per affectum: ideſt, euellent.
k ¶Prosequētibus.] Legationem nostrā Arg ad quæstionem magistri P. q̄ Archiep̄s Bracaren. potuit eum spoliare.
l ¶Postulatis.] Dativi casus.
m ¶Victor.] CASVS. Honorius nūc rescribit Bonifacio: & primo salutat eū referendo gratias Deo de sanitate sibi reddita, & deprecatur ipsum, vt debeat orare pro ipso, cōmēdans eum in solicitudine sua, & significat ei, q̄ ad postulationem suorū legatorum, fecit constitutionem, per quā satis putat esse prouisum ecclesiasticę q̄ti. tandem rogat, vt cōstitutionem illam publicet, quatenus oēs clerici sciant ab ambitionib. apostolicæ sedis esse cessandum, quia de cętero ad hoc nullæ dissēsiones valebunt.

Peccatum futurum. Deus nō indulget.

Digitized by Google

quæst. 1. dilectissimis. Vel forte tunc nouella erat Ecclesia, & adhuc obtinebat illud. Quare fremuerunt gentes, & c. 1. postea autem Imperator subiecit se Papæ, vt 23. q. 4. displicet.

a 23. q. 4. nõ inuenitur.

a ¶Sua studia.] Idem, conspirationes. simile 61. distin. obitum,

longum incõmodum optatæ redditam didicimus sanitati. Et idem reuertentibus venerabilibus viris gaudiũ nostrum sacrorũ apicum attestatione signamus, ac petimus, vti quotidianis orationib. Apostolatus tuus studium, ac votum suum circa salutem, atque Imperium nostrum dignetur impendere. Illud autem pietati nostræ satis placitum esse cognosce, quod sanctimonia tua de ecclesiarũ, aut populi perturbatione solicita est. Quæ, ne aliqua ratione possit euenire, satis clementia nostra credidit esse prouisum. Denique beatitudine tua prædicante id ad cunctorum clericorum notitiam volumus peruenire, vt si quid forte religioni tuæ (quod non optamus) humana sorte contigerit, sciant omnes ab ambitionibus esse cessandum. Ac si duo, *vt supra, Et infra.* ¶Vnde id obseruandum est, vt omnes tranquillam mentem, & pacificos animos ex serenitatis nostræ admonitione custodiãt, nec aliquid seditiosis conspirationibus tentare conentur: cũ certum sit, nulli partium sua studia [a] profutura.

Dist. 69. si duo.

2 *Sine signatis apicibus non est mos Romanæ ecclesiæ vndecunque legationem suscipere a.*

Vnde Nicolaus Papa.

a ¶Suscipere.] *In vulgatis sequebatur*, neque mittere: *quæ absunt a vetustis, neque conueniunt cum his, quæ sequenti capite afferuntur.*

¶Romana non consueuit ecclesia sine signatis apicibus legationem vndecunque suscipere.

Cap. III.

NObilissimus [b] vir, atque strenuus vestræ sublimitatis legatus, licet nullam epistolam iuxta consuetudinem a vobis nostro Põtificio detulisset, licet nunquam Apostolicæ sedis modus † fuerit absque signatis [c] apicibus vndecunque legationem suscipere; Nos tamen vos in illo honorantes, eiusque grauitatem, & eloquiorum illius veridicas cognoscentes assertiones; nihilominus [d] eum, & sicut decuit, suscepimus, & ei, sicut honestũ fuit, credidimus [e].

† *al. mortis.*

obitum. aliàs in bonam partem ead. dist. studii. Io.

SINE CASVS. Quia in superiori ca facta fuit mentio de signatis apicibus: ideo nunc vult ostendere, ꝙ ecclesiæ Romanę mos est non suscipere legatum sine signatis apicibus.

NObilissimus.] CASVS. Mandat Nicolaus Papa cuidam principi, ꝙ licet mos sit Romanæ ecclesiæ non recipere legatum alicuius sine literis sigillatis: tamen legatum illius principis sine literis recepit honorifice: & verbis eius fidem adhibuit, honorans principem in persona ipsius.

b ¶Nobilissimus.] Arg. quòd sine literis non est adhibenda fides legatis. 11. q. 2. Lugdunensis.

Legato sine literis suæ legationis credendum non est.

c ¶Signatis.] Oportet ergo, ꝙ legatus exhibeat literas legationis suæ ad hoc, vt credatur ei, vt hic, & 63. dist. lectis. C. de man. princ. l. vnica. Sed quid si perdidit literas, & vult probare 2. amissionem? Dico ꝙ potest. non tamen sufficit probare tenorem literæ, nisi & probetur, & illa litera fuerit sine vitio, vt extra de priui. cum olim. in fi. & C. de fide instru. l. vlt. Sed nunquid sufficit mandatum sine literis? Dico, ꝙ legato non sufficit probare mandatum, C. de man. princ. l. 1. quia legati non sine periculo recipiuntur. Vnde maior est in eis facienda examinatio, vt 42 dis. quiescamus. Sed delegatus potest ꝓbare mandatũ sine literis, vt in authen. deliti, §. oẽm colla 9. & arg. extra de offi. dele. prudentiam, & extra de rescrip. ex parte. Ioan. Tan. & quidam alii dicũt, quod in iudice delegato non sufficit ꝓbare amissionem rescripti, nisi ostẽdat authẽticũ, vt extra de offi. dele cũ in iure. 25. q. 2. sancimus, & extra de fide inst c 1. Ita notat T. super illa decre cum olim. Sed pone, ꝙ partes viderũt & approbauerunt rescriptum, & postea redactum fuit in publicã formã per tabellionem nunquid amisso postea rescripto iudex ꝓcedere poterit? Satis credo, ꝙ sic Io. vt notaui in quæstionibus 3. B. Sed cum hic indistincte dicat, ꝙ literę debeant esse signatę, videtur a quocunque sint signatæ, ꝙ sufficiat ad hoc, vt scriptura dicatur authẽtica, vt extra de appel personas. & ext. de fideiuss. puenit. Nã & eps sigillat sigillo ecclesiæ suæ, vt 71. dist. in nomine Domini in fi. itẽ & alieno annulo põt qs signare testamẽtũ, vt Inst. de test. §. possũt aũt itẽ & alienũ sigillũ 4. etiã nõ iudicis sui fidem facit, vt infra di. prox. ca. 1. & 2. Sed dic, ꝙ alienum sigillum facit fidem, si nõ habetur proprium: aliàs non. vt extra de appel significauit. & 65. dist. episcopus. Item literæ nõ dicuntur signatæ si legi nõ possunt characteres, vt extra de fide instr. inter. & ff. de test. ad testium. §. si signa. & §. si signum. Item si filum ruptũ sit, non dicuntur signatæ, vt extra de cri. fal. c. licet. Si autẽ filum ex toto nõ est fractũ, bene dicuntur signatæ, vt ff. de bon. poss. secundum tab. l. 1. §. si linum. extra de fide instr. sicut.

Ipse Ioan. & H in præce. decre. de priui. cu. olim in glos. hoc est, vbi dicũt & Goff. cum eis hoc esse verum nisi honestus, & notus esset; & debet ei credi, vt in hoc ca. nobilissimus. Arch.

Delegatus mandatũ sine literis ꝓbare potest.

3 Quæstio dñicalis est & incipit. q dam impetrauit rescriptum, &c. Literas esse a quocunq; signatas an sufficiat.

4 Dũ tñ sit auhenticũ. Argu. C. de bo. prosc. si qs intra. insti. de Atti. tu. § penult. Arch. Cardinalino to sine literis credi põt Voci vnius qñq; credit.

5 Concor. tex. I l. si qs decurio. C. de fal. & I l. Theopõpus. ff. de do præle. regulariter tñ est cõtra.

d ¶Nihilominus.] Ergo & Cardinali, qui bene notus est in aliqua prouincia, credẽdum esset sine literis: maximè cum non contingat Cardinalem vnquam abesse nisi legãtionis causa. Ioan.

e ¶Credidimus.] Argu ꝙ interdum voci, & assertioni vnius credendũ sit, si ꝑsona sit honesta & authen. 5. ar. 8. q. 3. c. 1. Ar. contra 9. d. ego solis. sic è conuerso ex ꝑsona ꝓferẽtis instrumentũ minus creditur instrumento. vt ff. ce edẽ. si qs §. 1. sic si malus aliquid dicat, nõ facile ei creditur, vt 24. q. 1. quisquis. Argu. contra 19 d. ẽm

2 Quod dic, vt ẽt notat,

Væ circa ordinandos.] CASVS. Egit ſu. Gra. diligenter de ordinatione, & electione clericorum: ſed quia per mutationem locorũ veritas occultatur: ideo in hac diſt. 98. oſtẽditur, vt clerici peregrini non recipiantur, niſi cum literis quinquæ epiſcoporũ, cũ a proprio epiſcopo fuerint commendati.

a ¶Quæ circa] Hic depingitur 98. di. in cuius principio vtit Gratia. tranſitu: in quo oſtendit, quid dixerit haſtenus, & quid in hac dicturus ſit. Nam quia clerici ſæpẽ mittuntur de prouincia ad prouinciam, breuiter oſtendit, q̃ non ſunt recipiẽdi in alia prouincia ſine literis epiſcoporum ſuorum.

Clerici ſine literis ſuorũ epporum nõ ſunt recipiẽdi.

NVllus.] CASVS. Dicit hic, q̃ nullus epiſcopus debet recipere clericũ trãſmarinũ in ſua eccleſia, niſi habuerit literas ſigillatas quinque epiſcoporũ, vel eo amplius fuerit cõmẽdatus: q̃a multa perſubreptionem ſolent euenire. Idem dicitur in ſeq. cap.

b ¶Nullus aliqua.] Iſta c. introducta ſũt ad cautelã: vel legũtur de primitiua eccleſia; & ſic ſecus hodie.

c ¶Niſi quinq;.] Cõtra 71. diſt. ca. 2. Sed hæc capitula loquũtur, quãdo ita remoti ſunt, q̃ ſigilla epiſcoporum & etiã loca ignota ſunt: illud quãdo epiſcopus q̃pinquus eſt, & ei' ſigillum bene cognoſcitur: & hoc colligitur extra de cler. pereg. tuæ. Sed pone, q̃ nõ habet literas: eſt ne recipiẽdus ſi probet p teſtes? ita. extra de cleri. pereg. c. vlti. Nam magis credendum eſt viuæ voci, quàm mortuæ, in authen. de fide inſtru. §. ſi verò. coll. 6. H. intelligit hæc capitula abrogata. olim enim habuit locũ hoc capitulum propter multitudinem hæreticorum. Sed illud capitulum, tuæ. euacuat opinionem iſtam. Sed certè non vt recipiendus, & ſi mille ſigilla haberet ignota: quia nõ plus fidei præſtant mille ignota, quam vnũ ignotum, præterea in teſtamento ita inuenis, q̃ cum ſigna ſunt ignota, conuocantur omnes illi quorum dicuntur ſigilla, vt ſciatur an recognoſcant ſua ſigna; vt ſi quemadmodũ teſtamenta aperiãtur cũ ab initio. ex hoc cõcedo, q̃ niſi aliqualis habeatur notitia de ſigillis & de illis remotis eccleſijs, q̃ non ſit ei credendũ, & ſi mille ſint: arg. ext. de fide inſtr. cap. quod ſuper his

Voci viuæ magis credẽdum eſt, q̃ mortuæ.

ſigillis ignotis fides nõ eſt adhibenda.

d TRanſmarinos.] Idem intelligo de quolibet ignoto, qui ſigilla præſentat ignota. Ioan. 1.

e ¶Chyroghraphis.] Ideſt, literis, in quibus continebitur de vita, de moribus, de ordinibus, & de irregularitate ſua.

1 Cõcor. nõ. per Bart. in l. Lucius. ff. de fide inſt. & l. ad teſtiũ ff. de teſt.

f ¶Per

DISTINCTIO XCVIII.

QVæ circa [a] ordinãdos ſint obſeruanda, quę in eorum electione diligenter ſint conſideranda, multorum auctoritatibus monſtrata ſunt. Sed quia veritas rei nonnunquã obſcuratur mutatione prouinciæ; decretũ eſt ſacris canonibus, vt peregrini, niſi quinque, vel eo amplius ſuorum epiſcoporum fuerint commendati chyrographis, non ordinentur.

Vnde Syluester Papa generali concilio præſidens dixit.

In fine epilogi concilij ſub Syluestro. ſed paulo aliter. Poly. l. 2. tit 31. Anſ. l. 7. c. 23.

¶Niſi quinque epiſcoporum literis deſignatum tranſmarinum hominem ad clericatum nullus ſuſcipiat. Cap. I.

† al. nos.

† Abſunt ab originali & aliquot Gra. codicibus.

NVllus aliqua [b] ratione tranſmarinum hominem pe nes vos † in clericatus gradus ſuſcipiat, niſi quinque [c] aut † eo amplius] epiſcoporum deſignatus ſit chyrographis.

Poly. ibidem. Anſ. l. 7. c. 24.

Item Anaſtaſius I. vrbis Romæ epiſcopus ad omnes Germaniæ, ac Burgundiæ epiſcopos, epiſt. 1.

† al. honore nolite ſuſcipere.] orig.

¶De eodem. Cap. II.

TRanſmarinos [d] homines in clericatus honorẽ † nemo ſuſcipiat, niſi quinque, aut eo amplius epiſcoporum chyrographis [e] ſint deſignati: quia multa per ſubreptionem [f] ſolent euenire.

Item Gregorius Romanæ eccleſiæ præſul Squillatino epiſcopo, li b. 2. epiſt. 25.

Polyc. ibidem. Anſ. l. 7. c. 25. Iuo p. 6. c. 351.

¶De eodem. Cap. III.

AFros [g] paſſim, vel incognitos peregrinos, ad eccleſiaſticos ordines tendentes nulla ratione ſuſcipias [h]. quia Afri quidem aliqui Manichæi, aliqui rebaptizati; peregrini verò plurimi etiam in minoribus ordinib. conſtituti fortiores [a] [i] de ſe prætendiſſe honores ſæpè probati ſunt.

a ¶Fortiores.] *Sic legitur in vetuſtis Gratiani & B. Gregorij codicibus; verum in Frobeniana, ac Lugdunenſi eiuſdem B. Gregorij operum editione,* ad fortiores prætendiſſe honores.

f ¶Per ſubreptionem.] Si extra. de procur. cap. 1. & 3. q. 3. inducię.

2 Arg. contra ext. de. iud. cũ deputati. ext. de inſti. ad decorẽ. Arch.

A Fros.] CASVS. Præcipit Grego. in hoc c. epiſcopo Squillatino, vt afros, & peregrinos clericos ad ordines non ſuſcipiat, quia quidam eorum ſunt hæretici: quidam ſunt rebaptizati: quidam vero ſunt peregrini: & ordines, quos non habent, ſe mentiuntur habere.

g ¶Afros.] Ratione prouinciæ præſumitur contra aliquem. arg. 24. diſt. quando, ff. de æd. li. edi. quod ſi nolit. §. qui mancipia 2.

h ¶Suſcipias.] Vt officient populum. alias bene: extra de cler. pereg. c. pen.

i ¶Fortiores.] Hæc eſt vna ratio, quare non admittuntur, aliæ aſſignantur. 19. q. 2. duæ.

Omnes]

OMnes.] CASVS. In hoc cap. statuitur, vt illi qui in peregrinationes sunt baptizati, non promoueãtur: quia eorum vita est incognita, & possunt esse irregulares.

a ¶ Omnes.] Hoc cap. loquitur de adultis. Sed nonne baptismus tollit omnẽ peccati maculam? Vtique sic inf. de pœn. dist. vlt. cap. vlt. hoc ergo ideo quia fortè isti bigami vel aliàs. irregulares sunt, quia ante baptismum fortè fuerunt bigami.

Item ex concilio Eliberitano, c. 24.

Iuo p. 6. c. 358. †al. in peregrinatione.

¶ Non sunt promouendi ad clerum, qui peregre fuerint baptizati. Cap. IV.

OMnes[a], qui peregre† fuerint baptizati, eo quòd eorum minime sit cognita vita, placuit ad clerum nó esse promouendos in alienis prouincijs.

DISTINCTIO XCIX.

DE primatibus[b] autem (quorum supra mentionem fecimus) quæritur, quem gradum in ecclesiæ obtineant; an in aliquo à patriarchis differant, quam obedientiam archiepiscopi eis debeant. Primates & patriarchæ diuersorum sunt nominum, sed eiusdem officij. Ab archiepiscopis autem quoties necesse fuerit, episcopi ad primates appellant; sed à primatib. ad archiepiscopos appellare non licet. Debent ergo obedientiam primatibus archiepiscopi in omnibus, quæ sibi ab eis iustè fuerint imperata.

Vnde Anacletus Papa ait ad episcopos Italiæ, epist. 2.

Poly. l. 5. tit. 53. Pann. l. 5. c. 23.

¶ Quæ obedientia sit exhibenda primatibus, & patriarchis. Cap. I.

PRouinciæ multo ante Christi aduentum[c] tempore diuisę sunt maxima ex parte, & postea ab Apostolis, & beato Clemẽte prædecessore nostro ipsa diuisio est renouata. Et in capite prouinciarum (vbi dudum primates legis† sęculi erãt, ac prima iudiciaria potestas, ad quos qui per reliquas ciuitates commorabãtur, quãdo eis necesse erat, qui ad aulam Imperatoris, vel Regum confugere non poterant, vel quibus permissum [d] non erat[e], confugiebant pro oppressionibus, vel iniustitijs suis; ipsosque appellabant, quoties[f] opus erat sicut in lege eorum præceptũ erat;) ipsis [g] quoq; in ciuitatib. vel locis, nostros † patriarchas, vel primates, qui vnam formã [h] tenent, licet diuersa sint nomina, leges diuinę, & ecclesiasticę poni, &

† al. legis.

† al. nostrit.

Baptismus omnẽ peccati maculam tollit.

primates vel patriarchas ab archiepiscopis appellant episcopi. Ostendit etiam quòd archiepiscopi debent primatibus obedire in his, quæ iustè fuerint imperata.

b ¶ De primatibus] Fecerat Gratianus su. in distin. 80. mentionem de primatibus & patriarchis: sed ne quis crederet propter nominum diuersitatẽ aliquam esse realem differentiam: ideo ostendit in hac dist. differentiam esse tantum in nomine. Ostẽdit etiam de reuerẽtia, quam debent archiepiscopi suis primatibus. Ostendit ẽt q̃ nec Romanus Põtifex debet vniuersis appellari.

PRouinciæ.] CASVS. Quæritum fuit ab Anacleto in quibus locis primates instituendi sint: & an archiepiscopi eis debeant obedire. Et respõdet q̃ leges ecclesiasticę iusserũt poni primates, vel patriarchas, q̃ eandẽ formã tenent. (licet diuersa sint vocabula) in capitib⁹ puinciarũ, vbi olim erant primates paganorũ: ad quos primates vel patriarchas ab archiepiscopis appellatẽ. In alijs vero ciuitatibus metropolitanis debent archiepiscopi residere, qui debent prędictis primatibus obedire, nec nominari primates, sed archiepiscopi vel metropolitani.

c ¶ Ante Christi aduentum.] Ergo ante tẽpus Gelasij, & Dionysij distinctæ erant prouinciæ. vnde reprobatur quædam solutio, quę ponitur 10. quæst. 3. nec numerus, quòd scilicet tunc nõ erant puinciæ limitatæ. Sed die quod prouinciæ fuerunt diuisæ, vt hic, sed diœceses non, nisi a tpe Dionysii. 11. q. 1. c. 1. Vel solue per illam literam, maxima ex parte: quasi dicat, non omnes.

Prouinciæ quo tempore fuerint distinctæ.

d ¶ Quibus permissum.] Quia modica erat summa. 2. q. 6 anteriorum. §. illud.

e ¶ Non erat] Vt clericis, qui in causis ecclesiasticis nõ possunt appellare ad principem, vt inf. 11. q. 1. placuit.

f ¶ Quoties. Idest, bis ante sententiam: vel post sententiam secundum canones. Et no. q̃ dicit, quoties, secundum leges sed tamen non licet secundum leges appellare ad principem, nisi in casu ante sententiam: & ita est arg. ad expositionem illius 2. q. 6. omnis oppressus.

Appellare ante sniam sm leges nõ licet,

g ¶ Ipsis.] Repetit quod dixerat.

h ¶ Formam.] Arg. C. de codic. si idem. contra, quia diuersitas nominum debet designare diuersitatem rerum vt 21. dist. cleros.

DE primatibus.] Hæc distin. diuiditur in tres partes, in quarum prima dicitur, quòd vbi erant primates gentilium olim: ibi sunt modo primates, idest, patriarchæ, qui idem habent officium, licet nomina sint diuersa. Secunda ibi [Nulli archiepiscopi.] Tertia ibi, [Vniuersitatis] Ioan. de Fant.

CASVS. Quia supra in 80. distinct. c. 1. Gratianus fecerat mentionem de primatibus & patriarchis, nec assignauerat differentiam inter eos, ideo supponit hanc 99. dist. in qua ostendit, quòd primates & patriarchæ quo ad officia non differunt, sed quo ad vocabula, ad quos

esse iusserunt ad quos episcopi, si necesse fuerit, confugerent, eosque appellarent; & ipsi primatũ nomine fruerẽtur, & non alij. Reliquæ vero metropolitanæ ciuitates, quæ minores iudices habebant (licet maiores † comitibus [a] essent) haberẽt metropolitanos suos, qui prædictis iuste obedirent primatib. sicut & in legibus sęculi olim ordinatum erat: qui non primatum, sed aut metropolitanorum nomine [b] fruerentur.

† *al. maiorum comitũ*

¶ *Hoc caput integrum reperitur à Gregorio VIII. lib. 6. reg. epist. 35. Rothomagensi Turonensi, ac Senonensi archiepiscopis scripta, ex qua & originali nonnulla sunt restituta.*

Item Anicetus ad episcopos Galliæ.

¶ Non vocentur primates, nisi qui primas sedes tenent. Cap. II.

NVlli archiepiscopi primates vocentur [c], nisi illi, qui primas [d] tenent ciuitates †; quarũ episcopos Apostoli & successores Apostolorũ; regulariter patriarchas & primates esse constituerunt: nisi aliqua gens de nouo ad fidem conuertatur [e], cui necesse sit propter multitudinem eorum †, primatem cõstitui [f]. Reliqui vero, qui alias metropolitanas sedes adepti sunt, non primates, sed metropolitani nominentur.

Poly. l. 2. tit. 21. Iuo p. 2. c. 54. Pann l. 4. c. 25.
† *al. sedet*
† *al episcoporum*

Item ex concilio Africano.

Et Carthag. 3. c. 26.

¶ Primæ sedis episcopus non appelletur princeps sacerdotum, vel summus sacerdos. Cap. III.

PRimæ [g] sedis episcopus non appelletur princeps sacerdotum, vel summus sacerdos, aut aliquid huiusmodi: sed tantum primæ sedis episcopus.

Poly. l. 2. tit. 26. Burch. l. 1. c. 3. Iuo par. 5. c. 57.

3 Vniuersalis aũt nec ẽt Romanus Põtifex appelletur.

Vnde Pelagius II. epist. omnibus episcopis illicite à Ioanne Constantinop. conuocatis, &c.

¶ Nec etiam Romanus Pontifex vniuersalis est appellandus. Cap. IV.

NVllus patriarcharum vniuersalitatis † vocabulo vnquam vtatur; quia si vnus † patriarcha vniuersalis dicitur, patriarcharum nomen cęteris derogatur. Sed absit hoc, absit à fidelis cuiusquam mente, hoc sibi vel velle quempiam arripere, vnde honorem fratrum suorũ suorum imminnere ex quantulacumque parte videatur. Quapropter charitas vestra neminem vnquã suis in epistolis vniuersalem nominet: ne sibi debitum subtrahat, cum alteri honorem offert indebitum.

Poly. l. 2. tit. 20. Anfel. l. 6. c. 13.
† *al. hoc tam profano titulo*] or.
† *al. Summus*] orig.

a ¶ Comitibus.] Idest, comitantibus vel sequentibus eos, vel comitatibus. ideſt episcopis. Commitatus enim dicitur 1, districtus alicuius ciuitatis, vbi est episcopus. Vel hoc vult notare, ꝙ archiepiscopus maiorem habet potestatem in prouincia & iurisdictionẽ q̃ primas, nam metropolitanus est iudex ordinarius olim episcoporũ prouinciæ: primas tantum archiepiscopi, vnde secũdum hoc maior est patriarchis.

a ¶ Comitibus.] Idest, propter cõmites & propter episcopos suffraganeos.

b ¶ Nomine.] Ar. ex nominib. semper res nominum ideſt res significatus ꝙ nomina debere attendi.

NVlli archiepiscopi] CASVS. Quæsitũ fuit ab Aniceto Papa, vtrum archiepiscopi sint appellãdi primates vel patriarchæ. Et respõdet ꝙ non, nisi multitudo populorũ intantum excrescat, vt ꝺ archiepiscopo fiat patriarcha.

c ¶ Vocentur.] C. de lib. cau. iubemus, C. de proba. nec epistolis.

d ¶ Qui primas.] Sicut Romanus, Antiochenus, Alexãdrin⁹, supra 21. dist. cleros. Quidde Veneto? dic ergo qđ est primas respectu inferiorum extra de priuile. c antiqua.

e ¶ Ad fidem conuertatur.] Nam & apes accrescentes 7. q. 1. in apibus de cõse. dist. 5. nunquam. & inuentus Romana excrescẽs nouam sibi ciuitatem ædificauit: argu. C. de sac. san eccl. iubemus. Et bene dicit, conuertatur: eam alias vix posset contingere, ꝙ in aliquo loco intantũ excresceret populus, vt primate indigeret, vt 34 ꝺ fraternitatis.

f ¶ Constitui.] Arg. infra parochiam alicuius non debere cõstitui ecclesiam, nisi multitudo fidelium excreuerit. Sed nunquid illo inuito cuius est parochia, poterit hoc fieri & irrequisitoꝰ? Nõ, vt 16. q. 1. multis cõciliis, & 16. q. 1. felix, &c. ieq. Sed si requisitus nollet cõsentire: non minus tñ fieret per maiorem, scilicet per Papam, extra de eccles. ædi. c. 3. eius tamen consensu primo requisito. Et not. ꝙ huiusmodi requisitio faciẽda est cum ille locus esset, in quo excreuit multitudo fidelium iam deputatus alicui episcopatui, alias non.

g ¶ Primæ. ideſt patriarchalis.

¶ VNIVERSALIS. Hæc est tertia pars distinctionis: in qua dicitur, quod Papa non debet vocari vniuersalis.

1 Adde qđ sit cõmitatus, & i quo differt à ciuitate, districtu. vel territorio tex. in l. 1. C. quando impe inter. pu. & vidu.

Metropolitani iurisdictio.

Primatis iurisdictio.

Multitudine crescente multa fiunt.

Multitudine excrescẽte an possit ecclesia, in alterius parochia fine ꝓpũs consensu constitui.

Digitized by Google

Io. Dia.l.3.c.31. *Item Gregorius Eulogio patriarchæ Alexandrino, lib.7.epist.30.indic.1.*

¶De eodem. C. V.

Pol.2.tit.26. Anſ.l.6.c.111.

ECce in præfatione epiſtolæ, quam ad me ipſum; qui prohibui, direxiſtis, ſuperbæ appellationis verbum, vniuerſalem me papam dicentes imprimere curaſtis. Qđ, peto, dulciſſima mihi ſanctitas veſtra ultra non faciat: qa vobis ſubtrahitur, [a] quod alteri plus quam ratio exigit, præbetur. [b] Ego enim non verbis quæro proſperari, ſed moribus; nec honorem eſſe deputo, in quo fratres meos honorem ſuum perdere cognoſco. Meus namque honor, eſt honor vniuerſalis eccleſiæ: meus honor, eſt fraſtrum meorum ſolidus vigor. Tunc ego vere honoratus ſum, cum ſingulis quibuſque honor debitus non negatur. [c] Si enim vniuerſalem me papam veſtra ſanctitas dicit, negat, ſe hoc eſſe, [d] quod me fatetur vniuerſum. Sed abſit hoc. Recedant verba, quæ uanitatem inflant, & charitatem vulnerant.

¶ *Apud* B. *Gregorium, hæc ſequuntur.* Et quidē in ſancta Chalcedonenſi ſynodo, atque poſtea ſubſequentibus patribus hoc deceſſoribus meis oblatum veſtra ſanctitas nouit. Sed tamen nullus eorum uti unquam vocabulo uoluit, ut dum in hoc mūdo honorem ſacerdotum diligenter omnium, apud omnipotentem Deum cuſtodirent ſuum. *Quam non etiā plenius exponit, li.4 epiſt.32. Refert autem B. Tho. in opuſc. contra errores Græcorum totam illam ſynodum ſancto Leoni ſic acclamaſſe,* Leo ſanctiſſimus Apoſtolicus, & œcumenicus, i. vniuerſalis Patriarcha per multos annos viuat. *Et Leo ix. Michaeli Conſtantinopolitano archiepiſcopo de hac eadem appellatione ſcribens ait:* Licet magno Leoni prædeceſſori noſtro, & ſucceſſoribus ipſius hoc ſancta decreuit Chalcedonēſis ſynodus. *Sed in multis quoque libellis, qui actione tertia eiuſdem ſynodi habentur, hæc eſt inſcriptio,* Sanctiſſimo, ac beatiſſimo uniuerſali Patriarchę magnæ Romæ Leoni, *Et in codicib. multarum epiſtolarum ad Rom. Pontifices, quæ manuſcripta in Vaticana bibliotheca ſeruantur (quam multa exempla ſunt penes priuatos) ad Hormiſdam papam plus quam trecenti Archimandritæ, ac mōnachi ſecundæ Syriæ ſic ſcribunt,* Sanctiſſimo, ac beatiſſimo orbis terræ patriarchæ Hormiſdæ continenti ſedem principis Apoſtolorum Petri, deprecatio, & ſupplicatiō minimorum Archimandritarum, & cęterorum Monachorum ſecundæ Syriæ. *Et in media ſua epiſtola.* Quoniam Chriſtus Deus noſter principem paſtorum, & doctorem medicum animarum conſtituit uos noſtrum ſanctum Angelum, dignum eſt paſſiones, quæ nobis contigerunt exponere, &c. *Anitus quoque Galliæ epiſcopus ad eundem Hormiſdam ſic ſcribit.* Dum religionis ſtatui, & plenis catholicæ fidei regulis perſpicitis cōuenire, ut gregē per tota uobis uniuerſalis eccleſiæ membra commiſſum, peruigil cura me adhortationib. informat. *Et Ioan. epiſcopus Nicopolitanus ad eūdem:* Decenter ad ueſtras orationes concurro, ut iuxta conſuetudinē Apoſtolicæ ſedis ueſtræ cunctarū eccleſiarum curam. & Nicopolitanorū hēre dignemini, ſm antiquam ſpecialem diſpoſitionem ueſtram. *Et in breuiario Liberati, c.22, epiſcopus Patera hæc Imperatori de Sylverio Papa ait,* multos eſſe in hoc mundo reges, & non eſſe nisi unum, ſicut ille Papa eſt ſuper eccleſiam mundi totius.

ECce.] CASVS. Eulogius Alexandrinus patriarcha in ſua epiſt. Gregorium, vniuerſalē appellauit, q ipſe Gregorius ante prohibuerat, quare præcipit ſibi, ut hoc de cętero non faciat: quia nō uerbis, ſed moribus quærit proſperari, & ipſe vniuerſalis appelletur. nullus honor cæteris remanebit, quod ei non placet: quia tunc ipſe honoratur cū aliis honor debitus non negatur.

a ¶Subtrahitur] arg. q papa per ſuū mandatum non vult derogari iuri alicuius inf 25.q.2. quod ueto dicitis. inf 9 q 3. nunc vero. inf. 11.q.1. peruenit. ſup 63. d. quanto ſup. 85.d. Archi. Florentinum in fi 2. Arg. contra. 8 qu 3. Artald 9.q.3. conqueſtus. in fi. ſic ext. de offi dele. ſuper eo. vbi dicitur, non eſt intentionis noſtræ alicui derogare per reſcriptum noſtrū. & ita arg. quod uni attribuitur, alii ſubtrahitur, arg. 45. d. diſciplina. ff de iud. cū præror. in fi & ext. de 2. reſc olim in fi. 63. d. archid. arg. nemini conſulendum cum alterius iactura, ut infra 9 q 3. ſi quis uero. not. 22. q. 2. primum. 14. q. 3. denique.

Papa perſuā mandatū an iuri alterius derogari uelit.

2 Adde ad hoc dubium tex. in l. nec auus. C. de eman lib. & in l. 3. §. ſi quis a principe, ff. ne quid in lo. pub.

2 Alias ext. de præſcr. cū olim.

b ¶ Præbetur.] Non enim debent plus eſſe ſubditi, quam expedit. 2. q 7 admonendi. nec prælati ita humiles ut cō temnātur 86. d. qſi. ff de offic. præſi. obſeruandum.

Humilitas nimia prælatorum contemnitur.

c ¶ Non negatur.] C. de ead tolen l. 1. §. vlt. C. de nup. imperialis in prin nec. n. publice prodeſt, & c. 3. C. de ſenten. præf præ. l. r.

3 Singulis legum admini cula denegari. Arch.

d ¶ Negat ſe hoc eſſe] i. eſſe de uniuerſitate, cum tamē Romana eccleſia non ſit uniuerſalis, licet ſit de uniuerſitate. Ioan.

Episcopos.] Hæc distinctio diuiditur in quinque partes, & loquitur de pallio, quod est pontificalis officii plenitudo, & ideo posuit in fine. In quarum prima parte dicitur, quod metropolitanus sine pallio, ordinare episcopos nō debet, & hoc probat per cap. seq. Secunda ibi (Prisca.] tertia ibi. [Causatum] Quarta ibi, (pallium.] Quinta ibi, [priuilegia] Io. de Fant.

CASVS. Supra tractatū est de patriarchis & archiepiscopis: sed quia eorum dignitas est imperfecta sine pallio, iō supponit hic centesimam distinctionem in qua specialiter de pallio tractatur, ostendens primo, ꝙ patriarchas, uel archiep. sine pallio cōsecrare non licet. Secundo, ꝙ intra tres menses a tēpore consecrationis pallium sit petēdum, ut inf. c. quoniam. Tertio ostēdit quib palliū sit dandum. s. bene meritis, & instanter postulantib. ut inf. eo. c. prisca. Quarto quo tempore pallio sit vtendum, s tantū in celebratione missæ, ut inf ea palliū. Quinto uero, quod cum donatione pallii noua priuilegia conceduntur vel vetera cōfirmantur, vt infra eadem rationis.

a ¶ Episcopos.] Hic intitulatur 100. d. & quia fecerat mentionem de primatib & archiepiscopis, & eorum dignitas uidetur esse imperfecta sine pallio, vt ext de ele significasti, ideo specialiter tractat de pallio ostendens, ꝙ nisi habeant pallium, non possunt episcopalia exercere officia. Ponit etiam intra quod tempus debeat peti & dari, quia intrā tres menses, & quibus, quia bene meritis, & fortiter postulantibus 1. & quo tempore sit eo vtendum, ut in alio tempore uti eo non possit: quia tantum in celebratione missę, nisi plus ex priuilegio alicui concessum sit, ut in alio tempore uti possit, & qualiter sit dandum: quia cum donatione noui priuilegii, vel renouatione ueteris, inf ead optatum.

Palliū quid refert, & qñ peti debet.

1 Vt inf. ea. c. prisca.

Quoniam quidem] CASVS. Hoc c. in duas partes diuiditur. In prima dr̄, ꝙ si archiepiscopus ultra tres menses a tempore consecrationis pallium petere distulerit, carere debet dignitate sibi commissa, & alii metropolitani cum consilio summi Pontificis viduatæ ecclesiæ prouidebunt. In secunda parte, quæ loquitur de episcopo, dicitur, ꝙ episcopus intra tres menses a tempore electionis debet consecrari. Sed si ultra mēses quinque distulerit, nec ibi, nec alibi in episcopum consecrabitur, immo iudicio sui metropolitani cedat, & ab renunciet, vel recedat. Secunda pars incipit ibi, [Si vero consecrandi.]

b ¶ Fidem] i. fidelitatem, uel etiam symbolum, ut infra eod.

Et Regino Germanus lib. 11. Chronicorum de Nicolao primo loquens, sæpe illum uocat uniuersalem pontificem. Sed istius dictionis, vniuersale, duæ sunt notiones, quod Innoc. iij. lib. 2. epis. 206. (quę incipit, Apostolicæ sedis) Patriarchę Constantinop. scribens exponit his uerbis. Dicitur enim uniuersalis ecclesia, quæ de uniuersis constat ecclesiis, quæ græco sermone catholica nominatur, & secundum hanc acceptionem uocabuli ecclesia Romana non est uniuersalis ecclesia, sed pars uniuersalis ecclesiæ, prima uidelicet, & præcipua, ueluti caput in corpore; puoniam in ea plenitudo potestatis existit, ad cæteras autem pars aliqua plenitudinis deriuatur. Et dicitur uniuersalis ecclesia illa una, quæ sub se continet ecclesias uniuersas. Et secundum hanc nominis rationem Romana tantum ecclesia uniuersalis nuncupatur; quoniam ipsa sola singularis priuilegio dignitatis cæteris est prælata, sicut & Deus uniuersalis dominus appellatur (non quasi iam diuisus in species aut specialissimas, aut etiam subalternas) quoniam omnia sub eius dominio continentur. Est enim una generalis ecclesia, de qua ueritas inquit ad Petrum, & [Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam.]

DISTINCTIO C.

Episcopos a autem ordinare ante pallium acceptum nec archiepiscopo, nec primati, nec Patriarchæ licet. Quod ex auctoritate Pelagij Papæ (licet minus euidenter) datur intelligi. Ait enim Pelagius Papa.

¶ Intra tres menses fidem suam exponere, & pallium postulare a Romana ecclesia quisque metropolitanus studeat. C. I.

Quoniam quidam metropolitanorum fidem b suam secundū priscam consuetudinem sanctæ sedi Apostolicæ exponere detrectātes, vsum pallii neque expetunt, neque percipiunt, ac per hoc episcoporum c

Poly. l. 2. tit. 10. Bure. l. 1. c. 25. Ans. l. 6. c. 92. Iuo p. 5 c. 136. pann. l. 3. c. 11.

optatum.

c ¶ Episcoporum.] Sed quare differunt per hoc consecrationes eporum, cum ecclesia uacante comproninciales epi aliquem consecrare in epm possint, vt 64. dist. quia. ext de elec. quia diligentia? Item etsi ipse non hēat pallium, tñ aliis mandare posset consecrationem, ut extra de elect. suffragan. eis 2. Ad hoc potest dici, ꝙ illud ca. loquitur quando electus est in mora petendi pallium. s. post tres menses elapsos: vnde ipse aliis non potest committere consecrationem, nec etiam tunc suffraganei sui possunt consecrare aliquem, ut per hoc maior rubor incutiatur electo, cum uiderit suum suffraganeum consecrari ab extraneis; quia nō multum curaret, si a suis consecraretur, sed usque ad tres menses antequam sit in mora petendi pallium satis vr̄, ꝙ comprouinciales episcopi possunt episcopalia iura supplere, cum semper vicini episcopi suppleatur defectum alicuius vacātis ecclesiæ

Archiepiscopi palliū nō petentis negligentiam quis supplere debet.

2 Quidam dicunt qñ ista decr. non tenet. Sed dic, ut nota. ext. de transla. c. 1. in gl. pen Arch.

ni

vt 7 q.1.pontifices.61.distin.si fortè.Sed ipse electus licet si consecratus, iura episcopalia non potest exercere antequam susceptum pallium:nec virgines velare, nec ordinare clericos, nec synodum celebrare, vt ext. de elect. quod ficut.in fi.ext.ea.significatti, sed nunquid electus

Electus in archiepiscopū, & confirmatus electos i episcopos cōfirmat.

consecratio viduitatis [a] ecclesiis non sine periculo prorogatur;placuit, vt quisquis metropolitanus,vltra tres mēses[b] cōsecrationis[c] suæ ad fidem suam exponendam,palliumque suscipiendum, ad Apostolicam sedem non miserit, cōmissa sibi careat dignitate,sitq; metropolitanis aliis licentia post secundam [d] & tertiam commonitionem viduatis ecclesiis cum consilio [e] Romani pontificis ordinando episcopos †,subuenire. ¶ Si vero consecrandi episcopi negligentia prouenerit,vt vltra tres menses [f] ecclesia viduata consistat, communione priuetur quousq; aut loco cedat [g], aut se cōsecrandū offerre †nō d fferat.Quòd si vltra quinque menses per suam negligentiam retinuerit viduatā ecclesiam;neque ibi,neq; alibi consecrationis donum percipiat: immo metropolitani sui iudicio cedat.

† *al.episcop.* nuo.iij.l.1.epi.117.

† *al.prabera.*

¶ *Burchardus, Anselmus, & auctor Pānormiæ citant ex decr.Damasi; Ivo vero citat, vt Gratianus, itemque Innocentius ij. lib.1. epist.117. Bituricensi archiepiscopo (qua incipit,* Ne si vniuersi.) *refert paragraphum,* Si vero consecrandi, *ex eodem Pelagio.*

Item Gregorius Papa Brunichildæ Reginæ, lib.7. epist.5.

¶ Honor pallii non detur,nisi meritis exigentibus,& fortiter postulanti. C. II.

Anſ.l.6.c.98. Poly.l.2.tit.14.

2 PRisca consuetudo obtinuit,vt honor pallii, nisi exigentibus causarum meritis, & fortiter [h] postulanti dari non debeat.

Io.Dia.l.3.c.5.

[*Idem Ioanni Corinthiorum episcopo, lib.4. epist.55. sen c.99.*]

¶ De eodem. PALEA. C. III.

Anſ.l.6.c.90. poly.l 2 tit.1. † *al. fraternitas vestra.*] orig.

NOuit sanctitas †tua;quia prius palliū,nisi dato commodo,non dabatur. Quod quoniam incōgruū erat, facto concilio ante corpus beati Petri Apostolorum principis, tam de hoc, quàm de ordinationibus aliquid accipere sub districta interdictione vetuimus. Oportet ergo, vt neque per commodum, neque per gratiam, aut quo-

c.q 1. c. de ordinationibus.

Si ergo suffraganei post admonitionem negligerent ut consecrare vel eligere, vicini metropolitani consecrabunt consilio Papę. Sed quare auferetur capitulo potestas eligendi? Resp. Quia negligenter admonere suum electū ad petendum pallium: alias dico reuerti ad eos ius eligendi. Sed quare descendit ad metropolitanum, cū tantū ad Papā deuoluuntur episcopatus, vt extra de concess. præben & eccl. non vac. dilectus ? Sed hic pcise non descendit ad Metropolitanum, sed ad Papā cum ecclesia vel tunc descendit ad Papā,cum aliquis est negligēs in eligendo † Et est si.61.d.si fortè.lo.Hodie solus Papa facit hoc p decretum illam dilectus ii.

Prelati negligentia aufert capitulo ius eligendi.

e ¶ Cum cōsilio.] Dicunt quidam hoc generale esse,q vbicūque per negligentiā vnius trāsfertur potestas ad aliū,ille nō procedet, nisi prius requirat auctoritatē superioris : sed hoc nego,& ē hic speciale:aliàs, secus. 9.qō. 3.cū simus. arg. ff de condi.institu quæ sub conditione. §.vlti.

f ¶ Vltra tres menses.] Sed quare non datur nisi tres menses archiepiscopo, vt sup eo. c.quia maius periculum est in mora

† Hoc est falsum : vt ex. de elec ne,p defectu. vbi dic,q ad proximū superiorē deuoluitur in hoc casu:qd dic, vt extra lib. 6.eo. ti quàquam.

in archiepiscopum,& confirmatus, potest cōfirmare eos qui sunt electi in episcopos ? Dico,quod sic.ext.de electio.nosti.& c.transmissam,de transl.cum ex illo.immo & capitulum potest confirmare,quia supplet vicem prælati.arg extra de hæte ad abolendam. & arg. de concess. præben nulla.Sed dico,quod nec capitulum supplet in hoc defectum prælati, vt ex. ne le va. illa. licet sit arg. quod solus Papa possit.24.d.presbyteri. ext. de concess. præb.quia diuersitatem.

a ¶ Viduatis.] olim. nā post confirmationem electi iam est matrimonium inter eū & ecclesiā.de transl prælato: inter corporalia.Vel dic,q vidua est quo ad episcopalia.

Archiepiscopū negligentē circa pallij petitionē quis monere debeb.

b ¶ Tres menses.] Accusatus de hoc corā Papa:alias non.

c ¶ Consecrationis.] id est,confirmationis,si ante erat episcopus.

d ¶ Post secundam.] Dicunt quidam faciendam ipsi metropolitano intra alios duos menses antequam deponatur : sicut post sequitur de episcopis. quod enim dicitur de episcopis inf. hoc exaudi de metropoli.vnde hæc de

ris metropolitani 42.d.quiescamus.

g ¶ Cedat.] Ergo metropolitanus potest deponere electum,contra 7.q.1.mutationes, & 3 q.6 quamuis. ext. de transl.inter.Sed hoc speciale est vt confirmatum possit metropolitanus deponere,& hoc in odium negligentiæ.Alius est casus 92. dist. si quis episcopus per manus. Tertius 23. dist.illud. Sed certè hic non deponitur nisi ab obtinendo, non ab ordine quem habet, vt extra de accusa.c super his.

Cōfirmatus quādoq; deponitur.

Prisca.] CASVS.Docet hic Greg. Brunichildam Reginam,quod pallium non datur nisi bene merito, & fortiter postulanti.

h ¶ Et fortiter.]Sed si fortiter postulet,nonne potest natari ambitio ? Non:quia cum quis suo iure vtatur, prodest instantia de pœn.di.1.importuna.7.d.c.1.& 2.q 5. post appellationem.

Petendi instantia prodest.

NOuit.]CASVS.Palea est,in qua præcipitur,vt pro recipiendo pallio nihil detur, sicut olim consuetudo erat,cum hoc habeat speciem simoniæ.

CAVSA-

Digitized by Google

CAVSARVM. Hæc eſt 3. pars huius diſt. in qua dicitur ꝙ qui pallium accipit, obedire etiam iurare debet, & quod canones ſeruet: quod niſi fecerit, pallium non habebit. & hoc probat tribus cap. 10. de Fan.

CASVS. In hoc. § exponit Gratianus quæ ſunt merita cauſarum, ſcilicet, vt is qui poſtulat palliũ meret recipere, & fidem ſuam iuramento adſtringat, vt apoſtolicis decretis & ſtatutis ſynodalibus obediat. Poſtea oſtendit ꝙ pallio non vtẽdũ niſi certis diebus & inter miſſarum ſolennia. & ad hoc probandum inducit ſequentia capitula.

OPtatum] CASVS. Vulibertus Agrippinẽſis epiſcopus p ſuũ nuncium à Ioanne palliũ poſtulauit, ſed ei pp quatuor cauſas nondum conceſſit, 1. quia fidẽ catholicam ad plenum in epiſtola ſua nõ exposuit: & ꝙa nec vniuerſaliũ cõciliorum nec decretalium Põtificum Romanorũ vllã fecerat mẽtionẽ & ꝓterea in illa epiſtola non ſubſcripſerat: item nec aliquẽ nũcium miſerat, qui pro eo iuraret.

a ¶ Minus.] Arg. totũ contractũ vel reſcriptum, vel inſtrumentũ nil valere, & eſſe irritandum, ſi aliqua neceſſaria deſint in eo arg. 38. diſt quæ ipſis. 3. qõ. 9. puta. & idẽ facit plus quod minus, vt 9. diſt. ſi ad ſcripturas ſacras 1. arg. contra: quia ſuperflua non vitiant, vt de conſec. diſt 4. ſi non ſanctificatur. ff de regul. iuris. non ſolent.

b ¶ Mentionem] De eis cõtinuãdis Quid autem iurare debeat qui pallium petit, habes extra de iureiu. ego & de elect. ſignificaſti. & notatur 22. diſt. quanquam.

c ¶ Subſcriptione.] Argum donationem epiſcopi nihil valere, niſi eius ſubſcriptione firmetur, ſicut cum concedit aliquem locum, vel iuriſdictionẽ alicuius loci alicui loco uel hoſpitali arg. diſt. 96. bene. arg. 12. q. 2. ſine exceptione. & c. cum redemptor.

d ¶ Aliquem.] Arg. quem per alium iurare. ſup. diſt. 63. tibi domino, inf 17. q 4. metuente.

e ¶ Iureiurando.] Extra de iura. calum. inhærentes.

IN ea ſynodo quam.] CASVS. Gregorius præcepit Syagrio archiepiſcopo, vt deberet contra ſimoniacam hæreſim ſynodum congregare: Huic ſynodo vult Aregium epiſcopum Francorum intereſſe. præcipit ergo Grego epiſcopo, vt illuc uadat, & pallium quod trãſmiſit Syagrio epiſcopo concedat, ſi prius promiſerit illicita, quæ prohibita ſunt in ſynodo ab eccleſia remouere. Item præcipit ei, vt omnem veritatem & ordinem de illa ſynodo ſcriptis planis & apertis debeat ſignificare. Capitulum quod poſtea ſequitur, planum eſt: in quo dicitur quando archiepiſcopus, & vbi pallio vti debet.

f ¶ Quod

rundam ſupplicationem aliquos ad ſacros ordines conſentiatis, vel permittatis adduci.

¶ *Hæc platea habetur pleriſque vetuſtis exemplaribus.*

¶ *Cauſarum vero merita accipienda ſunt, vt & is, qui poſtulat mereatur accipere, & fidei ſuæ profeſſionem prius iuramento cõfirmet, & apoſtolicis decretis, atque ſynodalibus ſtatutis ſe obediturum nihilominus caueat. Pallio autem non niſi certis diebus, & intra eccleſiam ad Miſſarum ſolemnia cuiquam Metropolitano vti licebit.*

Vnde Ioannes epiſcopus Vuliberto a Agrippinenſi epiſcopo.

a ¶ Vuliberto.] *Reſtitutum eſt hoc nomen ex Anſelmo. Nam antea, erat,* Giliberto.] *Nam regnante in ea ætate, qua Ioannes octauus Romanæ eccleſiæ præfuit meminit Vuliberti epiſcopi Agrippinenſis: & inter epiſtolas Ioannis Papæ octaui, in bibliotheca Vaticana ſeruantur, eſt epiſtola alterius argumenti ad eundem, & Deuſdedit refert integram eiuſdem Ioannis epiſtolam ad eundem Vulibertum.*

¶ Niſi poſt conſuetam fidei profeſſionem pallium dari non debet. C. IIII.

OPtatum tibi pallium nũc conferre nequiuimus: quia fidei tuæ paginam minus[a] quàm oporteat, cõtinere reperimus: cum videlicet in ea nullam ſanctarum vniuerſalium ſynodorum, in quibus fidei noſtræ ſymbolum continetur, nec decretalium Pontificum Romanorum conſtitutorum ſecundum morem feceris mentionem: [b] ſed nec illam propria ſubſcriptione [c] munieris, nec aliquem, [d] qui hanc iureiurando [e] firmaret, miſeris. Anſ. l. 6 c. 92.

Item Gregorius Aregio Epiſcopo Francorum, lib. 7 epiſt. 111.

¶ Qui pallium deſiderat accipere, prius a ſe remoueré illicita promittat. C. V.

IN ea ſynodo, quam contra ſimoniacam hæreſim per fratrem, & coepiſcopum noſtrum Syagrium decreuimus congregari, ſanctitatem veſtram volumus intereſſe, atq; eidem fratri ita pallium, quod trãſmiſimus, [f] tribui, ſi prius ſe promiſerit illicita, quæ prohibuimus, per definiAnſ. l. 6. c. 90.

1 Adde tex. in l. ſi quis ex argentariis. §. ſi initium. ff de eden. no. in auth. vt præpo. no. imp. in prin. & §. ſi qua. colla. 5.

Epiſcopi donatio ſine ſubſcriptione nõ valet.

Actiones interuenire põt in ſpiritualium donatione.

2 Immo ibi expone nĩ pro quia, vt no. ext. de ſponſa. c. 1. in gl. ſi de fornicatio. Archid.

f ¶ Quod tranſmiſimus.] Arg. pactione m in donatione ſpiritualium poſſe interuenire, & conditiones arg. contra 1. q. 2 quam pio. Sed ibi intelligitur pactio & conditio illicita, ſed hæc eſt licita: cum ad eam nihilominus teneretur; Vel ante electionem nulla debet eſſe, ſed poſt electionem ante conſecrationem poteſt eſſe ſaltẽ licita, vt de rebus & conſuetudine eccleſiæ & fidei articulis, & huiuſmodi obſeruandis & hoc à maiori non à minori exigi poteſt. arg. 28. d. 5. de Syracuſanæ, vt no. 8. q. 3. in ſumma, vel dic ꝙ hæc dictio, ſi, non notat hic conditionem, ſed quandam modificationem. arg. ff. de tutel. muto, §. ſecundo, ſic ponitur. extra de elect. ſignificaſti 2. immo nec dicitur conditio, cum intelligatur. ff. de condi. & demon. conditiones Arg. contra. quia conditio eſt. Nam ſi dico: date illi ſi iurauerit: hoc eſt dicere, non dateilli niſi iurauerit. ff. de cond. & demon quibus diebus.

Digitized by Google

bus §. 1. Io. Ego credo ꝙ honesta & licita conditio apponi potest in collatione spiritualium, ut extra de cle. significasti & extra de ser. non or. eo libentius. B.

a ¶ Discurrentibus.] ideſt, cito directis.

P Allium tibi.] ¶ Intra tuam ecclesiam.] ideſt, ecclesiam

tionē synodicam à sancta ecclesia remouere. De qua synodo omnem nobis subtiliter ordinem tuam fraternitatem volumus scriptis discurrentibus [a] nunciare; vt ipse, cuius nobis sanctitas valde experta est, nos reddas de omnibus certiores.

Idem Virgilio episcopo Arelatensi, lib. 4. epist. 51. seu cap. 95.

¶Non nisi ad Missarum solennia archiepiscopo uti pallio licet. Cap. VI.

Ansel. li. 6. c. 98. 4 PAllium tibi transmisimus, quo fraternitas tua intra ecclesiam ad sola Missarum [b] solennia vtatur.

[Item Ioanni Rauennati episcopo, lib. 2. epist. 54. seu c. 93. indict. 11.]

Ansel. li. 6. c. 87. ¶De eodem. PALEA. Cap. VII.

NOn multū temporis interuallum est, ꝙ quædam nobis de tua fraternitate fuerunt nunciata, de quibus vobis ueniente illuc Castorio notario sanctæ, cui Deo auctore præsidemus, ecclesiæ, subtiliter nos indicasse memminimus. Peruenerat namq; ad nos quædam in ecclesia vestra contra consuetudinis, atq; humilitatis α tramitem geri; quæ sola, vt bene nostis, est officij sacerdotalis erectio. Quę si sapientia vestra mansuete, vel cum episcopali susceptisset studio, non de illis accendi debuerat; sed oportuerat te hæc eadem cum gratiarum actione corrigere.

α ¶ Humilitatis.] *Restitutus est hic locus ex ipsa epistola. Antea enim legebatur*, contra ueritatem ecclesiæ, & consuetudinis tramitem geri: quæ sola ut bene nostis, est officij sacerdotalis exceptio.

Item Ioanni episcopo Rauennati, in eadem epistola.

¶De eodem. Cap. VIII.

Ansel. li. 6. c. 95. Poly. li. 2. tit. 20. † *al. correptio.* COntra morem quippè ecclesiasticū est, si non patientissimè [c] toleratur, (quod à vobis absit) etiam iniusta correctio †. *& infra*. ¶ Illud frater charissime tibi non putamus ignotū, quòd pene de nullo metropolitano in quibuslibet mundi partibus sit auditum, extra Missarum tempus, vsum sibi pallij vindicasse. Et ꝙ bene hanc consuetudinē generalis ecclesiæ noueritis, vestris nobis manifestissime significastis epistolis: quibus præceptū beatæ memoriæ decessoris nostri Ioānis Papę nobis in subditis transmissis annexū, continens oēs consuetudines [d] ex

à Gregorio reprehenderetur, defendebat se priuilegijs Apostolicorū: in quibus omnes consuetudines suę ecclesiæ erant confirmatæ. quarē Papa scribit ei dicens: Aut defendit se consuetudine generali, aut priuilegio. Generali consuetudine se tueri non potest, quia alij archiepiscopi hoc nō faciūt. Si vero priuilegio se tuetur, necesse est, vt illud ostendat: quod si ostendere non potest à tali p̄sumptione de cætero cesset ne eius exemplo alij archiepiscopi talia sibi velint vsurpare.

c ¶ Patientissimè.] Arg. ꝙ licet videat iniustum, quod præcipit prælatus, patiēter tamē ferendum est ℨ d. 21 ante triēniū. & di. 19. in memoriam. 23. q. 1. qd culpatur. Prælati præceptū etiam iniustum est faciendum.

c ¶ Consuetudine.] Sed nunqd valet priuilegiū ita generale? Sic vt 19. d. si Romanorum. Et est ſi. 9. qnæſt. 2. episcopi. 23. dist. præterea. ff. de leg. 1. l. si quādo. tamen cum hoc priuilegiū obscurè loquatur: & facit mentionem alterius priuilegij vel consuetudinis, necesse est, vt illud exhibeatur. vt 76. distin. ieiunium. in princip. & extra de verb. sign. abbate. vt not. ℨ d. 9. ut ueterum. Ad hoc dicūt quidam. ꝙ si in hoc priuilegio inseritur totus tenor primi, non est necesse primū exhiberi. extra de iur. cal. inhærentes. C. de do. si donatio. ff. de don. ex hac scriptura. ff. de adm. tut. chyrographis. Sed certè illud non sufficit. nam adhuc pōt esse falsitas in bulla vel filo, vt ext. de priuil cum olim, in fi. Alij dicunt, ꝙ si auctoritate iudicis est rescriptū publicatū, nō est necesse exhiberi; secus si per tabellionē: quia publicatio facta coram iudice fidem facit, licet postea perdatur, ut C. de testa publicati. & iudex diligentius singula considerat quàm tabellio. Sed istis ob. extra de sent & re iud cum inter 1. in fi. Ad hoc dico, quod sufficit si coram iudice est publicatum: ita vt non teneatur exhibere prius instrumentum nisi aduersarius dicat se uelle probare falsum tunc enim debet illud exhibere, licet prius fuerit ei fides impositā: nisi iuret illud se perdidisse. ut C. de fide instr. l. ult. Io. Hoc hodie determinatur de fide instru. c. ult. B. Priuilegiū exēplatim exhibere vtrum sufficiat.

sam quamcunque tuæ diœcesis extra de usu pal. c. 1. non autem potest uti pallio alterius, ut extra eo. cap. ad hæc. nec in alterius diœcesi. eo. tit. cap. ad honorem.

b. ¶ Missarum.] Et in synodo etiam vti potest: sed non potest synodum congregare ad susceptionem pallii, vt extra de elec. significasti tamen c proxi. dicere videtur, quod tantum in ecclesia debeat uti pallio nec in processione utetur eo, ut ext. eo. cap. 1.

Archiepūs ante palij susceptionē nō cōuocat synodum.

COntra.] CASVS. Ioannes archiepūs Rauen ext. Missarum solennia pallio vtebatur: super quo cum

1 In fine ver. ueritate. ubi dī, ꝙ oīa gesta p̄sumuntur ꝙ oīa rite celebrata, si gesta à tabellione scribū tur. Ar. h.

a ¶ Pri-

priuilegio [a] prædeceſſorum noſtrorum conceſſas, vobis, eccleſiæque veſtrę debere ſeruari. Confitemini igitur, aliam eſſe generalis eccleſiæ conſuetudinem; poſtquam ea; quę vos geritis, vobis ex priuilegio vendicatis. Nulla ergo vobis in hac re, vt arbitramur, poterit remanere dubietas. Aut enim mos omnium [b] metropolitanorũ etiam à tua eſt fraternitate ſeruandus: aut ſi tuæ eccleſię aliqd ſpecialiter dicis eſſe conceſſum, præceptumve à prioribus Romanę vrbis pontificibus; qp hæc Raueñati eccleſiæ ſunt conceſſa, a vobis oportet oſtendi [c]. Quòd ſi hoc non oſtenditur [d], reſtat poſtquam talia agere neque conſuetudine generali, neque priuilegio vendicas, vt vſurpaſſe te comprobes [e], quod feciſti, *& infra.* ¶ Decorari pallio volumus, forſan moribus indecori; dum nihil in epiſcopali ceruice ſplendidius [f] fulget, quàm humilitas. Oportet igitur fraternitatem tuam, ſi honores ſuos ſibi quibuſlibet argumentis ſtabili propoſuit mente defendere, aut generalitatis vſum ex non ſcripto [g] ſequi, aut ſcriptis † priuilegijs ſe tueri [h]. Quòd ſi poſtremo nihil horum eſt, alijs metropolitanis huius te præbere nolumus præſumptionis exemplum.

† *al. ſcripto priuilegio.*

Priuilegio, & iuri cõi licet qñque inniti.

a ¶Priuilegio.] Vide qualiter argumentatur: ex quo per priuilegium hoc vendicatur. non ergo de iure communi hoc poteſt vendicari: quaſi ſimul nõ poſſit quis inniti priuilegio, & iuri communi, ut 16.q.1. hinc eſt. & ff. ad munic l.1.ff.de leg.1.ſi quando. Sed certè quandoque vtitur quis & priuilegio & iure communi, ut ext.de conſue.cũ dilectus. nec renũciat quis priuilegio militari. licet vtatur iure cõmuni. vt ff.de mili.teſtam. l.3. ſic ff. de priuile. cre.l.antepe.23.diſt. quanquam. in prin. Sic iuri communi, & etiam conſuetudini poteſt quis inniti, vt ext.de cenſi. c.ſopitæ. & 95.d.olim. Io. Sed certè quidqdid dicat Io. non dr priuilegiũ de eo, quod competit de iure cõmuni, cũ priuilegiũ ſit lex priuata. 8 di. 3.priuilegia. nec illa decre. de cõſue. cum dilectus cõtradicit: immo cõcordat: cũ cõfirmatio ad priuilegium, & electio ad ius commune pertinere dicatur ext de elect.cum inter. ad fi.8.

b ¶Omnium.] Vide qualiter argumẽtatur, ex quo aliæ eccleſiæ vtuntur tali conſuetudine: ergo & iſta debet vti eadem.arg. 11 extra de cenſi. ex parte. Sed huic argumẽto poſſet reſpõderi, quod cõſuetudo aliarum eccleſiarum nõ derogat cõſuetudini ipſius, vt ſup.12.d.illud. & ext. de capel. mo.dilectus circa fi.

Cõſuetudo eccleſiarum poteſt eſſe vniformis.

c ¶Oſtendi.] Hoc eſt contra tres regulas. Vnam, qp tenetur poſſeſſor dicere titulum ſuæ poſſeſſionis hoc eſt contra id, 2.q.5.§.1. Aliam, quod ab eo, qui ius negat, non requiritur probatio. quod eſt contra id, ff. de prob. ab ea. Tertiam, quod actore non probante reus non abſoluitur. 9.q.ult. actor. 1. ſed hoc eſt ideo, quia præſumptio contra ipſum facit.

Tres regulæ notabiles.

1 Concord. rex in l. qui accuſare. C. de eden.

d ¶Non oſtenditur.] Qui enim priuilegium allegat, debet probare & oſtendere: extra de priuileg. porro. & e.ſeq. & cap paſtoralis. nullus tamen tenetur edere. niſi illum articulum, qui facit ad rem extra de fide inſtru. contingit. licet alias nẽmo poſſet iudicare de priuilegijs ſedis Apoſtolicæ, extra de iudi. cum veniſſent. tamen qui defendit per tale priuilegium, oportet vt illud exhibeat, ut extra de fi inſtru accipimus. Sic ergo canonicus, qui poſſidet duas præbendas, cum de iure nõ poſſit eas poſſidere: ſi contra eum agatur, ipſe tenetur probare qualiter habet. ſecus ſi conueniatur ſuper prima tantum. Dicunt quidam, qp canonico indiſtincte incumbit onus probandi, ſcilicet inſtitutionem ſuam extra de app. perſonas. argu. extra. de procura. ex inſinuatione. arg. 2.q.1. legum.

Canonicus de cõi iure nõ põt duas præbendas poſſidere.

e ¶Te comprobes.] Nonnẽ præſcriptione poſſe iſte ſe tueri? Non, quia nullum ius proditum eſt, quo talia à talibus taliter poſſideantur. & quod de iure communi non poſſidetur, nec præſcriptione acquiritur, ut hic, & 93.diſt. illud. & cap peruenit.

f ¶Splendidius.] Sic nihil eſt ſplendidius in principe, quàm recta fides. C. de ſum Trin. inter claras.

Fides recta in principe ſplendet.

g ¶Ex non ſcripto.] infra 25.q.2. inſtitutionis, ſupra, diſt. 1. conſuetudo.

h ¶Tueri.] Supra diſtin 11. catholica. arg. contra. Solonus poteſt quis indicere ſibi ex conſuetudine, non honorem. 8.q.1. in ſcripturis.

PRIVILEGIA. Hæc eſt quinta pars huius diſ. in qua oſtendit Gratianus, quod priuilegia cum pallio ſunt concedenda.

RAtionis.] CASVS. Syagrius epiſcopus à Gregorio pallium poſtulauit. Gregorius vero palliũ ſibi largitus eſt, & priuilegia. Sed quoniam cum honore debet creſcere ſolicitudo: ideo præcipit ſibi, vt ſolicitus ſit circa curam ſubiectorum. Duo ſequentia capitula plana ſunt, & per te videbis.

i ¶Cura.] Arg ad quem pertinet honor, & onus, ut di. 56. Dominus noſter. diſt. 16. fratrem. diſt. 13. nerui. 40. diſtinct. ante omnia. diſtinct. 35. eccleſiæ. nam dicit lex quòd vtilitas per dignitatem augmentatur. ff. de iudicijs. l. ſi longius. in fine, ff. de donationibus filius §. primo.

Dignitas augmentat vtilitatem.

a ¶Subie-

a ¶Subiectorum.] Supra 97.d.§.1.& c.diuinæ.

b Pallium.] ¶Vices] Per priuilegium fecerat eum legatum suũ, sicut suus prædecessor fuerat. Vel ideo dicit, quia omnes vocantur ab eo in partem solicitudinis, non in plenitudinem potestatis, vt 2.quæstio.6. decreto.

confirmatio cum pallio, vt extra de elect.quòd sicut, vt dixi 51.d.c.vlt.

d ¶Atque priuilegia.] Ista priuilegia fuerunt personalia, & transierunt cum persona.ff.de regulis iur. priuilegia,& ext.de instit.cum veniſſent. Sed licet transeant cum persona,tamen debent concedi successori cum petierit: & fit iniuriã ei nisi cõcedaẽ sibi: beneficium tamen est si ei cõceditur,ff.de aqua quotid.& æsti.l.1.§. pen. nam si impetrauĩ, vt ducã aquã de flumine publico per prædium meum, & vendo tibi prædiũ, priuilegiũ non transit ad te 1. sed tamẽ impetrabile est a te: & iniuria fit tibi-si non concedatur.Sed tñ multa põt iudex & debere facere, ad q̃ compelli non potest,ff.de iudic. non quidquid,C.qũo,& quando iudex.l.1.

Priuilegia quædã licet personalia trãseunt ad successores.

1 Concor. tex.in §.sed quod principi.verſic.plane.cum glo. in ver.personales.instit. de iu. natur.

† Adde actionem hic capi pro actu.l.1.ff.de offic.pte. vrb. Alex.& in l. trãſactiones C.de transa. & in auth. hoc ius.C.d sacroſ.eccle.

nis † quoque ornamenta conueniant;oportet,vt enixius in cunctis se studijs vestra fraternitas exerceat,& circa a subiectorum [a] actus sit cura vigilans,vt vestrum illis exẽplum iustructio,& vita magistra sit.

a ¶Et circa.] *Locupletatus est hic locus ex originali.*

Item Ioanni episcopo primæ Iustinianæ Illyricæ, lib. 3.epist.15.seu cap.59.

Anſ.l.6.c.99.

¶Vsus pallij conceditur,& antiqua priuilegia innouantur. Cap. X.

PAllium vobis ex more transmisimus, & vices [b] vos Apostolicæ sedis agere iterãta innouatione decernimus.

Idem episcopis Epyri,lib.5.epist.7.seu c.107.indict.14.

Anſ.l.6.c.100.

¶De eodem. Cap. XI.

SCriptorum vestrorum insinuatio,fratres charissimi,patefecit Andream fratrem nostrum Nicomedianę ciuitatis episcopum, Deo propitio, solemniter ordinatum [c]. *& infra.* ¶Supralcripto igitur Andreæ fratri,& coepiſcopo nostro pallium nos direxisse agnoscite, atq; priuilegia [d] atq; cuncta concessisse, quę prędecessores nostri eius prędecessoribus contulere.

DISDINCTIO CI.

IN vna autem prouincia duo metropolitani esse non debent: sicut in Chalcedonensi concilio,c.12.statutum est.

¶Duo metropolitani in vna, & eadem prouincia esse non debent. Cap. I.

Poly.l.2.tit.24 Iuo p.5.c.146. Burc.l.1.c.35.

PEruenit [e] ad nos, quòd quidam præter ecclesiasticas ordinationes affectantes potentiam per a pragmaticum sacrum [f], vnam [g] prouinciam in duas diuidant; ita vt ex hoc inueniantur duo metropolitani episcopi in vna [h] eademque prouincia esse. Statuit ergo sancta synodus deinceps nihil tale attentari a quolibet episcopo;

IN vna autem.] CASVS. Quia supra facta est mẽtio de metropolitanis: ideo supponit hic distin. 101. in qua ostẽdit, quòd in vna prouincia duo metropolitani esse nõ dẽnt: qđ verum est,nisi multitudo populi excrescat,vt 16.q.1.præcipimus,& 99. distin. nulli.& hoc non potest fieri nisi de speciali licẽtia Papæ,vt 7.q.1.mutationes.

PEruenit.] CASVS Relatum est in cõcilio Chalcedonẽsi,q̃ quidã episcopi sine auctoritate Papæ per imperialẽ constitutionem vnã prouinciã diuidebãt in duas: & ita duo metropolitani ĩ vna & eadem prouincia inueniebantur:quare cõciliũ statuit, vt episcopi,qui talia de

Archiepi a suis suffraganeis consecratur.

creto. Vel prius erat legatus,sed esse desijt factus archiepiscopus:arg.ff.de arbi.non distinguemus,§.1.

c SCriptorum vestrorum.] Ordinatum.] A suis episcopis: nam hoc est regulare,vt a suis suffraganeis consecretur archiepiscopus 63 dist.quanto, q̃ põt perpendi ex hoc c.& sup.eod. quoniam & 41.d quia quod metropolitanus etiam sine licentia summi pontificis põt consecrari, & ad Papam non spectat (vt videtur) nisi datio pallij. Alij dicunt istud obtinere, vbi metropolitanus habet primatem, vel cum hoc habet ex consuetudine.hodie tamen vult Papa, quòd petatur ab eo cætero facere tentauerint.deponantur.

e ¶Peruenit.] Supra dist.10.c.1.

f ¶Per pragmaticum sacrum.] Idest principis rescriptũ: pragma.n.causa dicitur, vnde pragmatica sanctio dicitur causa in consistorio principis ventilata coram proceribus sacri palatij: & constitutio principis facta ex cognitione causæ dicitur pragmatica sanctio.10.

Pragmatica sanctio.

g ¶Vnam.] Nam ex quo principes diuidit, duæ sunt prouinciæ, ff.de offi.aſſeſ.si eadem.

h ¶In vna.] Quod fieri non debet nisi excrescat multitudo populi, vt supra 99.dist.nulli.10.

a ¶Tale

eos verò qui aliquid tale [a] attentauerint, cadere de proprio gradu.

a ¶Tale.] Arg. quod licèt princeps legitimet aliquem 1. non tamē erit legitimus quo ad ecclesiam: & ita erit legitimus quo ad vnum forum non tamen quo ad aliud. ad hoc facit 10. d. c. 1. & 15. q. 3. cum autem.

1 Sequuntur doc. in cap. p venreabilem text. ex qui filij sint legi. & Cin. In authē. ex cōplexu. C. de ince. nu. & Bart. in l. qui in prouincia. de ritu. nuptia.

a ¶Pragmaticum sacrum.] *Versiones prisca, & Dionysiana habent*, per pragmaticam formam: *Græcè autem est, διὰ πραγματικὼν, quod in eodem capite paulo post dicitur, διὰ γραμματῶν βασιλικῶν, idest*, per literas Imperiales.

Hactenus de electione, & ordinatione clericorum tractauimus. Nunc ad simoniacorum ordinationes trāseamus. Et vt facile liqueat, quid super hac hæresi, sanctorum patrum decreuit auctoritas, causa deducatur in medium: cuius negotium, & de scienter a simoniacis ordinatis, & de ignoranter a simoniacis cōsecratis, & de ordinationibus, quæ per pecunias fiunt, contineat.

CAVSA

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google